   fol. 424ᵇ lin. 20. 21. be- | he halt pro be- | halt
   — 431ᵇ lin. 22. 23. ten- | tantant pro ten- | tant
3. falsae formae aut nominum aut verborum
   α) nominum, e. c.
   fol. 442ᵇ lin. 1. 2. a uoluntatum pro: ad uoluntatem
   — 472ª lin. 10. speties pro speciei
   — 475ª lin. 9. electo pro electa
   β) verborum, e. c.
   fol. 343ª lin 18. arroga pro arrogo
   — 456ª lin. 5. soluentur pro soluantur
   — 466ª lin. 12. Gloriatos pro Glorians.
4. falsae voces integrae, e. c.
   fol. 4ᵇ lin. 14. questus pro gestus
   — 5ᵇ lin. 3. Nec pro Nos
   — 442ᵇ lin. 1. a pro ad
   — 463ª lin. 6. (ut pro Cur
5. omissae litterae, e. c.
   fol. 334ᵇ lin. 18. obseuetur pro obseruetur
   — 334ᵇ lin. 20. popositionem pro propositionem
   — 348ᵇ lin. 13. arbitij pro arbitrij
   — 384ᵇ lin. 19. stapitius pro Staupitius
6. omissae syllabae, e. c.
   fol. 13ª lin. 2. 3. ex- | ertijs pro ex- | ercitijs
   — 16ᵇ lin. 2. crederit pro crediderit
   — 433ᵇ lin. 11. prohitae pro prohibitae
7. omissae voces, e. c.
   fol. 10ª lin. 28. ira Dei, pro: ira Dei est

fol. 12ᵇ lin. 14. ex auditu, pro: an ex auditu
— 16ᵇ lin. 2. et baptisatus, pro: et baptizatus fuerit.
— 32ᵇ lin. 16. post „prudentia in Theologia" propter homoeoteleuton omissae sunt voces: et pertinet ad doctrinam. Spes uero est fortitudo in Theologia (vide meae Ed. T. I. p. 60. lin. 22. 23. et not. 61.).

8. dupliciter scriptae litterae, e. c.
fol. 538ᵃ lin. 5. Vuultis pro Vultis
— 546ᵇ lin. 4. dissimmilimi pro dissimillimi

9. dupliciter scriptae syllabae, e. c.
fol. 24ᵃ lin. 22. dubidubitantes pro dubitantes
— 294ᵃ lin. 13. 14. loquere-|retur pro loqueretur
— 317ᵃ lin. 12. diuisisione pro divisione
— 383ᵇ lin. 18. angelege leget pro angeleget
— 393ᵇ lin. 24. litereras pro literas.

10. dupliciter scriptae voces, e. c.
fol. 271ᵃ lin. 11. Is enim neque neque Deum curabit
— 276ᵃ lin. ult. Deus est est iniustus
— 293ᵃ lin. 13. 14. bas pr. parebt abgeleget ab-|geleget
— 367ᵃ lin. 1. 2. pu-|tabit putabit humanitus
384ᵇ lin. penult. ad ad
— 388ᵃ lin. 14. 15. pro |nobis, pro nobis

11. falso disiunctae vocum partes, e. c.
fol. 7ᵃ lin. 7. ex actione pro: exactione
— 386ᵃ lin. 3. Ad ueniad pro: Aduenial
— 464ᵃ lin. 9. se pusuerant pro: seposuerant

12. falso dispositae litterae, e. c.
fol. 3ᵃ lin. 6. aequiuotacio pro aequiuocatio
— 334ᵇ lin. antepenult. Araonis pro Aaronis
— 337ᵇ lin. 6. Spalmus pro Psalmus
— 412ᵇ lin. 17. et fol. 559ᵇ lin. 17. speudoprophetae pro pseudopr.
— 475ᵃ lin. 13. speudoprophetas pro pseudoprophetas

c.

Menda ex parte quadam emendata, ex alia non emendata.

Eiusmodi emendationes mancae sunt
fol. 2ᵃ lin. 2. duae ancillae aduolabant, ubi vox ancillae partim emendata est in: auicullae pro: auiculae

fol. 63b lin. 12. quaequis partim emendatum in quamquis pro quamuis

— 73b lin. 18. perditis oblitterata litt. r partim emend. in peditis pro petitis

— 123a lin. antepenult. humanitate, litt. a in i mutata, partim emend. in: huminitate pro humiditate

— 123b lin. 16. huius uarum, ubi huius non oblitteratum, uarum autem litteris ling supra praefixis emendatum est in: linguarum.

— 259a lin. 3. crescit partim emend. in: cesscit pro cessat

— 305a lin. 3, 4. Ob ich nicht... auß gerichtet habe, partim emend. Ob ich nicht... auß gerichtet iſt pro: Ob nicht... auß ger. iſt

— 342a lin. 18. dominibus partim emend. in domonibus pro daemonibus

— 480b lin. 2. prius ad Caipham, partim emend. in: prius ad Hannam Caipham, pro: prius ad Hannam deinde ad Caipham

— 546b lin. 2. manibus partim emend. in monibus pro moribus

— 550a lin. 16. papistae partim emend. in paptistae pro baptistae

— 582b lin. penult. psalterium partim emend. in psalteri pro psalterij

— 635a lin. 1. huius partim emend. in huiuc pro huic

d.

Loci falso mutati.

Falso mutati sunt hi loci:

fol. 60a lin. 9. Cerbero, litt. e inter r et b rubro liq. inserta, mutat. in Cerebero

— 168a lin. 29. die protestirenden fürſten mutat. in: die protestirende f.

— 259b lin. 23. miserentur mutat. in: miseretur oblitterata litt. n

— 379a lin. 7. dissensionibus principum
lin. 8. principes respitium } falso mutat. in: d. principunt / pr. respitium } pro: d. principum / pr. respiciunt

Praeter haec menda, quae voces latinas et germanicas spectant, multa etiam in graecis inveniuntur, quae nusquam in ipso Codice emendata sunt, e. c. fol. 9ª lin 1. *σχησματικοί* pro *σχισματικοί*, fol. 10ᵇ lin. 4. *γενέσεας* pro *γενέσεως*, fol. 12ª lin. 5. *ἀςοργίαν* pro *ἀστοργίαν*, fol. 70ª lin. 20. *ἀπυλγηκότες* pro *ἀπηλγηκότες*, fol. 70ª lin. 24 sq. *ἀυτοκατάκρητοι* pro *αὐτοκατάκριτοι*, fol. 76ª lin. 4. *ἀυτοκατάκρητος* pro *αὐτοκατάκριτος*, fol. 76ᵇ lin. 6. 7. *σχήσμαμ*, *σχησμα* pro Schismam, Schisma, fol. 80ᵇ lin. 11. Alta *κινία* pro *ἄλητα ἐκεῖνα* (?), fol. 83ª lin. 5. *κακοειτής* pro *κακοήθης*, fol. 83ª lin. 14. *κακοοιτὴς* pro *κακοήθης*, fol. 89ª lin. 9. *μεταλογικὼς* pro *μεταλογικῶς*, fol. 92ª lin. 10. *επειείκιαν* pro *ἐπιείκειαν*, fol. 96ª lin. 25. *συνέργος* pro *συνέργους*, fol. 101ᵇ lin. 12 sq. *ἀμφύβολα* pro *ἀμφίβολα*, fol. 101ᵇ lin. 18. *ἀμφύλοβον* pro *ἀμφίβολον*, fol. 109ª lin. 2. *πονιρῶ* pro *πονηρῷ*, fol. 109ª lin. 11. *ἐπηχειρικακία* pro *ἐπιχαιρεκακία*, fol. 119ᵇ lin. 5. *ςτόρχγαι* pro *στοργαὶ*, fol. 121ᵇ lin. 1. *Soργαι* pro *Στοργαὶ*, fol. 126ᵇ lin. 23. *προαίρεσει θεολογος* pro *προαιρέσει θεόλογοι*.

3.

De annotationibus marginalibus.

Postquam in praecedentibus de scriptionis compendiis, quibus scriba usus est, ac de variis mendis, quae in ipso textu inveniuntur, diximus, disserendum quoque est de annotationibus, quae in margine exteriore (excepta una, quae fol. 2ᵇ in interiore legitur) sunt adscriptae.

Eiusmodi enim annotationes inde a fol. 1ª usque ad fol. 116ª, ubi ultima exhibetur, 237 leguntur, quorum duo genera sunt:

a) explicationes,
b) argumenti indices.

a.

De explicationibus in margine adscriptis.

Hae explicationes duplicis generis sunt:

1. Loci Scripturae sacrae aliorumque librorum nominantur, ad quos textus spectat, e. c. fol. 1ᵇ verba „uaria nomina sortitur" referuntur ad locum Ies. 9, 6. quapropter in margine adnotatum est: Esai. 9. (vide meae Ed. T. I. p. 2. notam *a.*); item fol. 2ª verba: „ut ipsum quaeramus et inuocemus" ad locum Ies. 26, 9., quamobrem in marg. adscriptum est: Esai. 26. (vide l. l. p. 3. not. *c.*); item

fol. 2ᵇ nota marg.: 2 Reg. 24. (v. l. l. p. 4. not. *e.*) Conf. fol. 24ᵃ nota marg.: „Prope est uerbum in ore tuo. Rom. 10." (v. l. l. p. 44. not. *e.*). Exemplum alius libri auctorisque invenitur fol. 9ᵃ, ubi verbis: „Ideo Plato inquit: Sicut boues non reguntur a bobus, et caprae a capris" in marg. haec adnotata sunt: Plato 4. de legibus. Quemadmodum boues non a bobus nec caprae a capris reguntur, sed a natura praestantiore, uidelicet ab hominibus, sic natura humana infirmior est, quam ut seipsam regere possit. (v. l. l. p. 46. not. *u*).

2. Enarrationes variae ad quosdam textus locos illustrandos, e. c. fol. 2ᵇ verbis: „proximae dominicae" in marg. adscriptum est huius dominicae nomen: Inuocauit (vide l. l. p. 5. not. *g.*); fol. 3ᵇ ad verba: Philosophi olim definierunt Deum sic: Deus est circulus etc. in marg. adnotatum est: Fertur definitio Apulei Aphricani (v. l. l. p. 6 not. *l*); fol. 9ᵇ ad verba: „Et Episcopus Moguntinus" in marg. legitur annot.: Qui tres Episcopatus habuit (v. l. l. p. 16. not. *w.*); fol. 16ᵃ ad verba: „et uera excommunicatione, non ficta aut frigida Papae" exhibetur nota marg.: ***Wan einer 3 groschen schuldig war, so wardt er*** sub papatu ***in Bann gethann*** (v. l. l. p. 28. not. *b.*).

b.

De argumenti indicibus in margine adscriptis.

Hi quoque argumenti indices varii sunt:

1. aut singulae voces textus, e. c. fol. 1ᵃ in margine repetuntur textus voces: Infinitus, Incomprehensibilis, item fol. 4ᵇ Sol, Flumina, Artes, Astronomia, Musica, Geometria, Literae Hebr., Arithmetica, Grammatica, Dialectica, Rhetorica.
2. aut singula nomina virorum, quorum dicta in textu afferuntur vel de quibus in eo aliquid narratur, e. c. fol. 4ᵃ iuxta verba: „Augustinus pie consulit, dicens: Vbi mentis etc." in marg. legitur: August., fol, 5ᵃ iuxta verba: „Basilius quidem optimam imaginem ponit: scilicet quod etc." margo exhibet nomen: Basilius.
3. aut duo vel plura verba textus continua e. c. fol. 8ᵃ verba textus: „Hypocritarum uero Figura" in margine sic repetita sunt: Figura Hypocritarum; fol. 8ᵇ verba: „Status papisticae controuersiae" etiam in margine exhibentur. Item fol. 9ᵃ iuxta verba: „tria sunt uitae genera" legun-

tur in marg.: **Vitae genera tria.** Fol. 12^b verba: „Vocatio duplex“ etiam **in marg.** iterum leguntur.

4. aut sententia **in textu** proposita in aliam linguam translata in **margine repetitur**, e. c. fol. 14^b verba: „***Ihe grosser schalck ihe besser gluck***“ in marg. sic redduntur: Vbi minor **scientia**, ibi maior fortuna (vide meae Ed. T. I. p. 26. not. **z**.); **fol.** 63^a verbis: „Ideo papa non est imago, sed simia **Dei**“ **in marg.** adscripta est interpretatio: Papa ***unser herrgotts affe*** (v. l. l. p. 126. not. *o*.).

5. aut eorum, **quae in** textu continentur, summa (argumentum proprie **sic dictum**) in margine indicatur, e. c. fol. 1^a verbis: „**Nam assiduis** nostris speculationibus — Sed per Euangelium **etc.**“ (v. l. l. p. 1. lin. 10 sqq.) in marg. adscriptum **est argumentum**: Speculationibus nostris non apprehenditur, **sed** Euangelio. Fol. 4^b iuxta locum: „Trinitatis **agnitio uera** — In fluminibus etc.“ (v. l. l. p. 8. lin. 1 sqq.) **in marg.** legitur argum.: Vestigia Trinitatis in Creaturis. **Fol.** 5^b verbis: „Sed hoc interest inter imaginem — **Deus autem** communicat.“ (v. l. l. p. 9. lin. 21—24) **appositum** est argum.: Inter imaginem Dei et **nostram discrimen**.

Hae 237 **annotationes** marginales, quinque exceptis, ab eadem manu **scriptae** sunt, quae textum ipsum exaravit. Maxima eorum **pars** (nempe 212) legitur fol. 1^a — 95^b, ceterae 25 inveniuntur **fol.** 105^b, 128^b, 136^b, 137^b, 162^b, 164^b, 169^a, 172^b, 173^a, 181^a, 188^b, 193^a, 202^b, 203^a, 215^a, 236^a, 251^b, 256^a, 257^b, 268^a, 308^b, 357^a, 367^b, 368^a, 416^a. Harum quinque, quae fol. 164^b, 256^a, 357^a, 367^b, 368^a exstant, ab alia (seriore) manu atriore atramento scriptae sunt. Post fol. 416^a nulla invenitur.

Si quaeritur, a quonam factae sint illae 232 annotationes marginales, ab eadem manu, quae textum exaravit, scriptae, respondeo, non eum, qui hunc Codicem ex alio quodam transscripsit, eorum esse auctorem, sed eum, ex cuius Codice hic transscriptus est. Nam fol. 416^a legitur nota marginalis: „August.“, quae spectat ad verba a scriba praetermissa, ex qua igitur apparet, scribam eiusmodi annotationes aeque ac textum e Codice, quem ob oculos habebat, transscripsisse. De hac annotatione marginali eam ob causam notatu dignissima infra accuratius disseram.

Praeter has annotationes inde a fol. 134^a usque ad fol. 323^a 57 loci a seriore manu in margine notati sunt variis signis, scilicet aut manu, cuius digitus index in versum quendam

intensus est, aut NB, aut singula vel duplici lineola, aut uncino, aut duobus pluribusve horum signorum.

4.

De capitum ordine.

Codex interpositis inscriptionibus in multa capita (numeris non signata) divisus est, quorum aliquot denuo in plures partes dispertita sunt. Ut horum capitum partiumque ordo facilius conspiciatur, hoc loco varias inscriptiones, quae in Codice leguntur, deinceps proponam, addita folii pagina, in qua quaeque inscriptio invenitur.

Deus fol. 1ª, Trinitas fol. 4ª, Discrimen inter generationem et processionem fol. 5ª, Christus fol. 6ª, Christi regnum fol. 7ª, Ecclesia quae regnum Christi dicitur fol. 7ᵇ, Ministerium Ecclesiae et vocatio ministrorum fol. 12ᵇ, Utrum vocatus sit ille qui ambit praedicationem ministerii fol. 12ᵇ, De Excommunicatione fol. 14ª, Admonitio scripta D. M. Lutheri ad Ioh. Metzsch fol. 15ª, De excommunicatione exhortatio publica D. M. Lutheri a. 1539. Dominica Invocavit post concionem fol. 16ᵇ, Verbum Dei. Evangelium. De lege fol. 19ª, De contemptu verbi prophetia fol. 25ª, Iustificatio fol. 28ª, Fides fol. 29ᵇ, Sanctificatio per fidem fol. 31ª, Fides et spes differunt fol. 32ª, Invocatio et oratio fol. 33ᵇ, Papa triplex orandi genus praecepit fol. 35ᵇ, Confessio auricularis fol. 36ª, Patientia fol. 38ª, Liberum arbitrium fol. 38ᵇ, Pax et concordia fol. 39ª, De Praedestinatione. Cur in Adam plures damnentur quam in Christo salventur fol. 41ª, Legendae sanctorum fol. 43ª, De extremo iudicio fol. 44ª, Morbi fol. 46ᵇ, Medicamenta et medicina fol. 48ᵇ, Mors fol. 50ª, De obitu suae filiae. Moerores, gestus, dicta D. M. Lutheri in morte et funere dilectae filiae Magdalenae 1542 aetatis suae 14. anno. Epitaphium in agonismo a patre conscriptum fol. 52ª, De morte fol. 52ᵇ, Resuscitatio mortuorum fol. 54ᵇ, Vita aeterna fol. 55ᵇ, Damnatio et infernus fol. 58ª, Missa privata fol. 59ᵇ, Canon fol. 60ᵇ, An liceat christiano homini missae papisticae interesse fol. 61ᵇ, Monasteria. Monachi. Vita et deliciae monachorum fol. 62ª, Duae causae sunt quae faciunt monachum fol. 62ᵇ, Electoratus Saxoniae fol. 62ᵇ. Facultates Papae fol. 67ª. Papistarum vitia et libidines fol. 67ᵇ, Papistarum furor et pertinacia fol. 68ᵇ, Defensores et ministri Papae fol. 72ᵇ, Mortes papistarum fol. 78ª, Roma fol. 78ᵇ, Mundus illiusque ingratitudo et malitia fol. 84ᵇ. Quaestio fol. 82ᵇ, Epicurismus in mundo fol. 87ª, Ingratitudo civilis fol. 89ᵇ, Scandala fol. 89ᵇ, Idolatria fol. 90ª, Ira fol. 92ᵇ, Arrogantia. Definitio arro-

gnum fol. 93ª , Tristitia. Laetitia fol. 93ᵇ , Ebrietas fol. 95ª , Quaestio, an peccanti in ebrietate sit parcendum fol. 95ᵇ , Otium. Labor fol. 96ª , Consuetudo quam difficile deponatur fol. 96ᵇ , Prodigia. Portenta miraculosa fol. 97ª , Spectra fol. 100ᵇ , Oracula fol. 101ª , Somnia fol. 102ª , Tempestates fol. 102ᵇ , Complexiones fol. 104ª , Tempora et annus climactericus id est gradualis septimus fol. 104ᵇ , Diabolus, illius natura, conatus, insidiae, figura, expulsio fol. 105ᵇ , Terriculamentis sathanae quomodo resistendum? fol. 108ª , De odio diaboli adversus homines fol. 111ᵇ , Iudicium de his qui sic pereunt fol. 113ª , Phrenetici a diabolo obsessi quomodo tractandi fol. 114ᵇ , Homo eiusque lapsus et miseria fol. 115ᵇ , Quaestio de lapsu hominis fol. 117ª , Infantes fol. 119ᵇ , Mulieres, uxores fol. 120ª , Parentes fol. 120ᵇ , Σοφγαι (pro: Στοργαι) parentum fol. 121ᵇ , Liberorum ingratitudo fol. 124ᵇ , Familia fol. 123ª , Sermo fol. 123ª , Linguae fol. 123ᵇ , Eruditio et literae fol. 125ᵇ , Eruditi in genere fol. 125ᵇ , Iudicia de eruditis nostro seculo fol. 126ª , De Erasmo Roterodamo fol. 129ª , De Concilio Constanciensi excerpta ex libro quodam fol. 133ª , Haeresiarcha fol. 133ᵇ , Catalogus et numerus papistarum in Concilio Constanciensi fol. 134ª , Ius fol. 136ᵇ , Iurisperiti fol. 137ª , Exhortatio ad iuristas fol. 140ª , Utrum hosti fides sit servanda fol. 141ª , Politia fol. 142ª , Magistratus fol. 143ª , Principes fol. 144ª , De Duce Georgio fol. 150ª , Electores Saxoniae fol. 159ª , De morte Iohannis Electoris fol. 161ᵇ , Prognosticon Martini Lutheri in libello illius inventum per Iustum Ionam germanice translatum fol. 163ª , Regna fol. 164ª , Reges et reginae fol. 164ᵇ , Foedera Protestantium fol. 167ᵇ , An liceat christiano uti defensione fol. 168ᵇ , Philippi Melanthonis de eadem quaestione [scil.: iudicium] fol. 171ª , Consilium Martini Lutheri, quid agi debeat in tuendo Evangelio fol. 171ᵇ , Iudicia, an in iudicio liceat contendere fol. 172ᵇ , Regiones, terrae situs, mores populi fol. 174ª , Hispani fol. 176ᵇ , Anglia fol. 177ª , Ungaria fol. 177ᵇ , Saxonia fol. 178ª , Hassia fol. 179ª , Thuringia fol. 179ª , Schotti fol. 179ᵇ , Germania fol. 181ª , Turcae fol. 185ª , De lingua turcica fol. 191ª , Praesumptio et temeritas fol. 192ª , Divitiae et thesauri fol. 192ᵇ , Quaestus et usura fol. 193ᵇ , Furtum fol. 194ᵇ , Waldenses fol. 197ª , Wicklefethus fol. 197ᵇ , Veritas fol. 198ª , Mendacium fol. 198ª , Dicta, proverbia et sententiae fol. 199ª , Pro lege et pro grege fol. 200ª , Iocosa, festiva, fabulae fol. 200ᵇ , Casus forensis de asino fol. 201ª , Lege lata fraus legis nascitur fol. 201ᵇ , Themata papistica fol. 203ª , Contra sciolos fabula von Hans Pfriemen fol. 203ᵇ , Dissenteria Lutheri in merdi poetam Lemmichen fol. 205ª ,

Quilibet est rex in sua domo caeteris paribus fol. 206ª, Profectio D. Martini Lutheri Wormatiam 1521. 18 May fol. 207ᵇ, Moriones stolidi fol. 210ª, An etiam moriones salventur fol. 210ᵇ, Iudaei fol. 210ᵇ, Argumenta contra Iudaeos fol. 214ª, Aliud argumentum fol. 214ª, Absolutio privata fol 218ᵇ, Abominationes papisticae fol. 219ª, Scortatio canonicorum fol. 220ª, Discrimen inter haereticum, schismaticum et male catholicum fol. 220ª, Ecclesiae titulus fol. 224ª, Abnegatio verbi fol. 224ᵇ, Universitates fol. 224ᵇ, Deposition's ritus fol. 226ª, Academia Vitebergensis fol. 226ᵇ, De gradibus in scholis fol. 227ª, Adolescentes fol. 227ᵇ, Puellae virgines fol. 228ª, Adversarii haeretici contra D. Lutherum fol. 228ᵇ, Campanus fol. 230ª, Errores Campani fol. 230ᵇ, De arrogantia Doctorum fol. 232ᵇ, Thomas Muntzerus fol. 233ᵇ, Sacramentarii Augustanenses fol. 234ᵇ Quomodo cum fanaticis agendum instructio D. Martini Lutheri Domino Ioanni Mantel in Mulhausen fol. 237ª, De sacramentariorum negotio fucato et fallaci fol. 239ᵇ, Negotium Buceri cum D. Martino Luthero 1535. 15 Ianuarii fol. 240ᵇ, Consilium D. Martini Lutheri eiusque sententiae fol. 241ª, Martini Buceri sententia anno Domini 1535. 15 Ianuarii fol. 242ª, Additio D. Martini Lutheri post reditum Domini Philippi Melanthonis ex Hassia fol. 243ᵇ, Anno Domini 1536. 29 Maii fuit conventus Doctorum in Witemberga fol. 244ᵇ, Antinomi fol. 245ᵇ, Adulteri, scortatores fol. 255ª, Historia de deprehenso adultero et fame necato fol. 257ᵇ, Agnitio peccati, peccatum fol. 258ª, Peccata in Spiritum sanctum fol. 259ª, Alchimia fol. 260ª, Allegoriae quomodo tractandae fol. 260ᵇ, Sensus scripturae fol. 261ᵇ, Typi fol. 262ᵇ, Anabaptistae haeretici fol. 262ᵇ, Contra anabaptistas qui ideo pueros baptizandos negant, quia fidem non habeant, D. M. Lutherus sic fol. 263ª, De baptismo parvulorum fol. 263ᵇ, Contra haec argumenta anabaptistae sic disputant fol. 263ᵇ, Argumenta Philippi Melanthonis parvulos baptizandos esse fol. 264ᵇ, Confutatio obiectionum anabaptisticarum fol. 265ª, Quid prosit baptismus parvulorum fol. 265ᵇ, Andwort auff des Landgraven Anregen D. M. Luther wider die Anabaptisten zu schreiben fol. 265ᵇ, Angeli fol. 267ª, Angelorum custodia fol. 267ª, Animalia fol. 268ª, Annus iubileus fol. 270ª, Apologiae efficacia fol. 270ᵇ, De antichristo fol. 270ᵇ, Apostoli fol. 274ª, Apparatus et luxus epularum et vestitus fol. 277ª, Vestitus fol. 277ᵇ, Aquae fol. 278ᵇ, Aquae non ultra littus fol. 279ᵇ, Apes fol. 280ª, Arbores fol. 280ᵇ, Arcanorum vel mysteriorum inquisitio extra verbum Dei fol. 281ᵇ, Artes et inventiones mirabiles fol. 283ª, Artes a Deo conservantur fol. 283ª, Artes monarcharum opera conservantur fol. 283ᵇ, Artes nostro

tecule fol. 283ᵇ, Disputationum utilitas fol. 288ᵃ, Musica fol. 289ᵃ, Astronomia fol. 290ᵃ, Astronomia quantum probanda fol. 292ᵇ, Astrologia fol. 294ᵃ, Quaestio fol. 293ᵇ, Aula fons iniquae fol. 294ᵃ, Avaritia mundi detestabilis fol. 295ᵇ, Pecunie non est fidendum et avaritia est signum et praeludium mortis fol. 296ᵃ, Avaritia parochorum fol. 296ᵇ, Aus Schimpf wird Ernst fol. 299ᵇ, Aves, volatilia fol. 300ᵇ, Augustana comitia laudanda fol. 302ᵇ, Adversarii Evangelii qui Augustae fuerunt fol. 303ᵃ, D. Georgii Spalatini scriptum fol. 304ᵃ, Protestatio legatorum regis Mathiae fol. 305ᵃ, Acta D. Martini cum Caietano Cardinali Augustae fol. 306ᵇ, Authores fol. 307ᵇ, Αὐτόχειρες fol. 309ᵃ, Exemplum muliebris pudicitiae fol. 309ᵇ, Iudicium quorundam theologorum de iis qui sibi mortem conciverunt vel alias repentina morte obierunt fol. 309ᵇ, De morte Ioannis Krausde (pro: Krause) Hallensis iudicium D. M. Lutheri fol. 310ᵇ, Baptismus fol. 311ᵃ, Gevattern bitten fol. 313ᵃ, Argumentum fol. 313ᵃ, Quaestio fol. 313ᵃ, Baptismus triplex est fol. 313ᵇ, Regula D. M. Lutheri in articulis de trinitate fol. 313ᵇ, Baptismus infantum fol. 314ᵃ, De infantibus in utero matris baptisandis. Baptismus in partu, de abortu et monstris fol. 314ᵃ, Bellum, bellica fol. 314ᵇ, Bellum expectandum et maximae poenae fol. 317ᵇ, Colloquium Lutheri et aliorum de bello paschali inter Electorem et D. Mauritium fol. 319ᵇ. D. Martinus Lutherus Doctori Hieronymo Wellero fol. 321ᵃ, Duces protestantes et heroici fol. 321ᵃ, Seditio fol. 323ᵃ, Biblia et scripturae autoritas fol. 323ᵇ, Libri sacrae scripturae fol. 326ᵃ, De translatione librorum fol. 326ᵇ, Libri Veteris Testamenti fol. 329ᵃ, Libri Novi Testamenti fol. 332ᵃ, Psalmi diversi generis fol. 333ᵃ, Explicatio dialectica Philippi Melanthonis Psalmi quinquagesimi primi fol. 334ᵃ, Psalmus 133. Ecce quam bonum et quam iucundum fol. 334ᵇ, Catechismus seu doctrina christiana fol. 338ᵃ, Decalogus fol. 338ᵃ, Symbolum fol. 338ᵇ, Oratio Dominica fol. 339ᵃ, Baptismus fol. 339ᵇ, Coena Domini fol. 339ᵇ, Decalogus est summa omnium virtutum erga Deum et erga homines, nequaquam usque est perfectior liber de virtutibus fol. 345ᵃ, Sententiae Veteris Testamenti fol. 349ᵇ, Allegoria decem plagarum, quibus Pharao est affectus propter contumaciam Exod. XI. fol. 359ᵃ, Imago Christi proposita in capite 12. Exod. fol. 360ᵇ, Adiacentia manducationis fol. 362ᵇ, Loci et sententiae Novi Testamenti fol. 363ᵃ, Christus fol. 366ᵃ, Vocabulum iustitiae fol. 370ᵃ, Quaestio fol. 373ᵃ, Bona opera et eorum praemia fol. 374ᵇ, Eleemosynae fol. 376ᵇ, Facultates et bona ecclesiastica fol. 378ᵃ, Calamitatum crucis et tentationum utilitas fol. 382ᵃ, Scriptum M. Lutheri ad Magistrum

Antonium Lauterbachium fol. 391ª, Visitatio infirmorum fol. 393ª, Afflictiones piorum fol. 397ª, Cardinales fol. 403ᵇ, De Carolo V. et Ferdinando fol. 405ª, Ferdinandus fol. 407ᵇ, Nobiles fol. 414ª, De coniugio fol. 415ᵇ, Uxor morosa fol. 423ª, De imparibus fol. 424ª, Alia quaestio fol. 428ª, Alia quaestio fol. 428ᵇ, Opera coniugii et conceptio fol. 429ª, De coniugio sacerdotum fol. 434ª, Digamia fol. 435ᵇ, Polygamia fol. 436ᵇ, Coelibatus fol. 437ª, Casus matrimoniales fol. 440ª, Causa divortii fol. 442ᵇ, De votis clandestinis fol. 445ª, De causis divortii fol. 450ª, Formula citandi desertores aut in adulterio viventes D. M. Lutheri fol. 453ᵇ, Casus politici et dubii quidam iurisconsultorum fol. 455ᵇ, Casus tragici et horrendi. Caedes, atrocia facinora et homicidia fol. 456ª, Venena data fol. 461ᵇ, Fascinationes et incantationes fol. 462ª, Invocatio sanctorum, traditiones. Superstitio. Ceremoniae. Ieiunium fol. 465ᵇ, Ostern fol. 469ª, Coena Domini fol. 470ᵇ, Una spes sacramenti fol. 471ª, Christus fol. 479ᵇ, Christiani, christiana vita fol. 487ª, Sanctitas christianorum fol. 487ᵇ, Armatura christiani hominis fol. 489ª, Creatio fol. 490ᵇ, Paradisus fol. 491ᵇ, Creaturae fol. 493ᵇ, De Thracio lapide fol. 500ᵇ, Formatio foetus et partus fol. 503ª, Coelum, stellae fol. 504ᵇ, De Concilio fol. 506ª, Schmalcaldensis conventus. Principes fol. 522ª, Legationes fol. 522ᵇ, Civitates fol. 522ᵇ, Concionatores et doctores fol. 523ª, Francofordiensis conventus Anno 1539. fol. 523ᵇ, Civitates fol. 525ª, Veneti fol. 533ª, Concionatores fol. 535ᵇ, Consolatio M. Lutheri ad Magistrum Antonium Lauterbachium de sua vocatione fol. 536ᵇ, Conceptus. concionum fol. 538ª, Afficere auditores fol. 539ᵇ, Conditiones boni praedicatoris fol. 541ᵇ, Theologorum doctrina fol. 544ª, Theologiae studium et ratio fol. 557ª, Patres post Apostolos fol. 559ᵇ, Iudicium de doctoribus ecclesiae fol. 560ª, Quatuor ecclesiae columnae fol. 564ᵇ, Iudicium de sanctis patribus fol. 565ᵇ, Scholastici fol. 568ª, Sancti martyres fol. 569ᵇ, De Doctore Martino Luthero fol. 570ᵇ, Initium cum Tetzelio fol. 580ᵇ, Lutheri curriculum fol. 581ᵇ, Libri Lutheri fol. 589ᵇ, Oeconomia Lutheri fol. 594ᵇ, Philippus Melanthon fol. 594ᵇ, Consolatio post mortem alicuius chari fol. 596ª, Consolatio ad Magistrum Ambrosium Berndt amissa uxore, liberis et matre una hebdomada fol. 597ᵇ, Papae fol. 603ᵇ, Imposturae papatus fol. 615ª, De reliquiis sanctorum fol. 616ᵇ, Quaestus et araritia papae fol. 619ª, Controversia cum papistis fol. 621ª, Doctrina papistarum et coecitas fol 623ᵇ, Inscitia papistarum fol. 630ᵇ, Decretale et decretum fol. 631ª, Episcopi fol. 633ª, Episcopi papistici fol. 637ᵇ, Sophistica fol. 644ᵇ, Hypocrisis. Falsi fratres fol. 644ᵇ, Haeretici fol.

quomodo tractandi" (Cod. fol. 114^b lin. 9 sqq., meae Ed. I. p. 239. lin. 14.) tantum pertinet ad ea, quae terminantur verbis: „et Christum uehat, quorsum libet." (Cod. fol. 115^a lin. 5., meae Ed. I. p. 240. lin. 15.).

Haec exempla sufficiant ad demonstrandum, ex inscriptionibus minime omnes res, de quibus in his colloquiis agitur, posse cognosci, multasque eorum partes suis inscriptionibus carere.

6.

De linguis, quibus colloquia in Codice perscripta sunt.

Lingua horum colloquiorum maiore quidem ex parte latina est, sed permixta multis germanicis vocibus dictisque, immo integris capitibus germanice scriptis. E. c. Cod. fol. 1^a — 2^a, huius Ed. T. I. p. 2. lin. 3 sq. „Hic nobis quiescendum ***bei der krieppen vnnd Creutz Christi, das wir vnns nicht versteigen.***" ibid. lin. 9 — 12. „***Denn wen man ihn*** Creatorem ***gleubtte,*** sciremus eum tam potentem, ut uno uerbo totum mundum confringere posset, sicut figulus ollam, ***vnnd noch viel leichtter.***" ibid. lin. 16 sq. „***Er ist klein gnug, aber wer kans gleuben?***" ibid. lin. 19 sq. „***Es mag es keiner ausinnen.***" ibid. lin. 21 sq. „si solummodo expenderis, ***wortzu das strohe gut ist.***" p. 3. lin. 4 — 10. „dixit Lutherus: ***Ach du liebests voglein fleug nicht, ich gan dirs von hertzen wol, wann du mirs gleuben mochtest.*** Sic nos — bene uult, ***Er wil vns Ja nicht tzu tode schlagenn, der seinen son vor vnns gegebenn hatt.*** Sed mundus —— crucifigitur ***vnd schlecht den todt.***" ibid. lin. 12 — 14. „si irascitur, ***so sint wir verloren,*** nunquam percutit, nisi permissiue ***durch gottes verhengnus.***" ibid. lin. 16 — 18. „Sathanae permittit, ***mus sein hencker sein,*** ut peste, fame, gladio, ***allerley*** calamitatibus non flagellet.

Capitum integrorum eorumve partium germanice scriptarum exemplum est capitis de Excommunicatione pars inscripta „De excommunicatione exhortatio publica D. Martini Lutheri anno 1539. Dominica Invocavit post concionem" in Cod. fol. 16^b lin. 7. — fol. 19^a lin. 4., huius Ed. I. p. 30 — 32.

Germanica verba, praeter pauca, quae inter inscriptiones leguntur (vide supra p. XXXXII sqq.), ***germanicis*** litteris exarata sunt. In mea Ed. pro germanicis utor litteris ***latinis cursivis***, quae dicuntur, ne textus utriusque linguae litteris permisceatur.

7.

De auctore huius collectionis colloquiorum latinorum Lutheri.

Huius collectionis colloquiorum auctorem iudico ***Antonium***

Lauterbachium, [a]) qui anno 1517. philosophiae Baccalaureus Lipsiae dictus eodem anno Wittembergam venit et mox a Luthero in domum suam mensamque receptus est. A. 1535. Pastor in oppido Leisnig creatus, sed ab Episcopo Misnensi Ioh. a Schleinitz non confirmatus, a. 1538. Wittembergam rediit ibique Diaconus secundarius factus est. Sequenti anno Pirnam Pastor et Superintendens vocatus est ibique d. 17. Iulii a. 1569. diem extremum obiit. Hic Luthери colloquia collegit et in ordinem quendam locosque redegit, id quod Aurifaber ac Stangwaldus in praefationibus Editionum suarum testantur, quorum illi praesertim hoc fonte in Opere suo germanico componendo usus est. [b])

Argumenta, quae me commovent, ut ***Lauterbachium*** habeam huius collectionis auctorem, invenio in hisce locis:

1. Cod. fol. 45[b] lin 25 sq. ***Ego*** [Rebenstock.: T. I. ***Ego Ant. Lauterbach*** ***dixi*** magnam contumeliam uerbi oriri post illud tempus. Respondit Mart. Lutherus etc. (vide meae Ed. T. I. p. 88. lin. 22 sq.).
2. Cod. fol. 68[a] med. nota marginalis: M. Anthonius Lauterbach ***ich war schon*** Baccalaureus, noch hat ***ich mein*** leben lang keinen spruch aus der Biblia gehort. Es war ***mir*** ein seltzam dingk. (vide huius Ed. I. p. 136. notam s.).
3. Cod. fol. 86[a] lin. 4 sq. Deinde [Lutherus] conuersus ad ***me*** dixit: ***Antoni*** halt fest, last euch solches nicht schrecken. (vide huius Ed. I. p. 177. lin. 4 sq.).
4. Cod. fol. 213[b] lin. 22 sq. Anno 42. 18 Maij Wittebergam ***veni*** et Martino Luthero ***significavi*** (Rebenst. I. fol. 217[b] lin. 10 sq. Anno 42. 18. Maij Vitebergam venit ***Ant. Laut.*** et M. L. significauit).
5. Cod. fol. 536[b] lin. 3. — fol. 537[b] lin. ult. integrum caput inscriptum: „Consolatio M. Lutheri ad Magistrum Anthonium Lauterbachium de sua vocatione," e. c. in principio: interrogauit [scil. Lutherus] ***me*** [scil. Lauterbachium] de concione ***mea,*** et plurimum ***conquerebar meas*** molestias, etc.
6. Cod. fol. 637[a] lin. 25 (ult.) et fol. 637[b] lin. 1. Deinde Cellarium et ***me Anthonium Lauterbach*** salutauit [Lutherius] Episcopos et uere Episcopos qui in gubernatione maiores ***essemus*** Augustino Hipponensi. (Rebenst. II. fol. 243[b] lin.

a) Eundem etiam a T. A. *Ukerto* colloquiorum latinorum Lutheri collectorem iudicari, infra memorabo, conferatur etiam *Moelleri* iudicium ibidem offerendum.

b) Conf. Prolegomena mea Editionis Colloq. germ. Tom. IV. p. XIII.

21—23. **Deinde** Cellarium et Anthonium Lauterbach salutauit — **maiores** essent Augustino Hipp.).

In his locis **aut in Codice**, aut in Rebenstockii Editione, aut in utroque **Lauterbachii nomen** additum est, unde colligi possit, etiam in **hisce tribus** locis primam personam ad eundem spectare:

1. Cod. fol. **327**^{b} **lin. 17 — 24.** (Reb. II. fol. 499^{a}) Quidam petebat D. **Lutheri** psalterium uetustum et laceratum daturus ei **nouum.** Doctor nolebat, quia huic esset assuetus. Nam **localis** memoria multum ualet. et ***ego meam*** memoriam **translatione** Bibliae ***corrupi,*** ita ut memoriam localem **filiorum** (pro: foliorum) ***turbarim.***
2. Cod. fol. **490**^{b} **lin. 10** sq. Cum Doctor Martinus in lecto decumberet et a muscis uexaretur, ***quaerebam*** etc. (Reb. II fol. **149**^{b} **lin. 3.** pro „quaerebam" habet: Quaestio fiebat).
3. Cod. fol. **576**^{b} **lin. 8—10.** Baptizatus est autem infans [Lutheri **Paulus**] in arce ex pelui. Deinde compatres suos habuit **conuiuas**, et ***ego*** mensae ***seruiui.***

Ad quos locos **accedit**

4. Rebenst. II. fol. **234**^{b} lin. 14. Haec et alia plura, et ***mihi*** [scil. **referenti hoc colloquium**] non manifestata, locuti sunt inter se [**scil.** Lutherus et Legatus Papae, Witebergae]. (In Cod. **hoc** „Colloquium M. Lutheri cum Legato Pontificio de **Concilio**" desideratur).

Haec, **quae attuli**, me ad illam de auctore coniecturam **adduxerunt. Non** autem celo, quae quis opponere possit:

1. Occurrunt **etiam** loci, in quibus de **Lauterbachio** tanquam ***tertia*** **persona** dicitur, ut Cod. fol. **121**^{a} **lin. 25** sq. (huius Ed. I. **p. 254. lin. 26** sq.): Ita consuluit **Antonio Lauterbach, quem** seorsim interrogauit de soceri sui molestia **et difficultate**, monens illum serio, etc.
2. **Item loci inveniuntur**, in quibus **alii** quoque de se ***prima*** **persona loquuntur**, uti Cod. fol. **461**^{b} lin. 13. **Ego Philippus Melanthon** et alij Ecclesias **uisitauimus et fuimus Isenaci** (Reb. II. fol. **182**^{a} lin. 15 sq. **ego M. L. Phil. Mel. et alij Ecclesiarum visitatores Isenaci fuimus**). — In **capite inscripto**: „Afficere auditores." (Cod. fol. **539**^{b} lin. 1. — **fol. 540**^{a} **lin. 6.**), quod incipit a verbis: **M. Försterus quaesiuit** a D. Doctore, etc. leguntur fol. **539**^{b} **lin. 10—21.** haecce: **Ego Försterus addebam**: Vltra tres **non audiui**, qui **me** ita affecerunt etc. **Respondit** in causa esse etc. Ad haec **respondebam**: hanc artem libenter **addiscerem**, ***das ich den leuthen ins hertz vnnd Conscientz hinein reden könte***, **sed** tam frigidae **sunt**

meae conciones, ut plerumque de suggestu descendens erubescam, semper postea cogito: sic oportuit te haec tractasse. Respondit D. [Lutherus]: Mi Forstemi etc. His vero locis sub nr. 2. allatis non refutatur illa coniectura, Lauterbachium huius collectionis esse auctorem, sed tantum declaratur, quaedam capita ab huius collectionis auctore iisdem verbis in eam esse recepta, quibus ab ipsis auditoribus ac collocutoribus memoriae servandae causa litteris erant mandata.

8.

De tempore, quo haec colloquiorum collectio finita sit.

In multis sectionibus horum colloquiorum memoratur annus, quo quid factum dictumve sit, e. c. Cod. fol. 4^{b} lin. 20. (huius Ed. T. I. p. 8. lin. 20.) legitur: Anno 38. 29. Decembris, fol. 9^{a} lin. 16. (h. Ed. I. p. 16. lin. 9.) Anno 38. 4. Decembris, fol. 10 lin. 16. (h. Ed. I. p. 19. lin. 9.) Anno 39. 18. Ianuarij.

Ex his temporis indiciis non solum cognoscitur, quando res narrata acciderit, sed etiam quo anno haec colloquiorum collectio finita sit. Nam praeter annos 1516 et sequentes usque ad diem Lutheri extremum 13. Febr. 1546. inveniuntur quoque serioris temporis indicia. „Fragmentum ex Epistola Philippi ad Egidium pastorem Lignicensem de sacramento quid docendum", quod in Cod. fol. 476^{b} lin. 7. — fol. 477^{a} lin. 5. exhibetur, pertinet ad annum 1548., quo haec epistola data est (vide Corporis Reform. Vol. VII. p. 187 sq.). — Sectio Cod. fol. 258^{a} lin. 3 — 15. incidit in annum 1550., id quod intelligitur ex eius principio: „Ante annos 45, cum numerabatur 1505." — Paulo serior est sectio Cod. fol. 158^{b} lin. 23. — fol. 159^{a} lin. 12., sic enim orditur: „Anno Domini 1551. 4 Idus Februarij." — Locus Cod. fol. 295^{b} lin. 12 — 21., qui incipit a verbis: „Cum esset mortuus Cancellarius Ducis Saxoniae Pater [h. l. i. q. socer] D. Christiani *Beiers*", pertinet ad annum 1557., quo d. 20. Febr. Georgius Pontanus Cancellarius ille obiit. — Denique Cod. fol. 564^{a} lin. 1 — 4. de Augustino haec referuntur:

„Baptizatus anno 391.
Presbyter 393.
Moritur 436.
Aetatis suae 75.
Hoc anno 1560 a mortuo Augustino sunt anni 1124."

Ex hoc loco intelligitur, hanc collectionem demum anno 1560.

esse finitam, quo, teste titulo supra p. XVIII allato, etiam transscripta est.

II

DESCRIPTIO EDITIONIS REBENSTOCKIANAE COLLOQUIORUM LATINORUM LUTHERI.

Postquam Codicem accurate descripsimus, progredimur ad Rebenstockii Editionem diligenter describendam, atque denuo aeque ac supra distinguimus *externam* et *internam* eius formam.

A.

De externa eius forma.

Haec Editio formae octavae minoris in duos Tomos divisa est, quorum prior habet hunc titulum:

COLLOQVIA,

MEDITATIONES, CONSOLATIONES, CONSILIA, IVDICIA, SENTENtiae, Narrationes, Responsa, Facetiae, D. Mart. Luth. piae & sanctae memoriae, in mensa prandij & coenae, & in peregrinationibus, obseruata & fideliter transscripta.

TOMVS PRIMVS.

Ne erres Lector, scias haec, non ex D. Aurifabri, sed ex alterius collectione, ante annos 10. ad aeditionem parata, sed hactenus propter certas causas suppressa, ad nos peruenisse.

(Infra haec inserta est Lutheri imago duobus circulis inclusa, intra quos leguntur haecce: „D. MARTINVS. LVTHER. 1558.“ varieque figuris cincta.)

FRANCOFVRTI AD MOENVM.

Jn fine Tomi I. invenitur haec Clausula:

FRANCOFORTI AD MOENVM PERNIcolaum Bassum & Hieronymum Feyerabent.

(Infra haec est ornamentum typographicum.)
Alter Tomus instructus est hoc titulo:

COLLOQVIA
MEDITATIONES, CONSO-
LATIONES, RESPONSA, IV-
dicia, Consilia, Sententiae,
Narrationes, Fa-
cetiae.
D. MARTINI LVTHERI,
piae & sanctae Memoriae, in Men-
sa, prandij, & coenae, & in pe-
regrinationibus.
Obseruata et fideliter trans-
scripta.
TOMVS SECVNDVS.
(Infra haec est ornamentum typographicum.)
FRANCOFVRTI AD MOENVM.
M. D. LXXI.

In fine Tomi II. legitur haec Clausula:

FRANCOFORTi AD MOE-
num per Nicolaum Bassum,
& Hieronymum
Feyerabent.

Hanc Editionem curavit Henricus Petrus Rebenstock Eschersheymensis Ecclesiae minister, id quod intelligitur ex praefatione Tomi I. data „ex Cinericea domo, in die S. Laurentij, Anno 1571." cui nomen suum subscripsit (vide infra). Praeterea ex his modo allatis elucet, non tantum Tomum II., in cuius fronte annus, quo prodiit, indicatur, sed etiam Tomum I. anno 1571. editum esse. Annus enim 1558., qui intra circulos imaginem Lutheri includentes legitur in huius Tomi I. titulo, minime spectat ad ipsius Tomi I. Editionem, sed indicat annum, quo facta est illa imago, qua typographus ad ornandum titulum usus est.

Ioh. Gottl. Möllerus in dissertatione de Lutheri colloquiis mensalibus[a]) p. 18. refert: „priori Tomo adscriptus cerni-

a) Haec dissertatio, quam ex Bibliotheca Ponickaviana Hallensi in manibus habeo, sic inscripta est: „In Gloriam Mediatoris! Beni-

tur annus 1558. posteriori Anno [pro: Annus] 1571."; item Ioh. Georg. Walch in Ed. Operum Lutheri Tomo XXII. praefat. p. 20: „Auf dem erſten Theil befindet ſich das Jahr 1558. auf dem andern aber 1571." His seductus ego quoque in Prolegomenis in Prolegomenis meis Colloq. gerin. T. IV. p. LV. in recensione Editionis Rebenstock. sic scripsi: „Der I. Theil hat die Jahrzahl 1558 (?), der II. Theil 1571." quippe quod illo tempore, quo haec scribebam, hanc Ed. nondum ipse videram. Ioh. Alb. Fabricius in Centifolio Lutherano [b]) P. I. p. 303. in huius Ed. recensione haec exhibet: „Francof. 1571. 1588. 8°", G. H. A. Ukert Dr. Mart. Luther's Leben mit einer kurzen Reformationsgeſchichte Deutſchlands und der Litteratur (nach ſeinem Tode herausg. von F. A. Ukert. 2 Theile. Gotha, b. Juſt. Perthes, 1817. 8°) P. II. p. 315. hanc Ed. sic affert: „Colloquia, meditationes cet. D. M. Lutheri cum praef. Henr. Petr. Rebenstochii. Frcf. 1558. 1571. 8. T. II. 1583. 8." Ex his apparet, neutrum horum auctorum hanc Ed. ante oculos habuisse; nam in ipso titulo Tomi II. anni numerus 1571. adscriptus est, neque in ullo huius Tomi loco annus 1583. vel 1588. legitur. Duobus autem annorum numeris, quos Ukertus ad Tom. I. affert, facile aliquis in errorem duci possit, hunc Tomum anno 1558. inceptum et anno 1571. demum finitum esse aut bis editum. Recte vero Elias Frick in V. L. Seckendorffii historia Lutheranismi ab ipso in vernaculam linguam translata [c]) p. 2734. refert, utrumque Tomum anno 1571. prodiisse.

Tomus I. continet 33½ plagulas, quarum duae priores signis)(,)(), reliquae litteris A—Z, a—i (i ½ plag.) signatae sunt. Fol.)(2ª —)() 4ᵇ exhibent Rebenstockii praefationem infra afferendam; fol.)() 5ª — 6ᵇ Conr. Weisii, Patricii Fran-

---

gnissimo Amplissimae Facultatis Philosophicae indultu, auctoritatem scripti, sub titulo: D. Lutheri Colloquiorum Mensalium, In Germanico, Anglico, et Latino idiomate editi, considerabunt, amico sententiarum colloquio, in auditorio majori A. M DC XCIII. d. 28. Octobr. instituendo, M. Iohannes Gottlieb Möllerus, Gedanensis, et Ioh. Wilh. Stricker, Gustrow.-Megapol. Rostochii, Typis Ioh. Wepplingii Univ. Typogr." 32 pagg. 4°.

b) Hoc opus continet duas Partes sic inscriptas: Centifolium Lutheranum sive Notitia litteraria scriptorum omnis generis de B. D. Luthero — — digesta sub titulis C. C. — — consignata a Iohanne Alberto Fabricio D. et Prof. Publ. Hamburgi, apud Conr. Koenig et G. Richter. M DCC. XXVIII. Pars altera. Ibid. M DCC XXX. 8° min.

c) Haec sic inscripta est: Herrn Veit Ludewigs von Seckendorff, Ausführliche Hiſtorie des Lutherthums, Und der heilſamen Reformation, — — Aus dem Latein. ins Deutſche mit allem Fleiß überſetzt, etc. Leipzig, Bey Joh. Friedr. Gleditſch u. S. 1714. 4° mai. Nomen interpretis in praefationis calce legitur.

cofordiani ad Moenum, carmen in effigiem D. M. Lutheri, et Ioan. Stolsii disticha quaedam de eiusdem vita et praecipuis rebus gestis, annorum numeros, quaedam etiam diem continentia; fol.)(7. 8. alba sunt. Haec 15 folia numeris carent. Sequentia 237½ folia A 1ª — g 6ª, numeris 1 — 238 instructa continent priorem Colloquiorum partem, quae incipit a capite voce „Deus" inscripto et finitur epistola inscripta: „Domino Anthonio N. M. L." vide infra indicem capitum huius Ed.). Folia g 6ᵇ — i 3ᵇ non numerata continent Indicem memorabilium huius Tomi; fol. i 4ª Clausulam; fol. i 4ᵇ vacat. — Tomus II. complectitur 33½ plagulas litteris Aa — Zz, Aaa — Lll (Lll ½ plag.) signatas, 268 folia, quorum primum continet titulum, sequentia folia Aa 2 — lii 5ᵇ numeris 2 — 253 signata exhibent alteram Colloquiorum partem, quae orditur a capite inscripto: „Consolationes M. Lutheri, ad parentes, de obitu liberorum et amicorum." atque finitur hocce: „Iudicium D. M. L. de casu Sacramentali ad Nicol. Amsdorffium." (vide Indicem capitum infra proponendum). Folia lii 6ª — Lll 3ª non numerata continent huius Tomi Indicem memorabilium, cuius fini subiuncta est Clausula. Ultimum folium Lll 4 album est. Praefatione hic alter Tomus caret.

Tomi I., Praefatio cuius singulae paginae 23 — 25 versus complectuntur, typis excusa est, qui „Cicero Antiqua" in officinis appellantur, adspersis nonnullis annotationibus marginalibus, quae typis „cursivis" eiusdem magnitudinis impressae sunt. Carmina huic praefationi subiuncta typis utriusque generis sunt exscripta Colloquia ipsa utriusque Tomi, exceptis capitum eorumque partium atque paginarum inscriptionibus, excusa sunt typis, qui „Corpus cursivi" in officinis nominantur. Paginae plerumque 26 — 30 versus continent. In margine permultae annotationes, quae plerumque textus argumenta indicant, iisdem typis additae sunt. Indices quoque memorabilium his typis sunt exscripti. Paginae, quae a sinistra positae sunt, in utroque Tomo habent inscriptionem: COLLOQVIVM D. M. L., paginae a dextra positae exhibent singulorum capitum inscriptiones e. c. Tom. I. fol. 2ª. 3ª: DE DEO.

B.

De interna huius Editionis ratione.

1.

De scriptionis compendiis s. siglis.

In hac Editione nomina propria saepissime solis litteris initialibus vel prioribus eorum syllabis indicantur, e. c. Mar-

tinus Lutherus siglis: M. L., Philippus Melanthon: Phi. s. Ph. s. P. M., Hans Weller: H. W. (vide infra); in aliis vocibus rarius scriptionis compendia inveniuntur, e. c. aūt autem; ē est; oēs omnes; oīm omnium; p̄ prae; p̄ceptum praeceptum; q̄ quae; Res., R. Respondit; saepissime q_3 que.

2.

De textus qualitate.

Persaepe in hac Editione inveniuntur errores typographici aliaque menda, e. c. Tom. I. fol. 1ᵇ lin. 28. summodo pro: solummodo (vide meae Ed. T. I. p. 2. notam 20.), fol. 2ᵃ lin. 23. promiscue pro: permissiue (m. Ed. I. p. 3. n. 35.), fol. 2ᵇ lin. 2. Totus pro: Toties (m. Ed. I. p. 3. n. 43.), ibid. lin. 26. salutaretur pro: saluaretur (m. Ed. I. p. 4. n. 51.), fol. 3ᵃ lin. 2. doctor pro: dator (m. Ed. I. p. 4. n. 55.), fol. 4ᵇ lin. 11. Trinitas pro: Trinitatis (m. Ed. I. p. 8. n. 100.), fol. 5ᵃ lin. 14. est pro: et (m. Ed. I. p. 8. n. 14.), ibid. lin. 29. ex pro: et (m. Ed. I. p. 9. n. 24.), fol. 5ᵇ lin. 1. vbi pro: cibi (m. Ed. I. p. 9. n. 25.), fol. 7ᵃ lin. 12. liberate pro: libertate (m. Ed. I. p. 12. n. 60.), ibid. lin. 18. puneo pro: punio (m. Ed. I. p. 12. n. 66.), fol. 8ᵇ lin. 6. expiremur pro: experimur (m. Ed. I. p. 14. n. 95.), fol. 9ᵇ lin. 15. tantam pro: tantum (m. Ed. I. p. 17. n. 30.), fol. 11ᵃ lin. 14. et pro: est (m. Ed. I. p. 20. n. 75.), fol. 11ᵇ lin. 22. securssissime pro: securissime (m. Ed. I. p. 21. n. 89.), fol. 12ᵇ lin. 2. audierit pro: audient (m. Ed. I. p. 22. n. 5.), fol. 13ᵃ lin. 14. vocauerit pro: vacauerit (m. Ed. I. p. 23. n. 18.), ibid. lin. 24. misserus pro: missurus (m. Ed. I. p. 23. n. 24.), fol. 13ᵇ lin. 8. verbum pro: verum (m. Ed. I. p. 24. n. 30.), ibid. lin. 21. sentrit pro: sentit (m. Ed. I. p. 24. n. 37.), fol. 14ᵇ lin. 9. Spiritum pro: Spiritu (m. Ed. I. p. 25. n. 56.), fol. 15ᵇ lin. 2. Academia pro: Academiam (m. Ed. I. p. 27. n. 75.), fol. 16ᵇ lin. ult. cemione pro: concione (m. Ed. I. p. 32. n. 7.).

Etiam in graecis vocibus errores haud pauci occurrunt, e. c. Tom. I. fol. 77ᵃ lin. 23 sq. *ἀντοκατικρήται* pro *αὐτοκατάκριτοι* (m. Ed. I. p. 141. n. 36.), fol. 83ᵃ lin. 27. *ἀυτοκατικρήτος* pro *αὐτοκατάκριτος* (m. Ed. I. p. 153. n. 86.), fol. 89ᵃ lin. 11. *ἀλτακηνεία* fortasse pro *ἄτλητα ἐκεῖνα* (m. Ed. I. p. 165. n. 55.), fol. 91ᵇ lin. 8. *κακοοιτής* pro *κακοήθης* (m. Ed. I. p. 170. n. 26.), ibid. lin. 20. *κακοόιτης* pro *κακοήθης* (m. Ed. I. p. 171. n. 31.), fol. 98ᵇ lin. 6. *μεταλογηκῶς* pro *μεταλογικῶς* (m. Ed. I. p. 183. n. 87.), fol. 102ᵇ lin. 21. *φυλαστοργία* pro *φιλοστοργία* (m. Ed. I. p. 190. n. 98.), fol. 110ᵇ lin. 13

ἀμφὺβολον pro *ἀμφίβολον*, ibid. lin. 18 sq. *ἀμφύβολα* pro *ἀμφίβολα* (m. Ed. I. p. 209. n. 39. 44.), fol. 120[b] lin. 11. *ἐπιχερεκαχία* pro *ἐπιχαιρεκαχία* (m. Ed. I. p. 226. n. 63.), fol. 186[a] lin. 3. *φρασις* pro *φράσεις* (m. Ed. I. p. 261. n. 59.), fol. 189[b] lin. 3 sq. *φύσιαθεόλογος* pro *φυσιοθεόλογος*, ibid. lin. 5 sq. *προαιρεσοιθεόλογα* pro *προαιρέσει θεόλογοι* (m. Ed. I. p. 267. n. 61. 62.).

Haec sufficiant, ut lector intelligat, huius Ed. textum multis scatere mendis.

3.

De annotationibus marginalibus.

In margine exteriore huius Editionis permultae annotationes additae sunt varii generis:

a. ***explicativae*** perpaucae, quibus lector ad alios eiusdem Ed. locos delegatur, ubi eadem res uberius narratur, ut Tom. I. fol. 38[b] iuxta lin. 20 sq. ad verba: se quoque dimisisse, et maxime desperatione (meae Ed. I. p. 67. lin. 9 sq.) addita est nota marginalis: Vide tomum secundum colloquium in vita Lutheri (vide meae Ed. I. l. notam ***a.***). — fol. 39[b] iuxta lin. 1. ad verba: Vbi vniuersitas decreuit etc. (m. Ed. I. p. 68. lin. 24.) in marg. leguntur: Vide in secundo tomo de casibus matrimonialibus (vide ibid. not. ***b.***).

b. plurimae ***argumentum varie indicant:***

aa. aut singulas voces textus repetunt,

e. c. Tom. I. fol. 5[b] iuxta lin. 8. (m. Ed. I. p. 9. lin. 16.) vox ***Generatio*** in margine repetitur; ibid. iuxta lin. 19. (m. Ed. I. l. lin. 25.) v. ***Processio;*** fol. 11[b] iuxta lin. 19. (m. Ed. I. p. 21. lin. 8.) v. ***Antinomi***; fol. 54[a] iuxta lin. 3. (m. Ed. I. p. 95. lin. 4.) v. ***Spasmus***; fol. 55[a] iuxta lin. 22. (m. Ed. I. p. 97. lin. 19.) v. ***Somnus.***

bb. aut singula nomina textus, nonnunquam cum additamento quodam:

e. c. Tom. I. fol. 22[a] lin. 27. (m. Ed. I. p. 39. lin. 12.) nomen ***Schwenckfeldius;*** fol. 32[b] iuxta lin. 9 sq. (m. Ed. I. p. 56. lin. 18.) ad verba: meus Ioannes et filia mea Magdalena, legitur nota marg.: ***Iohannes et Magdalena Lutheri;*** fol. 55[b] iuxta lin. 9 sq. (m. Ed. I. p. 98. lin. 4.) in marg. repetitur; ***Petrus Lupinus;*** fol. 69[a] iuxta lin. 12 sq. (m. Ed. I. p. 125. lin. 17.) ad nomen Franciscus, est nota marg.: ***Franciscus Monachus;*** fol. 72[a] iuxta lin. 20 sq. (m. Ed. I. p. 131. lin. 20.) ad nomen Muntzerus, nota marg.: ***Thomas Monetarius.***

cc. aut duo vel plura verba textus continua repetunt,
e. c. Tom. I. fol. 1[b] iuxta lin. 13. (m. Ed. I. p. 2. lin. 8 sq.) verba textus: credere Deum creatorem, in marg. sic repetita sunt: ***Deum credere creatorem;*** fol. 3[a] iuxta lin. 3. m. Ed. I. p. 4. lin. 23.) ad verba: verissima Dei est cognitio, nota. marg.: ***Cognitio Dei vera;*** ibid. iuxta lin. 5 sq. (m. Ed. I. I. lin. 25.) ad verba: Deus enim est aequinocum, nota marg.: ***Deus aequinocum;*** fol. 8[b] iuxta lin. 4. (m. Ed. I. p. 14. lin. 24.) ad verba: Figura Ecclesiae, nota marg.: ***Ecclesia*** (pro: Ecclesiae) ***figura.***

dd. aut eorum, quae in textu continentur, summa in margine indicatur,
e. c. Tom. I. fol. 4[a] iuxta lin. 7 sqq. (m. Ed. I. p. 4. lin. 5.) ad Christi dictum: Caro et sanguis tibi non reuelauit, legitur nota marg.: Cognitio Dei coeleste donum; ibid. iuxta lin. 19 sq. (m. Ed. I. I. lin. 13 sq.) ad verba: Deum aeternum patrem etc., nota marg.: Definitio Dei; ibid. iuxta lin. 26. (m. Ed. I. I. lin. 19.) ad verba: Hanc cognitionem suam Deus etc., nota marg.: Deum nosce; fol. 2[a] iuxta lin. 15 sq. (m. Ed. I. p. 4. lin. 9.) ad verba: me et domum meam percute etc., nota marg.: Contritorum demissio.

ee. aut eorum, quae in textu tractantur, partitio in margine notatur vel solis numeris, vel numeris ac verbis,
e. c. Tom. I. fol. 34[b] iuxta lin. 19. (m. Ed. I. p. 60. lin. 8.) ad verb.: Primo, subiecto, in margine adnotatus est numerus: *I.*, ibid. iuxta lin. 22. 24. 27. (m. Ed. I. I. lin. 11. 13. 16.) ad verba: Officio, Obiecto, Ordine, in marg. leguntur numeri: ***II. III. IIII.;*** fol. 35[a] iuxta lin. 1. (m. Ed. I. I. lin. 19.) ad verba: A contrarijs, in marg.: *V.*; fol. 64[a] iuxta lin. 3. (m. Ed. I. p. 115. lin. 9.) ad verba: I. Damnationem et infernum, apposita est nota marg.: ***I. Infernus.;*** fol. 64[b] iuxta lin. 23. (m. Ed. I. p. 116. lin. 23.) ad verba: Alterum receptaculum et coelum apertum, nota marg.: ***II. Coelum apertum***; ibid. iuxta lin. 28. (m. Ed. I. I. lin. 27.) ad verba: 3. Limbus patrum, nota: ***III. Lymbus patrum.***; fol. 65[a] iuxta lin. 20. (m. Ed. I. p. 117. lin. 16.) ad verba: Quintum purgatorium, nota: ***V. Purgatorium.***

4.

De capitum ordine.

Uterque huius Editionis Tomus multa continet capita, quorum plura divisa sunt in partes peculiaribus titulis instructas.

Omnes horum capitum eorumque partium inscriptiones h. l. afferam, adscriptis paginis, ubi leguntur.

Tomus I.

Deus fol. 1ª, Trinitas fol. 4ª, Discrimen inter generationem et processionem Filii et Spiritus S. fol. 5ᵇ, Christus fol. 6ª, Christi regnum fol. 7ª, Ecclesia. Certamen de titulo Ecclesiae fol. 7ᵇ, Ministerium verbi, et vocatio ministrorum fol. 12ª, Utrum vocatus sit ille, qui ambit praedicaturam ministerii fol. 12ᵇ, Excommunicatio fol. 14ª, Admonitio scripta a M. L. ad H. Metzsch fol. 15ª, De excommunicatione, Exhortatio publica M. L. Anno 39. Dominica Invocavit post concionem fol. 16ᵇ, De Lege et Evangelio, ac verbo vocali fol. 19ᵇ, De contemptu verbi, et poenis eius Prophetia M. L. fol. 26ᵇ, Iustificatio fol. 29ᵇ, Fides fol. 31ª, Sanctificatio per fidem fol. 33ª, Fides et Spes differunt fol. 34ᵇ, Invocatio et oratio fol. 35ᵇ, Confessio auricularis fol. 39ª, Obiectio fol. 41ᵇ, Patientia fol. 41ᵇ, Liberum arbitrium fol. 42ª, Pax et Concordia fol. 42ᵇ, Cur in Adam plures damnentur quam in Christo salventur fol. 44ᵇ, Argumentum fol. 46ᵇ, Legendae Sanctorum fol. 47ª, De extremo iudicio fol. 48ª, Morbi fol. 51ª, Medicamenta et medicinae fol. 54ª, Mors fol. 55ᵇ, De obitu filiae suae fol. 58ª, Resuscitatio mortuorum fol. 60ª, Vita aeterna fol. 61ª, Damnatio, Infernus fol. 64ª, Missa privata fol. 65ᵇ, Canon Missae fol. 67ª, Monasteria, Monachi vita et deliciae Monachorum fol. 68ª, Papistarum vitia et libidines fol. 74ª, Papistarum furor et pertinacia fol. 75ª, Defensores et ministri Papae fol. 80ª, Mortes et interitus aliquot Papistarum fol. 85ᵇ, Roma fol. 87ª, Mundus. Illius ingratitudo et malitia fol. 90ª, Epicurismus in mundo fol. 96ᵇ, Ingratitudo civilis fol. 99ª, Scandala fol. 99ª, Idolatria fol. 99ᵇ, Ira fol. 102ᵇ, Arrogantia fol. 103ª, Tristitia, laetitia fol. 104ª, Ebrietas fol. 105ª, Quaestio fol. 106ª, Otium, labor fol. 106ª, Consuetudo difficile deponitur fol. 106ᵇ, Prodigia, portenta miraculosa fol. 107ª, Tempestates, fulgura fol. 109ª, Oracula fol. 110ᵇ, Somnia fol. 111ª, Complexiones fol. 111ᵇ, Spectra fol. 112ᵇ, Diabolus, illius natura, potentia, conatus, insidiae, figura, expulsio fol. 115ᵇ, Epulsio Satanae fol. 118ᵇ, Terriculamentis Satanae quomodo resistendum fol. 119ª, Quaestio. Quomodo Diabolus possit videre in cordibus hominum, quae ipse suggerit fol. 121ª, De suppositiis fol. 123ª, Odium Diaboli adversus homines fol. 123ᵇ, Iudicium de his qui sic pereunt fol. 125ᵇ, Phrenetici et a Sathana obsessi fol. 127ᵇ, Homo eiusque lapsus et miseria fol. 129ª, Quaestio de lapsu hominis fol. 130ᵇ, Infantes fol. 133ª, Mulieres, uxores fol. 134ª, Parentes fol. 135ª, Liberorum ingratitudo fol. 136ª, Familia fol. 137ᵇ, Ius fol. 138ª,

eriti fol. 139ᵃ, Exhortatio ad Iuristas vehemens fol. 142ᵇ, a hosti sit fides servanda fol. 144ᵃ, Politia fol. 145ᵇ, tratus fol. 146ᵇ, Principes fol. 148ᵃ, Dux Albertus fol. 149ᵃ, ndgraviis fol. 151ᵃ, De Philippo Landgravio fol. 151ᵇ, ice Georgio fol. 155ᵃ, Electores Saxoniae fol. 166ᵃ, De Ioannis Electoris fol. 169ᵇ, Prognosticon M. L. in libello ventum Germanice translatum per D. I. Ionam fol. 171ᵇ, fol. 173ᵃ, Reges, reginae fol. 174ᵃ, Foedera Protestan- l 177ᵃ, An liceat Christiano uti defensione fol. 178ᵇ, m M. L. Quid agi debeat in tuendo Evangelio? fol. Quaestio movebatur de causa et vindicta nobilis ab Haug- ntra D. G. rectene D. Fachsium captivum abduxisset 2ᵇ, Iudicia. An in iudicio liceat contendere fol. 183ᵃ, fol. 184ᵇ, Linguae fol. 185ᵃ, Eruditio et literae fol. 187ᵇ, in genere fol. 188ᵃ, Iudicia de eruditis nostri saeculi M. 189ᵃ, De Erasmo Roterodamo fol. 192ᵃ, Regiones, ter- us, mores, populi fol. 196ᵇ, Hispani fol. 199ᵃ, Quatuor arum vel populorum, Germanorum, Gallorum, Hispa- et Italorum collatio fol. 202ᵇ, Germania fol. 203ᵃ, Turca 8ᵇ, De lingua Turcica fol. 213ᵇ, Iudaei fol. 214ᵇ, Argu- contra Iudaeos fol. 218ᵃ, Aliud argumentum fol. 218ᵃ, aestu et usura fol. 222ᵃ, Furtum fol. 223ᵇ, Veritas fol. Mendacium fol. 226ᵃ, Iocosa, festiva, fabulae fol. 227ᵃ, ia coniugalia fol. 229ᵇ, Heremita murmurans contra Dei fol. 229ᵇ, Dyssenteria M. L. in merdi poëtam Laemmi- fol. 231ᵃ, Quilibet est rex in sua domo caeteris paribus 32ᵃ, Ingenia poëtica fol. 232ᵇ, Recordatio Mart. Luth. privilegia et prohibendi gradus. D. Doctori Iohanni o, Pastori Vratislaviensi fol. 234ᵃ, Domino Anthonio N. fol. 235ᵇ.

Tomus II.

Consolationes M. Lutheri, ad parentes, de obitu liberorum icorum fol 2ᵃ, Consolatio M. L. ad Lucam Kranach Con- , propter obitum filii fol. 3ᵇ, Consolatio M. L. ad M. Bernt de amissa uxore, liberis, matre, una hebdomada , Consolatio M. L. ad infirmam mulierem fol. 6ᵃ, Conso- contra dubitationem de praedestinatione fol. 7ᵇ, Praede- onis tentatio fol. 8ᵃ, Ad sententiam Non est volentis currentis. Rom. 9. M. Lutheri responsio, ex M. Georgii ii Libris scriptis fol. 9ᵃ, Item alio tempore dixit M. L. , De D. M. Luth., eius doctrina, vita, morbis et pericu- 11ᵇ, D. M. L. curriculum fol. 12ᵇ, D. M. L. occasio udi contra Papam fol. 14ᵇ, De periculis et morbis Lu- ol. 17ᵃ, Oeconomia Lutheri fol, 18ᵃ, Candor et liberalitas

M. L. fol. 20ª, Perturbationes et patientiae Mart. Luth. fol 20ᵇ, Morbi et imbecillitas Mart. Luth. fol. 21ª, Libri et scripta Lutheri fol. 24ª, Iudicium D. M. L. pium et modestiss. de suis libris fol. 25ᵇ, De Phil. Melanthone fol. 27ᵇ, Absolutio privata fol. 28ᵇ, Adversarii haeretici contra Lutherum fol. 29ª, Campanus fol. 31ª, Errores Campani fol. 31ᵇ, De arrogantia Doctorum fol. 33ᵇ, Thomas Muntzerus fol. 34ª, Sacramentarii Augustanenses fol. 35ª, Quomodo cum fanaticis agendum, Instructio D. Mart. Luth. de Iohanne Mantel in Mulhausen fol. 39ª, De Sacramentariorum negotio fucato et fallaci fol. 42ª, Consilium D. M. Luth. eiusque sententia fol. 43ª, Additio D. M. L. post reditum Phil. Melan. ex Hassia fol. 44ᵇ, Antinomi fol. 45ᵇ, Anabaptistae fol. 55ª, De Baptismo parvulorum sententia fol. 56ª, Contra haec argumenta Anabaptistae sic disputant fol. 56ᵇ, Confutatio aliquot obiectionum Anabaptistarum fol. 57ª, Quid prodest Baptismus parvulis fol. 57ᵇ, Responsio ad Landgravii adhortationem scriptam ad D. M. L. in qua illum adhortatur contra Anabaptistas calamum acuendum illorumque doctrinam refutandam fol. 58ª, Antichristus fol. 59ª, Papae fol. 61ª, Imposturae Papatus fol. 69ᵇ, Abominationes Papisticae fol. 71 , Scortatio Canonicorum fol. 72ª, Discrimen inter haereticum Schismaticum et male Catholicum fol. 73ᵇ, Abnegatio verbi fol. 76ª, De reliquiis Sanctorum fol. 76ᵇ, Quaestus et avaritia Papae fol. 79ª, Controversiae cum Papistis quae nulla concordia sarciuntur fol. 81ª, Doctrina Papistarum, errores, coecitas fol. 82ᵇ, Inscitia Papistarum fol. 88ª, Decretum et Decretale Papae fol. 89ª, Universitates fol. 91ª, Depositionis ritus fol. 92ᵇ, Academia Vitebergensis fol. 93ª, De gradibus in scholis fol. 94ª, Parvulorum integritas fol. 94ᵇ, Virgo fol. 95ª, Adulteri, scortatores fol. 95ª, Historia de deprehenso adultero fame necato fol. 97ᵇ, Agnitio peccati fol. 98ª, Alchimia fol. 100ᵇ, Allegoriae quomodo tractandae fol. 101ª, Sensus Scripturae fol. 102ª, Angeli boni et mali fol. 103ª, Angelorum custodia fol. 103ᵇ, Apostoli fol. 103ᵇ, Luxus epularum, vestitus fol. 106ᵇ, Aquae fol. 107ᵇ, Consideratio pluviae fol. 108ª, Aquae non ultra littus fol. 108ᵇ, Apes fol. 109ª, Arbores fol. 109ᵇ, Arcanorum vel mysteriorum extra verbum Dei inquisitio perniciosa fol. 110ᵇ, Artes et inventiones mirabiles fol. 111ᵇ, Artes discendi nostro seculo fol. 112ª, Disputationum utilitas fol. 115ª, Astronomia fol. 116ᵇ, Astronomia ubi probanda vel improbanda fol. 116ᵇ, Astrologia fol. 117ª, Aula fons invidiae fol. 119ᵇ, Avaritia mundi detestabilis fol. 120ᵇ, Avaritia Parochorum fol. 121ª, Ex ioco res seriae proveniunt fol. 123ᵇ, Aves et volatilia fol. 124ª, Authores fol 126ª, *Αὐτόχειρες* se ipsos trucidantes fol. 127ª, Exemplum muliebris pudicitiae

ini fol. 132b, Aliud fol. 134a, Fragmentum ex Epi-
ad Aegidium Past. Lignicensem, quid docendum
nto fol. 135b, De abrogatione elevationis fol. 137b,
ntibus et contemptoribus Coenae Dominicae fol.
us fol. 138a, Horae passionis Christi a Coena fol.
a Christi Hierosolymam fol. 142a, Epitaphium Sal-
ri Iesu Christi, quod fixum est Hierosolymis ad
Christi fol. 143a, Aliud fol. 143b, Christiani et vita
fol. 143b, Armatura Christiani hominis fol. 145a,
consideratio fol. 146a, De Paradiso fol. 147a, Lapi-
i fol. 152b, Generationis et formationis foetus consi-
153a, De coniugio fol. 155a, Nuptiae non sunt dif-
ol. 157b, Morosa uxor fol. 160b, Reconciliatio
ae fol. 161b, Quaestio. An minister verbi propter
oniugium intermittere possit fol. 163b, Alia quaestio
Quaestio fol. 164b, Opera coniugii et conceptio fol.
ugium Sacerdotum fol. 166b, Digamia fol. 167a, Po-
l. 167b, Coelibatus fol. 168a, Casus matrimoniales
Quaestio fol. 172b, Causa divortii a visitatoribus
iaconis praesentibus fol. 173a, Alius casus fol. 173b,
landestinis fol. 174b, De gradibus prohibitis fol. 176a,
divortii fol. 177a, Formula citandi desertores fol.
us politici fol. 179b, Casus tragici et horribiles fol.
ena data fol. 182b, Fascinationes et incantationes magi-
3a, Ceremoniae et traditionum superstitiones fol. 185b,
tymologia fol. 186b, Bellum et bellica fol. 189a, Arma
191b, Colloquium D. M. L. cum P. M. de bello Paschali

212ª, Imago Christi, proposita in cap. 12. Exodi fol. 2
Effectus conspersionis et applicationis fol. 213ᵇ, Connexa n
ducationis agni fol. 214ª, Adiacentia manducationis fol. 2
Novj Testamenti aliquot loci et sententiae fol. 215ª, Dic
Ioannis 14. Ego sum via, veritas et vita, manu M. L. in Te
mentum cuiusdam inscriptum fol. 216ª, Lucae 1.
ritus sanctus obumbravit etc. fol. 216ª, Ecce duo gladii
etc. fol. 217ᵇ, Evangelium de divite et Lazaro, Luc. 16.
217, Marci 8. de 7 panibus fol. 218ª, Iustitiae Dei Voca
lum fol. 219ª, Consilium M. L. supra locum 1. Petri 4.
fol. 219ᵇ, Tradidi corpus Sathanae fol. 220ª, De tentationil
Calamitatum crucis, tentationum utilitas fol. 220ᵇ, Davidis
tationes fol. 220ᵇ, Adhortatio ad ferendas afflictiones fol. 2
Consolatio in summa tentatione fol. 221ᵇ, Consolatio M. L.
moestum Hieron. Wellerum fol. 223ª, Scriptum M. L. ad
trem quendam Aut. Laut. fol. 227ª, Aegroti quomodo visit
fol. 228ª, De tentatione Christi Matth. 4. fol. 228ᵇ, Consol
tentati cuiusdam fol. 229ª, Sathan quomodo illudendus a
fol. 229ª, Absolutio cuiusdam adolescentis qui se Diabolo
voverat fol. 229ᵇ, Afflictiones piorum fol. 230ª, Tentati
debent esse soli fol. 230ᵇ, Colloquium M. L. cum legato I
tificio de concilio fol. 233ª, Patres post Apostolos et iudic
de illis fol. 234ᵇ, Quibus temporibus patres vixerunt A
Christi fol. 238ª, Episcopi fol. 240ª, Literae Caspari Zy
Pastoris Friberg. vocati ad Episcopum Misnensem, quas M
suo nomine et titulo conscripsit fol. 241ᵇ, Eiusdem ter
literae ad Episcop. Misnen. scriptae a Mart. Luth. sub nor
Nicolai Hausmanni vocati pastoris Fribergensis. Anno 1
fol. 242ᵇ, Episcopi Papistici Larvati, et Nicolaus Episcopus
244ª, Hypocrisis Sophistica et falsi fratres fol. 247ᵇ, Haere
vaticinium M. L. de novis haereticis fol. 248ᵇ, An Haeret
possit administrare Sacramenta fol. 252ᵇ, Iudicium D. M
de casu Sacramentali ad Nicol. Amsdorffium fol. 253ª.

5.

De inscriptionibus capitum eorumque partium.

Hae inscriptiones, quae maiori ex parte litteris maius
s. uncialibus, multae autem litteris minusculis impressae sunt,
dem modo, ac supra p. XXXXVI sq. de Codicis inscriptionibus
atque exemplis demonstravi, non ubique ad omnia, quae (us
ad proximam inscriptionem) sequuntur, pertinent, sed h
raro tantum ad eam partem, quae inscriptionem proxime
sequitur, e. c. inscriptio: Hispani, quae Tom. I. fol. 199ª

gitur, spectat tantummodo ad proxime sequentia, minime ad ea, quae paulo inferius, sine titulis praefixis, leguntur, in quibus de Anglia, Ungaria, Saxonia, Hassia, Thuringia et de Scotis disseritur.

6.

De lingua, qua colloquia Lutheri in Editione Rebenstockii exhibentur.

In hac Editione omnia colloquia latine exhibentur, praeter perpaucas voces germanicas, quae hisce locis inveniuntur: Tom. I. fol. 3ª lin. 5. (meae Ed. T. I. p. 4. lin. 25.): sed simpliciter Deus, Gut, — fol. 5ª lin. 8. (m. Ed. I. p. 8. nota 11.): principe de Anhalt — fol. 15ª lin. 22. et 28. (m. Ed. I. p. 26. lin. 27. et p. 27. nota 74.): H. Metzsch — fol. 32ª lin. 24. (m. Ed. I. p. 56. lin. 7 sq.): dormierunt cum patribus suis, seth alle in Himmel gefahrn. — fol. 39ᵇ lin. 4. (m. Ed. I. p. 68. lin. 26 sq.): Alſo muß man ſich in casibus wol fürſehn. — fol. 72ª ad textus verba lin. 24. (m. Ed. I. p. 131. not. 6.): Reges cappacij et simacij. in margine adnotata sunt: Bettel Könige Monachi. — fol. 137ª lin. 6 — 9. (m. Ed. I. p. 257. lin. 17 sq.) duo versus: Welcher Vater das ſeine gibt auß der gewalt, den ſol man todt ſchlagen mit dieſer keulen bald. — Tom. II. fol. 87ª lin. 23 sq. (conf. Cod. fol. 629ᵍ): in *Grimmethal*, lin. 28 sq. der Grimmethal, — fol. 198ᵇ lin. 23 sq. (Cod. fol. 327ᵇ lin. 4.): Verecundus germanice *Ehrsam* — fol. 240ª lin. 20. (Cod. fol. 633ᵇ lin. 4.): *Bischoff* Germanice, lin. 22. (Cod. l. l. lin. 5.): Germanicum vocabulum *Haussmann* — fol. 249ᵇ lin. 18 sq. (Cod. fol. 647ª lin. 12.): germanice *Wie*, latine quomodo, mutatum est in ve germanice *wehe*.

Miror igitur, cur Rebenstockius Tom. II. fol. 248ᵇ lin. 3., ubi Lutherus interrogat, quomodo hypocrita proprie debeat verti, vocem germanicam heuchler, quae h. l. in Cod. fol. 645ᵇ lin 7. recte memoratur, non retinuerit, sed pro germanica voce h. l. afferenda iterum latinam „hypocrita" scripserit.

7.

De consilio, quod Rebenstockius in hac Editione secutus est.

Hoc consilium in praefatione Tomi I. editor proposuit; quapropter hanc integram primum afferam.

Praefatio Rebenstockii.

Generoso, Nobili, atque Illustri Domino, Domino Phi-

lippo Ludouico, Comiti de Hanoia et Rineck, Domino in Mintzenberg, etc. Clementiss. suo Domino, futurae et huius vitae foelicitatem perpetuam.

Deus Opt. Max. comes generose, verbi sui multiplicem, temporalem, et spiritualem promisit benedictionem, sicuti scriptum est:[a]) Si vocem Domini Dei tui audieris, vt facias, atque custodias omnia mandata eius, quae ego praecipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quae versantur in terra venientque super te vniuersae benedictiones istae, et apprehendent te, si tantum praecepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate et benedictus in agro. Et Christus ipse, mortales, regnum tuum, ante omnia quaerere, hortatur, et simul corporalia, et spiritualia, credentibus pollicetur bona.

Quaerite mortales (inquiens) primum coelestia regna
Hinc reliquae vobis adijcientur opes.

Sunt profecto admonitiones vtiles, et necessariae, non propter solam bonorum corporalium promissionem, quia haec à morte liberare neminem possunt, sed potius hanc ob causam, quia per verbum diuinum ex illuminatione Spiritus sancti, homines Deum patrem Domini nostri Iesu Christi, et Iesum Christum saluatorem nostrum, agnoscere discunt, sine cuius agnitione, nemo, vel remissionem peccatorum, vel vitam aeternam consequi potest. Euangelium enim, testante Paulo,[b]) potentia Dei est, ad salutem omni credenti, quod praeclara admodum parabola assimulatur thesauro precioso, in agro absconso, quem homo reperit, et abscondidit, et prae gaudio, quod habet super eo, abit, omnia vendit, ac mercatur agrum illum. Nonne similitudine hac, verbum Dei, thesaurum preciosissimum, prae omnibus quaerere per Christum admonemur? Sed quis sermoni nostro credit, dicit Propheta.[c]) Homines hisce temporibus periculosissimis, non verbum Dei, non Christum, sed mundi diuitias quaerunt, bonisque tantum temporalibus, et caducis inhiant, Dei verbum omnino negligunt, et aspernantur, auribus quidem illud percipiunt, corde autem suo longe absunt. At Deus Opt. Maxi. verbum suum non tantum audire, sed et custodire illud praecepit. Sitis affectatores sermonis, et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, dicit Apostolus.

Quaeso quid diuitiae, quid opes, quid totius mundi splendor, hominibus prosunt, si sacrosancto careant verbo? Omnia haec, nec mortem horrendam, nec Diabolum, hosten,

a) Nota marginalis: Deut. 28.
b) N. marg.: Rom. 1. Matt. 13.
c) N. marg.: Esa. 53.

humani generis atrocissimum, fugare nec a peccato et ira Dei liberare possunt. Nec vllam in mortis agone, opes, vel diuitiae splendidissimae aut honores amplissimi, consolationem afferunt. Quin omnia huius mundi bona relinquenda sunt, ipsumque corpus putrescet, et vermibus esca erit, vt recte dictum est:

Quid valet hic mundus, quid gloria, quidue triumphus?
Post miserum funus, pulvis et vmbra sumus.

Quaerendus ergo thesaurus, quem nec fures furari, nec tinea, aut aerugo corrumpere possit, et qui nobis, omnibus aduersitatibus, non solum corporalibus, verum etiam spiritualibus, et in ipsius mortis agone, vbi a conscientia nostra, a peccato, atque Diabolo grauiter accusamur, qui et ad desperationem impellere, Deumque cordi nostro detrahere conatur, opitulari, ac vsui esse queat, cum ab ipsis parentibus, omnibusque amicis, et opibus deserimur. In solo autem Dei verbo, thesauro preciosissimo, salutem habebimus, solus Deus verbo suo diuino nobis adest, corda nostra gubernat, erigit, et per Spiritum sanctum cordibus nostris consolationem praebet, relicto autem verbo, de animarum nostrarum salute prorsus actum est. Vnde non temere dicitur:

Omnia si perdas, verbum seruare memento,
Amisso verbo, postea nullus eris.

Patriarchae sancti, qualem in tentationibus, et periculis consolationem habuerunt? Nonne solo verbo Dei confisi sunt? promissione venturi seminis benedicti, fidem confirmarunt, Diabolum cum suis insidijs oppugnarunt. Homines pij in populo Iudaico, qui magnis et ingentibus saepius obruebantur procellis, tentationibusque varijs, tantum propter veram religionem, vnde animi recreationem, ac liberationem acquisiuerunt? Si impiorum hominum mores imitati fuissent, in opibus, honoribus, atque in multitudine amicorum confisi essent, ac salutem animarum in bonis caducis quaesuissent, verum ipsi omnibus ijs neglectis, solum Dei verbum amplexi sunt, solis Dei promissionibus, de venturo Messia, et liberatore, fidem habuerunt, Deumque protectorem inuocarunt. Dauid Heros diuinus, suis in tentationibus, ac tribulationibus, non in opibus, seu hominibus, sed in solo Dei verbo confidendum esse, didicit. Magnis propterea suspirijs exclamat, et miseriam suam his verbis,[d]) pater et mater dereliquerunt me, Dominus autem suscepit me, etc. deplorat.

Dei, hic, bonitatem, misericordiam, et verbi diuini efficaciam, infidelitati, et hominum inconstantiae longe praeferri

d) N. marg.: Psal. 26.

debere, indicat. Homines quidem multa polliceri, diuitijs suis, et opibus in aduersis, interdum afflictis subuenire possunt, at in periculis summis, in praestandis amicitiae officijs, parum sunt constantes, testante Ouidio, qui ait:

Donec eris foelix, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Deus autem, qui est summum bonum, non solum multa pollicetur, verum etiam suis satisfacit promissionibus, et adest nobis tam in rebus prosperis, quam in aduersis, verbo suo animos consolatur perturbatos, dat Spiritum sanctum, peccata remittit, et viam aeternae vitae monstrat. Hanc verbi diuini virtutem Regius ille Propheta Dauid non ignorauit, alias nunquam haec protulisset verba:[e]) Lucerna pedibus meis, verbum tuum. Putasne Regem Dauidem, Christum venturum, viamque, veritatem, et vitam esse, ignorasse? Veram profecto cognitionem Christi, quam tamen ex Dei verbo didicit, illum habuisse, scriptura testatur, nunquam alias dicere potuisset:[f]) Verbum tuum, id est Christus, est Lucerna pedibus meis, sic solo verbo diuino, regius ille Propheta, Diabolo, tentationibus, et quibusuis periculis insultauit.

Ecclesia Christi, post Apostolorum tempora, non solum a Romanis Imperatoribus, verum etiam a suis domesticis persecutionem passa, et deuastata, et sanguis Christianorum ab initio mundi, a Tyrannis propter Dei verbum effusus est, sicuti inquit Tertullianus:

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cepit,
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.

Nunquam tamen a Deo derelicta, sed mirabiliter a mundo condito, ad haec vsque tempora, contra furores Diaboli, Tyrannorumque saeuitiam, defensa, et conseruata est. Diabolus quidem Ecclesiam et Dei verbum saluificum perturbare, et in nihilum redigere, penitusque opprimere nunquam non conatus est, in Paradiso primos nostros parentes, Adamum, et Euam, verbi deprauatione, ac suis mendacijs misere seduxit. Cain impius, Abelem iustum, ac membrum Ecclesiae verum, crudeliter interfecit, putans verbum Dei sic prorsus extingui posse. Et haec crudelitas sane, atque Diaboli, Tyrannorumque saeuitia in Paradiso (vt dixi) incepit, et ad hoc nostrum seculum peruenit. Post Christum, atque Apostolos, multi, iuxta Christi vaticinium, falsi exsurrexerunt Prophetae, sicuti et ante Christum factum est. Postea Augustini, aliorumque doctorum virorum temporibus, haeretici, Lupi rapacissimi, et deuastatores verae Ecclesiae, qui veram Prophetarum, Christi,

e) N. marg.: Psal. 118. Psal. 14.
f) N. marg.: Ioan. 1.

Apostolorum, aliorumque piorum doctorum, doctrinam, ac verbum Dei purum, humanis traditionibus, ac mendacijs, omnino delere, et pedibus conculcare in animum induxerant, accurrebant: verum quid obscurissimi, impijssimique illi homines, haeretici, atque Tyranni tandem effecerunt? Quam assecuti sunt gloriam? quid praemij inde acceperunt? Ecclesiam quidem admodum perturbarunt, membra Christi crudeliter gladio, et impia doctrina interfecerunt, et trucidarunt, sed verbum Dei, quod est potentia Dei ad salutem omni credenti, vt ait Apostolus,g) nunqum opprimere, delere, vel in nihilum redigere potuerunt, verbum enim Domini, vt dicit Propheta,h) manebit in aeternum, et in Psalmo i) canitur: Deus noster, refugium, et virtus, Et haeretici, persecutores Ecclesiae, et verbi Dei, quid aliud effecerunt, quam quod inuiti gloriam Dei illustriorem reddiderint, quo enim magis Ecclesia premitur, eo magis crescit, et,

Fortius vt surgit, sub duro pondere, palma,
Sic magis accrescit duris Ecclesia rebus.

Tandem et ipsi haeretici, omnesque persecutores Ecclesiae verae, misere perierunt, et gladio oris Dei interfecti sunt, sicuti Historia Arrij, Cerinthi, Sabellij, etc. clare testatur: Quid Deum, cum nostris, hodie, Papistis, Sacrificulis, Monachis, Anabaptistis, Sacramentarijs, Adiaphoristis, qui omnes sacrum Dei verbum, contra conscientiam, suis corruptelis deprauare non solum, sed potius opprimere, noua, impiaque dogmata spargere, hominesque traditionibus, et laruis humanis seducere conantur, facturum putas? Visitabit et eos, vt dicit Propheta,k) virga ferrea, conniuet quidem ad tempus, sed tandem veniens veniet et non tardabit.

Quantis tenebris, quanta caligine humanarum traditionum oppressi fuerimus, in quanta mortis vmbra, ante annos quadraginta sederemus, nemo non nouit, miseri, et simplices homines, regnum Dei in externis ceremonijs, in cibo, nempe et potu consistere, persuadebantur, bona necessaria ad sustentandum corpus, a Papa Christi vicario, scilicet, magna pecunia emere cogebantur.

Sed quid de corporalibus dico bonis, cum etiam aeterna bona, remissionem scilicet peccatorum, iustitiam, et vitam aeternam, nemo, nisi summum pontificem, sanctissimumque illum patrem Romae, pecunia corrumpebat, consequi poterat. O caecitas infanda. Sed laus et gratia Deo optimo Max. qui nos miseros homines ex his Labyrinthis, nugis, ac tenebris densissimis,

g) N. marg.: Rom. 1.
h) N. marg.: Esa. 40.
i) N. marg.: Psal. 45.
k) N. marg.: Psal. 88. Esa. 1.

Papae, Diaboli, ac sacrificulorum, sua misericordia liberauit ac populum suum visitauit.

Antequam suam Christus Euangelij praedicationem auspicabatur, Ioannem Baptistam, iuxta Prophetae vaticinium, ante faciem suam, ad praeparandam viam, praemisit. Tum temporis, in Dei populo magna caligo, et densae erant tenebrae, vera enim legis doctrina, immo et Prophetarum de venturo Messia vaticinia, per Scribas Pharisaeos, et falsos doctores valde erat obscurata, homines simplices, per externa legis opera, per externam disciplinam, et obedientiam Deo placere ac remissionem peccatorum consequi, docebantur, verum autem legis intellectum, Deum, nempe, internam, cordis, et integram, perfectamque legis impletionem, ab hominibus requirere, ac neminem proprijs suis operibus, seu meritis remissionem peccatorum consequi posse, ignorabant.

Hoc Pharisaeorum fermentum, hos errores grauissimos, in populo Dei, Ioannem expurgare, ac verum intellectum legis ac Prophetarum, monstrare oportebat.

Leo 10. summus Pontifex Romae, cum Tetzelium, Anno a nato Christo, 1517. in Germaniam ad indulgentias seu nugas vendendas ablegauerat, Martinus Lutherus,[l]) piae memoriae, vt Tetzelio resisteret, et verbum Dei instauraret, excitabatur hic impiam, et Diabolicam Papae et Tetzelij doctrinam, tanto spiritu, tanta authoritate, et virtute verbi Dei refutabat, vt etiam Tetzelius, indulgentiarum venditor ac impostor ille, summo cum pudore, ac dedecore fugam dare, Germaniamque relinquere coactus sit.

Lutherus vero, magno zelo,[m]) verbum Dei pure declarauit et praedicauit, multos in Dei gloriam, multorumque hominum salutem, libros scripsit, Ecclesiam a deliramentis, et nugis Papistarum purgauit, et praedicauit, conscientijs perturbatis, remedia salutaria proposuit, et viam ad salutem aeternam, recte monstrauit. Sed quis gratias agit illi, pro tantis laboribus?

Viri fidelissimi, doctrina, et pietate praestantissimi, immo Ecclesiae Lumina, M. L. P. M. etc. qui bonum in Ecclesia iecerunt fundamentum, in coelestem migrarunt patriam, vbi animae illorum placide in Abrahae sinu quiescunt, confessio vero, ac Doctrina illorum salutifera, inter quosdam homines pios floret, frigere autem, et contemni, iuxta Lutheri Prophetiam, qui falsos doctores, et deprauatores sacrae scripturae post mortem Sathanae venturos esse praedixerat, incipit. M. L. non solum publice in templo, verum etiam in aedibus suis, in itinere, et peregrina-

l) N. marg.: Lutherus alter Elias seu Ioannes.
m) zelo,] *sic scripsi*; Reb.: telo,

tionibus, in exilio, et in mensa, verbum Dei, thesaurum pretiosissimum, fideliter docuit, suisque distribuit. Sic Deus despectum hominem, M. L. in Saxonia, et vicinis regionibus, solem suum oriri, Christum vere agnosci curauit, antea speluncis latronum erant inclusi, Lutherus vero, Dauid inermis, armato Goliath, id est Diabolo, ac omnibus eius organis, verbo Dei, et fide, fortiter restitit, fucum Papistarum aperuit, ac auditores suos, Dei auxilio a furibus, ac latronibus liberauit, Christum vere agnoscere, remissionem peccatorum, per solum Christum, sine nostris meritis, consequi, ac vitam aeternam credentibus in Christum, Dei misericordia, propter Christum attribui, animo fideli ac constanti docuit.

O sancta Ecclesia, in qua Christus, Dei filius redemptor, ac mundi saluator, agnus Dei, tollens peccata mundi, vere praedicatur, et agnoscitur, longe certe, Romanam antecellis Ecclesiam, quae modo est cloaca Papae proditoris, ille enim nomen habet tantum sine re, tu vero nomen cum re, licet videaris despectissima.

O Saxonia, quanta foelicitate, tum temporis, cum viri Dei, doctissi. ac pij Marti. Luthe. Phil. M. Ioan. Bugenh. Pomeranus, etc. qui verbum Dei pure docuerunt, tibi associabantur, praedita fuisti, age gratias Deo, qui solem veritatis super te oriri fecit, teque ad veram Christi agnitionem, sola misericordia vocauit, et nisi Deo optimo Maximo gratias egeris, funditus, sicuti Sodoma et Gomorrha, propter tuam ingratitudinem cum tota Germania peribis. Deum ergo flexis poplitis, et animi humilitate, vt te, et nos totamque Germaniam, in vera Christi agnitione, ad finem vsque conseruare velit, inuocare debes.

Et faxit Deus, ne surdo videar dixisse fabulam.

Mentionem hic facere cogor aliquorum principum, qui Euangelij dotrinam, animo syncero et constanti amplexi, et confessi sunt, etiam in summis aduersitatibus, et tanquam heroes, Diabolo, ac organis eius fortiter restiterunt. Ioannes Fridericus Elector, Dux Saxoniae, Euangelij doctrinam, non solum animo promptissimo suscepit, illamque professus est, verum etiam impiam Papistarum doctrinam amouit, et sacrosanctum Dei verbum, cuius vtilitatem, et efficaciam perspectissimam habuit, quo in summis periculis sese consolabatur, annunciari, et in sua regione, magna cum foelicitate, et diligentia praedicari, subditisque suis viam veritatis recte monstrari curauit, corpus, et omnia sua bona, propter solum Dei verbum, periculis exposuit.

Anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, cum Sathan, piorum aduersarius, Carolum 5. Romanorum Impera-

torem aduersus principem hunc electorem incitaret, Elector in proelio, accepto vulnere in facie captus est. Nec tamen vllis minis, ab agnita veritate deterreri poterat, sed in vera fide, Spiritu sancto auxiliante, et confessione Christi, et verbi eius, firmiter, vt murus aheneus perstitit, Diabolo renunciauit, et corpus morti obijcere, totamque suam regionem, quam purum Dei verbum negare maluit, sic cogitans:

Quicquid erit tandem, mea spes est vnica Christus,
Huic viuo, huic morior, caetera curo nihil.

Talis heros, et confessor Euangelij, Philippus Hassiae Landgrauius fuit, qui cum subditis suis, propter Euangelij confessionem, quia illam negare nolebat, multa sustinere cogebatur pericula, attamen in vera fide et Christi agnitione, ad vltimum vsque suspirium perseuerauit. Verum haec constantia, perseuerantia, confessio et fides, non ex humanis traditionibus, sed ex solo Dei verbo, et promissionibus disci, et percipi potest, et hi principes nobilissimi, Deo fidere, verbumque eius (in quo animarum salus, et vitae aeternae possessio nobis proponitur) retinere ac seruare, ex pij Lutheri scriptis, qui nihil temere, sed multa Ecclesiae necessaria scripsit, in primis didicerunt.

Et quidem varie, (vt dixi) Mar. Lut. verbum Dei tractauit, non solum in concione, verum etiam in domo sua, in mensa, in peregrinationibus suis, egregie verbum Dei annunciauit, ac celebrauit. Eius colloquia, ac consilia, Germanice descripta, per Typographos in lucem edita sunt. Vt autem colloquia Martini Lutheri, pia, ac salutaria, omnibus, non solum Germanis, sed etiam Italis, Gallis, alijs nationibus, peregrinisque hominibus, linguam Germanicam nescientibus, innotescerent, pius quidam vir, Euangelicae veritatis amator, in Dei laudem, vtilitatemque Ecclesiae, colloquia Martini Lutheri latine conscripsit, multa tamen dicta Germanica interposuit. At quia Typographi, doctorum, piorumque virorum consilio, Martini Lutheri colloquia latine in lucem edere proposuerunt, viri pij, fidelissimique petierunt a me, vt Germanica illa dicta, et verba in latinum sermonem verterem. Et quanquam hoc munere me indignum iudicabam, tamen propter Ecclesiae vtilitatem, et vt verbum Dei omnibus notum fieret, Deusque in omnibus linguis celebraretur, grauissimum hoc suscepi onus, et pro ingenij mei tenuitate, solius Dei auxilio, magna diligentia, dicta Germanica in latinam linguam, propter eos, qui Germanicam linguam ignorant, transtuli. Nunquam tamen hos labores, hanc ob causam, suscipere, vt Domini Martini Lutheri colloquia pia, alijs colloquijs impijs, et inutilibus conspurcarem, noua immiscerem, aut gloriam atque vtilitatem

m (sicuti hodie Sacramentarij, et homines Fanatici facere consuerunt) quaererem, proposui, sed vt Domino nostro, quas tribuerem laudes, ideoque doctorum virorum consilio adiutus, opus hoc aggressus sum. Omnes ergo Euangelij amantes, si quid erroris, quantum ad meos labores attinet, inuenerint, ingenij mei imbecillitati, non petulantiae, aut temeritati id eum ascribant, obnixe rogatos volo.

Tibi vero comes generose, qui Dei gratia, non solum virtute, verum etiam pietate, ac mansuetudine, patris tui piae memoriae, vestigia ingrederis, hos meos labores exiguos dedicare volui, primum, quia tua Clementia et Gen. ex his D. Martini Lutheri colloquijs, tanquam ex sacro fonte, fundamentum verae pietatis, quae comites generosos, et viros nobilitate praeditos, in primis decet, haurire, quin Dei veri agnitionem, et quomodo telis ignitis Diaboli resistendum, aeternaque foelicitas impetranda sit, et tandem quid sit officium boni principis, ac gubernatoris, discere poterit. Oro autem Deum optimum maximum, patrem Domini nostri Iesu Christi, et Dominum nostrum Iesum Christum, mundi saluatorem, vt tuam Clement. et Gener. virtute Spiritus sancti, in vera agnitione verbi diuini, et Domini nostri Iesu Christi, omni tempore conseruare velit.

Hunc igitur libellum beneuolo accipias animo, et me miserum verbi Dei ministrum, cygneis tuis alis defendere, ac tueri velis, iterum atque iterum T. Cl. et Gen. rogatam volo. Ex Cinericea domo, in die S. Laurentij, Anno 1571.

Generositati ac Cl. T. addictiss.
Henricus Petrus Rebenstock Eschersheymensis Ecclesiae minister.

Hac praefatione perlecta lector cognoscet, tantum in ea parte, quae inde a p. LXX lin. 22 usque ad p. LXXI lin. 5 legitur, consilium editoris esse propositum, cuius summa haec est:

> Pius quidam vir, Evangelicae veritatis amator, colloquia Martini Lutheri latine conscripsit, multa tamen dicta germanica interposuit. Haec germanica dicta et verba Rebenstockius editor propter eos, qui germanicam linguam ignorant, in latinum sermonem vertit, neque vero M. Lutheri colloquia pia aliis colloquiis impiis et inutilibus conspurcavit, neque nova immiscuit.

Praeter pauca, quae h. l. de suo fonte refert, in ipso titulo Tomi I. haec memorat: „Ne erres Lector, scias haec, non ex D. Aurifabri, sed ex alterius collectione, ante annos 10. ad aeditionem parata, sed hactenus propter certas causas suppressa,

ad nos peruenisse." (vide supra p. LI sq., ubi utriusque Tomi titulos attuli.)

Plura de hac re infra in Epilogo comparationi Codicis et Rebenstockianae Editionis annexo disserentur.

8.

Iudicia quorundam de hac Rebenstockii Editione.

Eiusmodi iudicia annorum ordine disposita refero haec sex:

a) *Ioh. Gottl. Moelleri* a. 1693., qui in dissertatione supra p. LII sq. nota *a.* recensita, descriptioni huius Editionis p. 18 sq. §. XIX. XX. propositae haec addit p. 19 sq. §. XXI.: „Prolixum foret nimis, quaedam inde decerpta communicare, nec tamen possumus, quin ex iis, quae circa lectionem observavimus, pauca saltem adducamus. Certum est (I.) elegantia quaedam, et quia in Germanicis, quantum sciam, editionibus non leguntur, dignissima, quae lucem videant publicam, hic sese offerre. Observari etiam meretur (II.) quae hic videntur collecta, non modo super mensam, sed etiam occasione variarum circumstantiarum prolata a Luthero esse, imo ex variis quoque Eiusdem et Epistolis et Concionibus saepe esse deprompta, uti ex T. I. p. 85ª *) fit manifestum. De collectore nihil certi (III.) invenire licuit. Ex iis autem, quae T. I. sub titulo: ***Mundi ingratitudo et malitia*** p. 95ª **) habentur hunc in modum: ***deinde conversus ad me dixit, Antoni, firmiter persiste, et ne sinas te deterrere hoc. Mundus non percipit fidem, charitatem, crucem: imo abhorret crucem s. malum, ignarus quod sub ipsa virtus Dei et fides exercetur et ostenditur, charitatem fugit, quae propter Deum benefacit gratis. At mundus gloriam, praemium et retributionem, fidem ignorat, esse fiduciam necessariam in gratiam Dei, sed arbitratur esse opinionem de Deo iustitiam exigentem, sic obiecta harum virtutum non videt;*** ut et notâ marginali hisce adscriptâ sequenti: ***Antonius Lauterbach Superattendens Pyrnensis;******) colligi posse videtur, in hac quoque editione perinde ac in Aurifabri plurima ex collectionibus Lauterbachianis esse depromta. Unde (IV.) mirum non est, multa eodem prorsus sensu exhiberi hic, quo leguntur apud Aurifabrum. Tandem (V.) quod in collectione Aurifabri

*) Ea, quae in hac pag. continentur, in meae Ed. Tom. I. p. 157. leguntur.

**) Vide meae Ed. T. I. p. 177.

***) Haec enim nota a Rebenstockio Tom. I. fol. 95ª verbis (lin. 8 sqq.): „Deinde conversus ad me dixit: Anthoni firmiter persiste etc." in margine apposita est.

circa selectum minus probe observatum, a Celeberrimis quoquè desiderari Theologis videbimus infra, idem, si non per omnia, in aliquibus tamen, etiam in hac collectione desiderare Lectorem accuratum quandoque posse non negamus, etsi meliora tamen in hac, quam Aurifabri editione reperiri selectum forsan nec esse inficiaturum eundem speremus."

b) **Ioh. Ern. Eberhardi** a. 1698., qui in schediasmate de Lutheri colloquiis mensalibus*) fol. B 2ᵃ §. VIII. extrema parte haec refert: „Latinam versionem quod attinet, prodiit in Fl. ad Moenum in 8vo, duobus tomis, quae et varie aucta, et a Germanica plane diversa comparet."

c) **Eliae Frickii** a. 1714., qui in translatione sua germanica Operis Seckendorfiani supra p. LIII. nota *c.* iam memorati Tomum de Aurifabri Ed. colloquiorum german. p. 2733—2734. §. IV. hoc proponit iudicium: „Es ist in diesem Werck oben 1. B. §. 107. von Herrn Seckendorff erinnert worden, daß man mit Herausgeben der Epistein Lutheri in ein und andern Stück behutsamer hätte verfahren sollen, noch mehr aber ist solches von denen Tisch-Reden Lutheri zu beobachten, wovon auch noch etwas zu melden ist. Man hat nemlich dem lieben sel. Mann, was er über Tische und sonst geredt, gar zu genau auffgefangen, und mögen die, so um ihn gewesen seyn, und mit ihm über Tische und sonsten geredet haben, aus guter Meynung zu ihrem Nutzen, was sie von ihm gehöret, zu Hause aufgezeichnet haben, da weiß aber ein jeder wohl, daß es nicht wohl möglich, alle Worte so im Gedächtniß zu behalten, wie sie geredt worden, daß man sie hernach auch also könte auffschreiben, und seyn zumahl die, welche solche Dinge auffgefangen, gar ungleich gewesen, ingleichen geschiehet öffters, daß einer den Sinn und Meynung eines andern im Reden nicht allezeit recht fasset, mithin auch nicht recht zu Papier bringen kan, über dieses seyn dergleichen Collectanea von andern wieder abgeschrieben worden, wodurch, wie es durchgehends bey dergleichen Abschrifften gehet, noch mehr Unrichtiges mit eingeflossen, indessen hat doch Johann Aurifaber dergleichen von mancherley Männern zusammen getragene und abgeschriebene Collectanea, unter gewisse Titul gebracht, und unter dem Nahmen der Tisch-Reden Lutheri Anno 1569. in Druck gegeben.**) Nun stehen zwar viel gute Dinge darinnen,

*) Hoc schediasma, quod in Bibliotheca Ponickaviana Hallensi asservatur, hunc habet titulum: „Schediasma historicum de B. D. Lutheri Colloquiis Mensalibus, Quod Ex Amplissimae Facult. Philosoph. Consensu, In Academia Lipsiensi, sub praesidio Domini L. Adami Rechenbergii, Prof. Publici, — Placidae Eruditorum Censurae d 29. Decembr. A. O. R. MDCXCIIX. Subjiciet Auctor Responsurus Iohannes Ernestus Eberhard, Islebiâ Sax. SS. Theol. Cultor, Magister. Candidat. Lipsiae. Literis Fleischerianis. 3 plagg. litt. A — C sign. 4°.

**) Ex his intelligitur, primam Aurifabri Editionem colloquiorum

weil aber keine gemugſame Diſcretion dabey beobachtet, ſondern ohne Unterſchied alles zuſammen gerafft worden, ſo iſt ſolche Arbeit nicht allerdings zu rühmen, dann es iſt handgreiflich, daß in ſolchen auffgefangenen Reden grobe Fehler mit unterlauffen," etc.*) Deinde p. 2734. de Rebenstockii Editione sic iudicat: „Ein gleiches Urtheil iſt von denen Tiſch-Reden zu fällen, welche auch unter Lutheri Nahmen Heinrich Peter Rebſtock Pfarrer zu Eſchersheim Anno 1571. zu Frankfurth in 8. in zwey Theilen Lateiniſch heraus gegeben, der Titul giebt zwar für, dieſe Geſpräche ſeyn nicht aus Aurifabri, ſondern eines andern Mannes Collection genommen, allein ich glaube, wann man eine accurate Collation zwiſchen Aurifabri und dieſer Lateiniſchen Editiou ſolte anſtellen, ſo würde man in jener alles finden was in dieſer iſt,**) ich habe wenigſtens bey vorgenommener gar kurtzer Collation, die Loca, ſo ich in der Rebſtockiſchen Edition auffgeſchlagen, auch in der Deutſchen gefunden, wiewohl ſich noch ein anderer Nahme, der in der Deutſchen ausgelaſſen, in der Lateiniſchen findet."

d) Ioh. Alb. Fabricii a. 1728., qui in Centifolii Lutherani***) P. I. p. 303. huius Ed. Rebenstockianae titulo addit hoc perbreve iudicium, quod etiam ad Henr. Bellii anglicam colloquiorum Luth. translationem, atque Nicol. Ericei Sylvulam sententiarum ibid. p. 302. recensitas spectat: „Hae collectiones breviores Germanica, tamen nonnulla habent haud contemnenda, quae in illa incassum quaesiveris, alia etiam paullo aliter narrata."

e) Ioh. Georg. Walchii a. 1743., qui in suae Ed. Operum Lutheri Tomo XXII. in Praefat. p. 20. §. XV. titulo Editionis Rebenstockii haec adscripsit: „— auf dem Titul [scil. Tomi I.] hat man die Erinnerung gethan, es wären dieſe Geſpräche nicht aus Joh. Aurifabers; ſondern aus eines andern Sammlung genommen worden. Nun iſt zwar nicht zu läugnen, daß in dieſer lateiniſchen Edition ein und das andere vorkommt, ſo ſich in dem Aurifabriſchen Werke nicht befindet; es zeigt ſich aber auch, wenn man beyde Bücher gegen einander hält, eine ſolche Gleichheit, daß man wohl ſiehet, es ſey, wenn gleich nicht alles; doch das meiſte und wenigſtens ſehr vieles in der Aurifabriſchen Sammlung anzutreffen, was die Rebenſtockiſche Edition in ſich faſſet."

f) G. H. A. Ukerti a. 1817., qui in libri sui p. LIII. laudati: Dr. Martin Luther's Leben P. II. p. 345. titulo Rebenstockianae

---

german., quae a 1566. prodiit (conf. supra p. XVI.), Frickii fuisse ignotam.

*) Multo melius Mellensiefen de his colloquiis iudicat (vide supra p. XVI sq.).

**) Frickium in hac re errare, apparebit ex comparatione colloquiorum latinorum et germanicorum, quam infra proponemus.

***) Hoc iam supra p. LIII. nota b. recensitum est.

Ed. [illegible] adnotavit: „Ant. Lauterbach hat sie gesammelt und verfaßt. Rebenstock ist nur Editor. Sonst schließt sie sich an Kurtzfaber.“ Quatenus his variis iudiciis ipse assentiar vel ab iis dissentiam, infra proponam, conf. quoque supra p. XXXXVII sqq.

III.

COMPARATIO CODICIS ET REBENSTOCKIANAE EDITIONIS.

In praecedentibus Codicem et Rebenstockii Editionem singulatim descripsi, nunc indicanda est ratio, quae inter utrumque intercedit, quod attinet

1. ad *numerum* capitum eorumque partium,
2. ad *ordinem* eorum,
3. ad *linguam*, qua exhibentur,
4. ad reliquam *internam formam* capitum partiumque.

A.

De consensu vel discrimine utriusque in *numero* capitum eorumque partium.

1.

De numero capitum.

Plurima quidem capita in utroque libro inveniuntur, sed haud pauca Codex exhibet, quae apud Rebenstockium non reperiuntur; econtra Rebenstockius aliquot habet, quae in Codice desiderantur.

a.

Capita Codicis propria, quae a Rebenstockii Editione absunt.

1. In Tomo I. Rebenstockianae Editionis desiderantur haec 12 capita Codicis:
   Facultates Papae. (Cod. fol. 67ᵃ lin. 13. — fol. 67ᵇ lin. 13.)
   Tempora et annus climactericus, id est gradualis septimus. (Cod. fol. 104ᵇ lin. 24. — fol. 105ᵇ lin. 10.)
   De Concilio Constanciensi excerpta ex libro quodam. (Cod. fol. 133ᵃ lin. 10. — fol. 133ᵇ lin. 9.)
   Haeresiarcha (Cod. fol. 133ᵇ lin. 10 — 25.)
   Catalogus et numerus Papistarum in Concilio Constanciensi (Cod. fol. 134ᵃ lin. 1. — fol. 136ᵇ lin. 16.)
   Praesumptio et temeritas (Cod. fol. 192ᵃ lin. 24. — fol. 192ᵇ lin. 15.)

Divitiae et thesauri (Cod. fol. 192b lin. 16. — fol. 193b lin. 5.)
Waldenses (Cod. fol. 197a lin. 1. — fol. 197b lin. 25.)
Wicklef et Hus (Cod. fol. 197b lin. 26. — fol. 198a lin. 2.)
Dicta, proverbia et sententiae (Cod. fol. 199a lin. 22. — fol. 200a lin. 20.)
Pro lege et pro grege (Cod. fol. 200a lin. 21. — fol. 200b lin. 20.)
Themata papistica (Cod. fol. 203a lin. 4 — 12.)
Contra sciolos fabula von Hans Pfriemen (Cod. fol. 203b lin. 10. — 31.)
Profectio D. Martini Lutheri Wormatiam 1521. 18 May. (Cod. fol. 207b lin. 15. — fol. 210a lin. 7.)
Moriones stolidi (Cod. fol. 210a lin. 8. — fol. 210b lin. 5.)
An etiam moriones salventur (Cod. fol. 210b lin. 6 — 18.)

2. In Tomo II. Rebenstockianae Editionis desiderantur haec 24 capita Codicis:
Animalia (Cod. fol. 268a lin. 1. — fol. 269b lin. ult.)
Annus iubileus (Cod. fol. 270a lin. 1 — 9.)
Apologia apud Caesarem (Cod. fol. 270a lin. 10. — fol. 270b lin. 5.)
Apologiae efficacia (Cod. fol. 270b lin. 6 — 25.)
Augustana Comitia laudanda (Cod. fol. 302b lin. 19. — fol. 303a lin. 9.)
Adversarii Evangelii, qui Augustae fuerunt (Cod. fol. 303a lin. 10. — fol. 304a lin. 4.)
D. Georgii Spalatini scriptum (Cod. fol. 304a lin. 5. — fol. 304b lin. 21.)
Protestatio legatorum Regis Mathiae (Cod. fol. 305a lin. 1. — fol. 306b lin. 11.)
Acta D. Martini cum Caietano Cardinali Augustae (Cod. fol. 306b lin. 12. — fol. 307b lin. 6.)
D. Martinus Lutherus Doctori Hieronymo Wellero (Cod. fol. 321a lin. 1 — 19.)
Bona opera et eorum praemia (Cod. fol. 374b lin. 1. — fol. 376b lin. 7.)
Eleemosynae (Cod. fol. 376b lin. 8. — fol. 378a lin. 21.)
Facultates et bona ecclesiastica (Cod. fol. 378a lin. 22. — fol. 382a lin. 19.)
Cardinales (Cod. fol. 403b lin. 9. — fol. 404b lin. 22.)
De Carolo V. et Ferdinando (Cod. fol. 405a lin. 1. — fol. 414a lin. 3.)
Nobiles (Cod. fol. 414a lin. 4. — fol. 415b lin. 9.)
De Concilio (Cod. fol. 506a lin. 2. — fol. 506b lin. 7.
Consilium Magistri Philippi Melanthonis de mandato

Concilio congregando per Legatos Romanos indicto Principi Electori (Cod. fol. 506b lin. 8. — fol. 508a lin. 6.)
Responsum Ducis Saxoniae Electoris ad Legatos *et subsequentia* (Cod. fol. 508a lin. 7. — fol. 513b lin. 21. et seqq. fol. 513b lin. 22. — fol. 522a lin. 14.)
Schmalcaldensis conventus
Principes (Cod. fol. 522a lin. 15. — fol. 522b lin. 5.)
Legationes (Cod. fol. 522b lin. 6 — 20.)
Civitates (Cod. fol. 522b lin. 21. — fol 523a lin. 7.)
Concionatores et doctores (Cod. fol. 523a lin. 8. — fol 523b lin. 16.)
Francofordiensis conventus a. 1539. (Cod. fol. 523b lin. 17. — fol. 525a lin. 9.)
Civitates (Cod. fol. 525a lin. 10. — fol. 533a lin. 10.)
Veneti (Cod. fol. 533a lin. 11. — fol. 535b lin. 4.)
Concionatores (Cod. fol. 535b lin 5. — fol. 536b lin. 2.)
Consolatio M. Lutheri ad Magistrum Antonium Lauterbachium de sua vocatione (Cod. fol. 536b lin. 3. — fol. 537b lin. ult.)
Conceptus concionum (Cod. fol. 538a lin. 1. — fol. 539a lin. ult.)
Afficere auditores (Cod. fol. 539b lin. 1. — fol. 541b lin 6.)
Conditiones boni praedicatoris (Cod. fol. 541b lin. 7. — fol. 544a lin. 4.)
Theologorum doctrina (Cod. fol. 544a lin. 5. — fol. 557a lin. 8.)
Theologiae studium et ratio (Cod. fol. 557a lin. 9. — fol. 558a lin. 17.)
Prophetae (Cod. fol. 558a lin. 18. — fol. 559b lin 21.)
Scholastici (Cod. fol. 568a lin. 1. — fol. 569b lin. 9.)
Sancti martyres (Cod. fol. 569b lin 10. — fol. 570a lin. 22.)
Sophistica (Cod. fol. 644b lin. 11 — 25.)
Cerevisia. Bierbreuen (Cod. fol. 650a lin. 5. — fol. 650b lin. 22.)
An anima rationalis sit ex traduce (Cod. fol. 650b lin. 23. — fol. 651b lin. 22.)
Dilutio argumentorum adversariorum (Cod. fol. 651b lin. 23. — fol. 652b lin. 18.)
D. M. Lutherus (Cod. fol. 652b lin. 19 — 21.)
Utrum anima sit ex traduce Victorinus Strigelius (Cod. fol. 652b lin. 22. — fol. 653b lin. 25.)
Romae descriptio (Cod. fol. 654a lin. 1. — fol. 654b lin. 2.)
In D. Georgium Maiorem ut ferebatur I. Stigelii (Cod. fol. 654b lin. 3 — 10.).

b.

Capita Editionis Rebenstockianae propria, quae a Codice absunt.

1. In Tomo I. Reb. Ed. fol. 234ª lin. 14. — fol. 238ª lin. 28 leguntur haec:
   Recordatio Mart. Luth. contra privilegia et prohibend gradus.
   D. Doct. Ioh. Hesso Pastori Vratislaviensi
   Dom. Antonio N. M. L.
   Haec, quae in Codice non reperiuntur, meae Editioni Tomo I. post verba Codicis fol. 210ᵇ lin. 18. inserui.
2. In Tomo II. Reb. Ed. inveniuntur haec 3 capita peculiaria
   Ad sententiam: non est volentis neque currentis. Rom. 9 M. Lutheri responsio, ex M. Georgii Rorarii libris scriptis (fol. 9ª lin. 6. — fol. 9ᵇ lin. 12.)
   Item alio tempore dixit M. L. (fol. 9 lin. 13 — 25.)
   Item alio tempore dixit (fol. 9ᵇ lin. 26. — fol. 11ᵇ lin. 18. Haec meae Ed. T. II. post verba Cod. fol. 603ᵇ lin. 16 inserui.
   Colloquium Mart. Lutheri cum legato Pontificio de concilio (fol. 233ª lin. 24. — fol. 234ᵇ lin. 21.)
   Haec meae Ed. T. II. post verba Cod. fol. 415ᵇ lin. 9 inserta sunt.
   Iudicium D. M. Lutheri de casu Sacramentali ad Nicol Amsdorffium (fol. 253ª lin. 1. — fol. 253ᵇ lin. 13.)
   Haec meae Ed. T. II. post verba Cod. fol. 650ª lin. 4 addita sunt.

Cur haec capita locis indicatis inseruerim, ex mea Ed. ipsa cognoscetur.

2.

De numero partium, quae in quibusdam capitibus continentur.

Illa capita, quae modo memoravi, in altero libro integra desunt; inveniuntur autem capita, quorum nonnisi singulae partes in altero libro desiderantur.

a.

Capitum quorundam partes, quae Codici peculiares sunt.

1. In Tomo I. Reb. Ed. desiderantur
   in capite de Missa (post Reb. I. fol. 68ª lin. 25.)

pars: An liceat christiano homini Missae papisticae interesse (quae legitur in Cod. fol. 61ᵇ lin. 22. — fol. 62ᵃ lin. 10.)

in capite de Foederibus Protestantium (post Reb. I. fol. 182ᵃ lin. 23.)

pars: Philippi Melanthonis iudicium de eadem quaestione [scil. An liceat Christiano uti defensione] (quae exstat in Cod. fol. 171ᵃ lin. 25. — fol. 171ᵇ lin. 12.).

2. In Tomo II. Reb. Ed. desiderantur

in capite de Adversariis haereticis contra D. Lutherum (post Reb. II. fol. 44ᵇ lin. 19.)

pars: Mart. Buceri sententia a. D. 1535. (quae legitur in Cod. fol. 242ᵃ lin. 16. — fol. 243ᵇ lin. 19.)

item (post Reb. II. fol. 45ᵃ lin. 13.)

pars: Anno Domini 1536. 29 Maii fuit Conventus Doctorum in Witemberga (Cod. fol. 244ᵇ lin. 9. — fol. 245ᵇ lin. 26.), cuius autem loco apud Reb. II. fol. 45ᵃ lin. 13. — fol. 45ᵇ lin. 21. exhibetur diversa: De Sacramentariis (quae in Cod. deest.).

in capite de Anabaptistis haereticis (post Reb. II. fol. 57ᵃ lin. 10.)

pars: Argumenta Phil. Melanthonis parvulos baptizandos esse (Cod. fol. 264ᵇ lin. 5 — 29.)

in capite de Baptismo (post Reb. II. fol. 132ᵇ lin. 8.)

pars: Baptismus infantum (quae legitur in Cod. fol. 314ᵃ lin. 12 — 21.)

in capite de Bello, bellicis (post Reb II. fol. 195ᵃ lin. 12.)

pars: Bellum expectandum et maximae poenae (quae invenitur in Cod. fol. 317ᵇ lin. 19. — fol. 318ᵇ lin. 10.)

in capite de Catechismo (post Reb. II. fol. 208ᵇ lin. ult.)

partes: Symbolum (Cod. fol. 338ᵇ lin. 20. — fol. 339ᵃ lin. 5.)

Oratio Dominica (Cod. fol. 339ᵃ lin. 6. — fol. 339ᵇ lin. 6.)

a) Hoc argumentis demonstravit Ioh. Conr. Irmischer in Prolegomenis Tomi I. suae Ed. colloquiorum germ. Luth. (Dr. Mart. Luther's sämmtl. [deutsche] Werke Bd. 57. Frankf. a. M. u. Erlangen, Verlag v. Heyder & Zimmer 1854. 8°) p. XVIII sqq.
b) Conf. Stangwaldii Ed. a. 1591. Fol. Prolegg. fol. c 7., mea Ed. germ. T. IV. p. XXXII sqq. et Irmischeri Ed. Tom. I. p. XX sqq.
c) Horum autem capitum numeros non sic refero, quales in ipsa Aurifabri Ed. leguntur (conf. quae supra de his numeris dixi), sed emendatos, quales e. o. in mea Ed. german. inveniuntur.

45. 46. 79 (§. 1.)., St. c. 39. cont. A. cc. 80. 65. 66., St. c. 40. cont. A. cc. 62. 46. 64. 63., St. c. 42. cont. A. cc. 47. 48., St. c. 43. cont. A. cc. 51. 49. 50.

Latina colloquia in Codice et Rebenstockii Editione titulis interpositis[d]) in multa capita minoresque particulas divisa sunt. Harum autem maiorum minorumque partium numerus haud certo constitui et cum germanicorum colloquiorum capitibus comparari potest has ob causas:

1. omnes partes in Cod. et Ed. Reb. numeris carent;
2. earum inscriptiones tales sunt, ut saepius ambigatur, utrum quaedam inscriptio sit capitis an particulae capitis;
3. plures inscriptiones in sola Ed. Reb. exhibentur, quamquam verba ipsa sic inscripta etiam in Cod. exstant, uti: „Epulsio Satanae", „De suppositiis";[e])
4. plures inscriptiones una cum verbis, quibus praefixae sunt, in solo Cod. aut in sola Ed. Reb. inveniuntur, e. c. sectiones inscriptae: „Facultates Papae", „Tempora et annus climactericus id est gradualis septimus" in solo Cod. leguntur,[f]) sectiones autem inscriptae: „Recordatio Mart. Lutheri contra privilegia et prohibendi gradus" etc. nonnisi in Ed. Reb. I. fol. 234[a] sqq., item „Iudicium D. M. Lutheri de muliere sepulta, quae sibi ipsi mortem consciverat, ad Frid. Myconium" tantum ibid. II. fol. 128[b] sq. leguntur.

Ad has difficultates addenda est

5. varia ratio, quae inter has latinorum colloquiorum inscriptiones et illas germanicas Aurifabri intercedit; nam 1) aut omnino inter se congruunt, e. c. Aurif. c. 3. ***Von der Schöpfung***, lat.: „Creatio", Aurif. c. 5. ***Von Abgötterei***, lat.: „Idolatria", Aurif. c. 6. ***Von der heil. Dreifaltigkeit***, lat.: „Trinitas"; — 2) aut plus minusve ab iis differunt, e. c. Aurif. c. 26. ***Von Anfechtungen***, lat.: „Calamitatum crucis et tentationum utilitas", c. 27. ***Vom Antichrist oder Papste***, lat.: „De Antichristo", c. 28. ***Von den Widersachern, so wider ihn geschrieben haben***, lat.: „Defensores et ministri Papae", c. 29. ***Vom Untergang der Feinde des göttlichen Worts***, lat.: „Mortes Papistarum Reb.: Mortes et interitus aliquot Papistarum)", c. 45. ***Von Königen, Fürsten und Herren***, lat.: „Dux Albertus" etc., „Electores Saxoniae", „Reges et reginae" etc. c. 47. ***Von Krankheiten und derselbigen Ursachen***, lat.: „Morbi", c. 57. ***Von den Büchern der Väter in der Kirche,***

d) Hi tituli supra p. XXXX sqq. et p. LVIII sqq. allati sunt.
e) Vide meae Ed. Tom. I. p. 223. not. 18., p. 231. not. 20.
f) Vide m. Ed. I. p. 185. not. 51. et p. 217. not. 47.

lat.: „Patres post Apostolos", c. 60. ***Von Patriarchen und Propheten***, lat.: „Prophetae", c. 64. ***Von der Gegen- und Nothwehre***, lat.: „An liceat Christiano uti defensione", c. 67. ***Von Schulen und Universitäten***, lat.: „Universitates", c. 80. ***Vom Hofleben***, lat.: „Aula fons invidiae"; — 3) aut duorum capitum Aurifabri inscriptiones in unam contractae sunt, ut c. 1. ***Von Gottes Wort oder der heil. Schrift*** et c. 12. ***Vom Gesetz und Evangelio***, lat.: „Verbum Dei. Euangelium. De Lege", c. 33. ***Von menschlichen Traditionen*** et c. 34. ***Von Ceremonien***, lat.: „Invocatio Sanctorum, traditiones, superstitio, ceremoniae, ieiunium"; — 4) aut capitis Aurifabri inscriptio in duas disiuncta est, ut: c. 31. ***Von Cardinälen und Bischofen***, lat.: „Cardinales", „Episcopi", c. 44. ***Von der Oberkeit und Fürsten***, lat.: „Magistratus", „Principes", c. 49. ***Von der Todten Auferstehung und dem ewigen Leben***, lat: „Resuscitatio mortuorum", „Vita aeterna", c. 71. ***Von Zeichen und Wettern***, lat.: „Prodigia, portenta miraculosa", „Oracula", „Tempestates", c. 76. ***Von Landen und Städten***, lat.: „Regiones, terrae situs, mores, populi". „Civitates"; — 5) aut capitum Aurifabri inscriptiones omnino in latinis desunt, uti hae: c. 2. ***Von Gottes Werken***, c. 8. ***Vom heiligen Geist***, c. 16. ***Vom Bekenntniss der Lehre und Beständigkeit***, c. 36. ***Vom Fegfeuer***, c. 42. ***Von dem rechten Gottesdienst***, c. 46. ***Von Uneinigkeit***, c. 78. ***Vom Beruf;*** — 6) aut capitum sectionumve inscriptiones, quae in latinis colloquiis leguntur, in Aurifabri Ed. germanicorum non reperiuntur. Ex magno huiusmodi inscriptionum numero sufficiat haec afferre exempla: „Discrimen inter generationem et processionem", „Papa triplex orandi genus praecepit", „De Praedestinatione. Cur in Adam plures damnentur quam in Christo salventur", „Duae causae sunt quae faciunt Monachum", „Otium, labor", „Consuetudo quam difficile deponatur", „Epulsio Satanae".[g] Ceteras eiusmodi inscriptiones in Indice afferemus.

Ex his, quae modo diximus, satis elucet, capitum sectionumque numerum latinorum colloquiorum a numero eorum, quae in germanicis leguntur, esse diversum.

b.

De diverso ordine capitum sectionumque latinorum et germanicorum colloquiorum Lutheri.

Maior etiam, quam numeri capitum sectionumque, est

g) Vide meae Ed. Tom. I. p. 9 sq. 66 sq. 78 sqq. 124 sq. 197 sqq. 228 sq.

diversitas ordinis eorum, quo in lat. et germ. colloquiorum collectionibus exhibentur. Cum Codex quoque et Ed. Reb. ordine inter se differant (vide supra p. LXXXI sqq.) atque capita sectionesque latinorum colloquiorum numeris careant, brevis diversi ordinis utrorumque colloquiorum conspectus solis numeris capitum proponi nequit. Quam ob causam lectores delegamus ad longiorem conspectum, quem in Indice proponemus. Hoc igitur loco sufficiant pauca exempla ad hanc rem demonstrandum. Caput: Trinitas, quod apud Aurifabrum est sextum, in latinis paulo post initium (meae Ed. T. I. p. 7 sqq.) exhibetur; cap. De Excommunicatione in lat. Ed. mea I. p. 25 sqq. legitur, quod est ap. Aurif. c. 21.; cap. Confessio auricularis est ap. Aurif. c. 18., in lat. Ed. mea vero I. p. 68 sqq. exstat. Praeterea plurium capitum Aurifabri particulae in latinis colloquiis interpositae sunt particulis aliorum capitum, de qua re illico dicemus.

c.

De diverso argumento capitum sectionumque latinorum et germanicorum colloquiorum Lutheri.

Haec quoque diversitas magna est; nam latinorum colloquiorum capita minime eadem continent ac germanicorum capita, quae fere iisdem verbis inscripta sunt, sed ab his differunt, praeter ordinem diversum, praesertim eo quod

1. tantum quibusdam partibus german. capitum fere aequaliter inscriptorum respondent,
2. alia admiscent, quae aut in aliis german. capitibus leguntur, aut in his german. colloquiis omnino deesse videntur.

Ut haec exemplis illustrem, tria capita accuratius recensebo.

Trinitas.

Hoc caput, quod in mea lat. Ed. T. I. p. 7. lin. 1. — p. 10. lin. 10. legitur, inscriptione sua respondet capiti 6. germanicorum: *Von der heil. Dreifaltigkeit*, quod in mea germ. Ed. T. I. p. 299 — 303. exhibetur 7 §§. continens. Capitis lat. principium p. 7. lin. 2 — 23. in germanico deest; p. 8. lin. 1 — 4 med. = germ. cap. 6. §. 2. princip.; p. 8. lin. 4 med. — 8 med. = c. 6. §. 1.; p. 8. lin. 8 med. — 19. = c. 6. §. 2. (principio excepto); p. 8. lin. 20. — p. 9. lin. 6. = c. 6. §. 3.; p. 9. lin. 7 — 14. in germ. desunt, item subsequens huius cap. pars (p. 9. lin. 15. — p. 10. lin. 10.) inscripta: „Discrimen inter generationem et processionem", in germ. non invenitur; germ. cap. 6.

§. 6. in hoc quidem capite lat. desideratur, sed in cap. lat. praecedente „Deus" inscripto p. 6. lin. 12 med. — 24. sic reperitur, ut lin. 17 — 24. cum priori parte illius §. 6. *„Die Philosophi — — Sinn abmale,"* lin. 12 med. — 16. cum altera eius parte: *„Ach gütiger Gott — — seiner Majestat,"* consentiant. Eiusdem germ. cap. 6. §. 4. 5. 7. in latinis colloquiis hucusque non inveni.

Ecclesia, quae regnum Christi dicitur.

Hoc caput, quod in mea lat. Ed. T. I. p. 13. lin. 5. — p. 25. lin. 2. exstat, inscriptione sua respondet germ. capiti 20. *Von der christlichen Kirche,* quod in mea germ. Ed. T. II. p. 328 — 347. invenitur, 31 §§. continens. Capitis lat. principium p. 13. lin. 7. — p. 14. lin. 10. in germ. desideratur; p. 14. lin. 11 — 16 med. = germ. c. 20. §. 3.; p. 14. lin. 16 med. — 19 med. = c. 20. §. 2.; p. 14. lin. 19 med. — 24 med. = c. 20. §. 4.; p. 14. lin. 24 med. — p. 15. lin. 4 med. = c. 20. §. 5.; p. 15. lin. 4 med. — 29. = c. 20. §. 1.; p. 15. lin. 30. — p. 16. lin. 8. = c. 20. §. 7.; p. 16. lin. 9. — p. 17. lin. 10. = c. 20. §. 10.; p 17. lin. 11 — 23 med. = germ. c. 32. §. 14.; p. 17. lin. 23 med. — 29. = c. 20. §. 26. sect. 1.; p. 18. lin. 1 — 8 med. = c. 20. §. 26. sect. 4. 5.; p. 18. lin. 8 med. — 19. = c. 20. §. 25.; p. 18. lin. 20. — p. 19. lin. 8. = c. 20. §. 6.; p. 19. lin. 9. — p. 20. lin. 4 med. = c. 20. §. 11. sect. 2. 3.; p. 20. lin. 4 med. — 16. = c. 32. §. 15.; p. 20. lin. 17 — 26 med. = c. 20. §. 8.; p. 20. lin. 26 med. — p. 21. lin. 12. in german. desiderantur; p. 21. lin. 13 — 17 med. = c. 20. §. 9. sect. 1.; p. 21. lin. 17 med. — 26. in germ. desunt; p. 21. lin. 27. — p. 22. lin. 2. = c. 20. §. 9. sect. 2.; p. 22. lin. 3 — 20 med. a germ. absunt; p. 22. lin. 20 med. — 26. = germ. c. 22. §. 5.; p. 22. lin. 27. — p. 23. lin. 13. = c. 22. §. 6.; p. 23. lin. 14 — 23 med. — c. 22. §. 4.; p. 23. lin. 23 med. — p. 25. lin. 2. in germ. non leguntur.

Ex his elucet, in hoc lat. capite tantum 11 §§. capitis 20. germanici integre, nempe 1 — 10. 25., et 2 §§. partim, nempe §. 11. sect. 2. 3., §. 26. sect. 1. 4. 5. reperiri, quibus 2 §§. (14. 15.) capitis germ. 32. (*Vom päpstlichen oder geistlichen Rechte*) et 3 §§. (4 — 6.) capitis germ. 22. (*Von dem Predigtamt oder Kirchendienern*) interpositae sunt, additaeque 5 sectiones, quae in germanicis colloquiis desiderantur. Desunt igitur in hoc lat. capite ea, quae in cap. germ. 20. §. 11. sect 1. §. 12 — 24. §. 26. sect. 2. 3. §. 27. 29 — 31. leguntur; §. 28 in hoc quidem cap. omissa reperitur in capite proxime praecedente: „Christi regnum" T. I. p. 12. lin. 7 — 20. meae Ed. lat.

De Excommunicatione.

Hoc caput, quod in mea Ed. lat. T. I. p. 25. lin. 3. — p. 32. lin. 33. exhibetur, inscriptione sua respondet germ. capiti 21. ***Von der Excommunication und Bann, oder der Kirchen Iurisdiction,*** quod in mea Ed. germ. T. II. p. 347 — 365. exstat, 19 §§. continens. Capitis lat. principium p. 25. lin. 4 — 21. in germanico deest; p. 25. lin. 22. — p. 26. lin. 12 med. = germ. c. 21. §. 1. sect. 3. 5 (pars extr.). 6. 7.; p. 26. lin. 12 med. — 15 in germ. non reperiuntur; p. 26. lin. 16 — 26. = c. 21. §. 1. sect. 1.; p. 26. lin. 27. — p. 27. lin. 2. = c. 21. §. 1. sect. 8.; p. 27. lin. 3. — p. 28. lin. 12. = c. 21. §. 4.; p. 28. lin. 13. — p. 29. lin. 6. = c. 21. §. 3.; p. 29. lin. 7 — 17 med. = c. 21. §. 1. sect. 9.; p. 29. lin. 17 med. — 25. = c. 21. §. 2.; p. 30. lin. 1. — p. 32. lin. 33. = c. 21. §. 5.

Hoc igitur caput lat. reddit german. capitis 21. §. 1. maiori ex parte (scil. sect. 1. 3. 6 — 9. et extrema verba sect. 5.) et §. 2 — 5., additis duobus locis, quae a colloquiis germ. absunt; omisit vero illius cap. germ. §. 1. sect. 2. 4. maximamque partem sectionis 5. et §. 6 — 19.

Ex his exemplis intelligitur

1. diversitas argumenti capitis cuiusdam lat., quod fere eandem habet inscriptionem, ac caput german.;
2. diversitas ordinis, quo particulae cum german. congruentes in latinis leguntur;
3. magna difficultas accuratius conferendi latina colloquia cum germanicis.

Index utrorumque colloquiorum collationem quam fieri potest integram exhibebit.

V.

EXPLICATIO CONSILII, QUOD IN HAC EDITIONE LATINORUM COLLOQUIORUM LUTHERI SECUTUS SUM.

In hoc capite disserendum est

1. de ***textu*** huius Editionis;
2. de ***annotationibus*** ei adiunctis;
3. de ***indicibus*** in operis calce addendis.

A.

De *textu* huius Editionis.

In textu Codex accurate editur 1) secundum ***ordinem***

capitum eorumque partium ac singulorum verborum, 2) secundum *linguam lat. cum germanicis verbis mixtam*, 3) secundum easdem *verborum formas*, quae in Codice exhibentur, emendatis tamen emendandis.

Codicis enim textus in mea Editione emendatus est

1) ubicunque Codex *falsas voces formasve* habet, e. c. meae Ed. Tom. I. p. 1. lin. 22. Cod. exhibet „periculo siue" pro „periculosius", p. 3. lin. 2. Cod.: auicullae pro: auiculae, p. 5. lin. 1. Cod.: proxime pro: proximae, lin. 9. Cod.: aequiuotacio pro: aequiuocatio, p. 6. lin. 17. Cod.: definuerunt pro: definierunt, p. 7. lin. 2. Cod.: Misterium pro: Mysterium, p. 8. lin. 14. Cod.: questus pro: gestus. p. 9. lin. 22. Cod.: Nec pro: Nos, p. 10. lin. 7. Cod.: stae pro: iste, lin. 13. Cod.: Chatolica pro: Catholica, lin. 17. Cod.: spetiae pro: specie, p. 11. lin. 15. Cod.: satham pro: Satan, p. 12. lin. 10. Cod.: consulor pro: consolor, lin. 12. Cod.: ex actione pro: exactione, p. 14. lin. 27. Cod.: amarulentissima pro: amarulentissimo, p. 15. lin. 18. Cod.: insenssissimus pro: infensissimus, lin. 29. Cod.: σχησματικοί pro: σχισματικοί, lin. 30. Cod.: infinatas pro: infinitas.

2) ubi Codex *unam pluresve voces omisit*, e. c. meae Ed. T. I. p. 18. lin. 18. Cod. Extrema ira Dei, pro: Extrema ira Dei est; p. 22. lin. 17. Cod.: legi ex auditu, pro: legis. an ex auditu; p. 27. lin. 1. Cod.: participet, pro: Sacramentis participet; p. 28. lin. 13. Cod.: Colloquebatur, pro: M. L. colloquebatur; p. 29. lin. 21. Cod.: baptizatus, pro: baptizatus fuerit; p. 37. lin. 18. Cod.: uerbum, pro: uerbum Dei; p. 58. lin. 21. Cod.: ego, pro: ego fui; p. 60. lin. 22 sq. Cod.: „et pertinet ad exhortationem", pro „et pertinet ad doctrinam. Spes uero est fortitudo in Theologia, et pertinet ad exhortationem" (cuius omissionis ansam dedit homoeoteleuton: et pertinet).

3) ubi Codex *falsum verborum ordinem* habet, e. c. meae Ed. T. I. p. 60. lin. 3. Cod.: illa in, pro: in illa.

B.

De *annotationibus* huius Editionis.

Annotationes, quas illi textui adscripsi, triplicis generis sunt

a) criticae,
b) comparativae,
c) explicativae seu marginales.

a.

De annotationibus criticis.

Hae annotationes maxima ex parte textui subiunctae, multae autem textui interpositae sunt.

1. De annotationibus criticis *textui subiunctis.*

Hae annotationes indicant

1) Codicis errata in textu a me emendata, de quibus supra dixi.

2) Rebenstockianae Editionis varias lectiones ***breviores***, quae diversi generis sunt (conf. supra p. LXXXIX sqq.); haec enim Ed. a Codice saepissime differt

a) ***scriptione*** integra aut siglis nominum propriorum, e. c. meae Ed. T. I. p. 3. nota 28. Cod.: Lutherus, Reb.; M. L., p. 69. n. 66. Cod.: Hieronymus Schurffius, Reb.: Hiero. Sch., p. 78. n. 79. Cod.: Georgio, Reb.: G., p. 138. n. 75. Cod: Ducem Georgium, Reb.: D. G.

b) ***uncinis*** additis vel omissis, e. c. T. I. p. 1. n. 4. Cod.: ut Simonidi accidit, Reb.: (vt Simonidi accidit), p. 8. n. 8. Cod.: (nam inuentio et memoria non sunt artis, sed naturae), Reb.: nam inuentio — sed naturae, p. 20. n. 73. Cod.: (quem impij sibi uendicarunt), Reb.: quem — vendicarunt, p. 61. n. 69. Cod.: ille, fortasse Angelus, Reb.: ille (fortassis Angelus)

c) ***diverse distinctis*** verbis, e. c. T. I. p. 1. n. 9. Cod.: miraculis coelestibus, reuelationibus, Reb.: miraculis, coelestibus reuelationibus, p. 9. n. 28. Cod.: quae est filius. Deus uoluit, Reb.: qui est Filius Deus, voluit, p. 17. n. 23. Cod.: papisticis Cardinalibus, Reb.: Papisticis, Cardinalibus,

d) ***usu signorum numeralium*** pro nominibus eorum aut vice versa, e. c. T. I. p. 22. n. 1. Cod.: Primo.. Secundo.. Tertio, Reb.: 1.. 2.. 3, p. 24. n. 44. Cod.: 13, Reb.: Capite decimotertio, p. 60. n. 57. Cod.: Secundo.. Tertio.. Quarto.. Quinto, Reb.: II.. III.. IIII.. V, p. 85. n. 79. Cod.: sex mille annos, Reb.: annos 6000,

e) ***ordine*** verborum, e. c. T. I. p. 1. n. 3. Cod.: Hanc reuelationem in Christo declaratam, Reb.: Hanc declaratam in Christo reuelationem p. 1. n. 8. Cod.: imaginem suam, Reb.: suam imaginem, p. 2. n. 17. Cod.: demisit se, Reb.: se demisit, p. 2. n. 21. Cod.: expendi certe, Reb.: certe expendi,

f) ***formis*** nominum verborumve, e. c. T. I. p. 1. n. 6. Cod.: Domini nostri Hiesu Christi, Reb.: Dominum no-

strum Iesum Christum, p. 2. n. 15. Cod.: posset, Reb.: possit, p. 6. n. 79. Cod.: haec, Reb.: hoc, p. 7. n. 88. Cod.: quam, Reb.: quem, p. 7. n. 89. Cod.: esset, Reb.: est, p. 9. n. 21. Cod.: sit, Reb.: fuit, p. 9. n. 40. Cod.: est, Reb.: sit, p. 18. n. 52. Cod.: cecinit, Reb.: canunt,

g) ***vocibus*** diversis, e. c. T. I. p. 1. n. 3. Cod.: scilicet, Reb.: vim, p. 2. n. 11. Cod.: fructuosius, Reb.: infructuosius, p. 2. n. 23. Cod.: benignitatis, Reb.: dignitatis, p. 2. n. 24. Cod.: eius, Reb.: etiam, p. 4. n. 49. Cod.: eius, Reb.: quae, p. 4. n. 52. Cod.: aut, Reb.: et, p. 17. n. 17. Cod.: imitatores, Reb.: mutatores,

h) ***numeris*** diversis, e. c. T. I. p. 5. n. 68. Cod.: decem mille, Reb.: 1000 fl., p. 29. n. 98. Cod.: 30, Reb.: 300, p. 41. n. 8. Cod.: Ioan. 12., Reb.: Ioan. 17., p. 60. n. 58. Cod.: Ebrae. 11., Reb.: Ebrae. 2., p. 60. n. 59. Cod.: Rom., 5., Reb.: Rom. 6., p. 72. n. 10. Cod.: Rom. 1., Reb.: Rom. 2, p. 93. n. 87. Cod.: 21. Nouembris, Reb.: 2. Nouemb.

i) ***additis*** vel ***omissis*** verbis, e. c. T. I. p. 3. n. 27. Cod.: saepius, Reb.: quae saepius, p. 3. n. 33. Cod.: misericors, Reb.: misericors est, p. 3. n. 38. Cod.: filium meum, Reb.: filium, p. 3. n. 40. Cod.: nos uerbo esse uidet, Reb.: nos videt, p. 3. n. 44. Cod.: tantum redime nos, Reb.: Ibi respondet populus: tantum redime nos, p. 4. n. 53. Cod.: confitebitur tibi, Reb.: confitebitur,

k) ***diversis*** vel ***additis*** vel ***omissis*** inscriptionibus, e. c. T. I. p. 13. n. 73. Cod.: Ecclesia quae regnum Christi dicitur, Reb. pro hac una inscriptione habet hasce duas: Ecclesia. — Certamen de titulo Ecclesiae, p. 25. n. 46. Cod.: De excommunicatione, Reb.: Excommunicatio, p. 34. n. 11. Cod.: Verbum Dei, Evangelium. — De Lege, Reb. pro hac duplici inscr. habet hancce: De Lege et Evangelio, ac verbo vocali, p. 78. n. 84. Cod.: De Praedestinatione, haec inscr. apud Reb. deest, p. 223. n. 13. Reb. habet inscr.: Epulsio Satanae, quae in Cod. non invenitur.

l) ***translatione latina*** eorum, quae in Cod. vernacula lingua exhibentur, e. c. T. I. p. 2. n. 14. Cod.: ***Denn wen man ihn*** Creatorem ***gleubtte,*** Reb.: Si enim Deum creatorem esse crederemus, p. 2. n. 19. Cod.: ***Es mag es keiner aussinnen,*** Reb : et nemo perscrutari potest, p. 2. n. 22. Cod.: ***wortzu das strohe gut ist,*** Reb.: straminis vtilitatem, p. 3. n. 42. Cod.: ***allerley,*** Reb.: et varijs, p. 4. n. 50. Cod.: ***er ist kein Tyran,*** Reb.: non

est Tyrannus, p. 7. n. 92. Cod.: *Es heist*, Reb.: dicitur.

Has varias lectiones omnes textui adscripsimus, ut lectori Editionis Rebenstockianae pernecessariae integra imago ob oculos ponatur; nam hac Ed. carere non potest, qui Codicem edere suscepit. Quamquam enim haec Ed. multis scatet mendis, attamen multis aliis locis veram exhibet lectionem atque editorem optime adiuvat ad Codicis textum emendandum, ibi quoque, ubi neque Codicis, neque Rebenstockianae Ed. lectionem in textum recepi. Quae ut magis illustrentur, haec affero exempla

a) locorum, quibus Reb. *falsam* lectionem, Cod. veram habet, e. c. T. I. p. 2. nota 20. Cod.: solummodo, Reb.: summodo, p. 9. n. 24. Cod.: ex, Reb.: et, p. 9. n. 25. Cod.: cibi, Reb.: vbi, p. 12. n. 60. Cod.: libertate, Reb.: liberate, p. 13. n. 95. Cod.: experimur, Reb.: expiremur, p. 17. n. 30. Cod.: tantum, Reb.: tantam, p. 20. n. 75. Cod.: est, Reb.: et

b) locorum, ubi Reb. *veram* lectionem, Cod. falsam exhibet, e. c. T. I. p. 1. n. 10. Reb.: periculosius, Cod.: periculo: siue, p. 3. n. 37. Reb.: conniuerem, Cod.: conuiuerem, p. 8. n. 7. Reb.: gestus, Cod.: questus, p. 9. n. 27. Reb.: perspicere, Cod.: pespicere, p. 9. n. 30. Reb.: Nos, Cod.: Nec, p. 10. n. 33. Reb.: iste, Cod.: istae, p. 14. n. 90. Reb.: amarulentissimo, Cod.: amarulentissima,

c) locorum, ubi neque Codicis, neque Rebenstockianae Ed. lectio in textum recepta est, sed alia quaedam illarum ope inventa, e. c. T. I. p. 7. n. 86. scripsi: Mysterium, Cod.: Misterium, Reb.: Mynisterium; p. 10. n. 36. scripsi: specie, Cod.: spetiae, Reb.: speciem; p. 12. n. 63 scripsi: exactione, Cod. et Reb.: ex actione; p. 17. n 21. scripsi: freti etc., Cod.: fretur etc., Reb.: freti; p. 51. n. 44. scripsi: istis, Cod.: isti, Reb.: illis; p. 92. n. 77. scripsi: poplitibus, Cod. et Reb.: poplicibus; p. 105. n. 51. scripsi: non, Cod. et Reb.: et.

Praeter alias Editionis Rebenst. varietates etiam ubique eas memoravi, quae germanicas Codicis voces locosve aut latine reddunt, aut omittunt. Haec enim diversitas non solum pertinet ad huius Ed. rationem integre describendam, sed etiam alium praebet fructum. Nam plures Codicis loci germanici per se minus facile recteque intelligi possent, si lector latina interpretatione Rebenstockii non adiuvaretur; praeterea multi eiusmodi loci latini a germanicis aut omnino, aut partim ita differunt, ut ex eo colligere liceat, interpreti aliam eorum lectionem ob oculos esse versatam. Germanicorum autem verborum omissio pluribus locis Rebenstockianae Ed. obvia

dupliciter explicari potest, vel eo, quod fortasse in Cod., quo Rebenstockius usus est, non legebantur, vel eo, quod hic interpres consilio quodam ea praetermisit. Haec quoque exemplis demonstranda sunt.

a) *Loci germanici* Codicis, qui Rebenstockii interpretatione latina illustrantur, sunt e. c. meae Ed. T. I. p. 3. n. 32. ***vnd schlecht den todt,*** Reb.: et occidit illum (ergo ***schlecht*** i. q. ***schlägt***); p. 7. n. 97. Cod.: ***wir werden sonst gemmen steigen*** etc., Reb.: alias insequemur damas etc. (ergo ***gemmen steigen*** i. q. ***nach den Gemmen steigen, Jagd auf sie machen)***; p. 11. n. 56. Cod.: ***das sie niergent auss wuschen,*** Reb.: vt rationem euadendi nesciant (ergo ***auss wuschen*** i. q. ***entwischen)***; p. 12. n. 58. Cod.: ***Hat ihr den keiser so weit lassen einreissen,*** Reb.: Si Caesar apud vos tantae est authoritatis (ergo ***Hat — einreissen*** i. q. ***Habt ihr des Kaisers Macht so weit lassen rachsen)***; p. 13. n. 71. Cod.: ***Es wil vnns aber nicht eingehen,*** Reb.: verum noluimus haec intelligere (ergo ***eingehen*** i. q. ***einleuchten)***; p. 13. n. 73. Cod.: ***der Ewig seligen kan,*** Reb.: qui nos saluare potest, et vult (ergo ***seligen*** i. q. ***beseligen, selig machen)***; p. 17. n. 28. Cod.: ***wollen ihrem kopffe allein haben,*** Reb.: illorum tantum iudicium est (ergo ***wollen — haben*** i. q. ***wollen ihrem Kopfe Urtheile allein folgen)***; p. 19. n. 68. Cod.: ***mocht ihm das blut auch schier fallen,*** Reb.: facile vt ab inceptis desisteret, fieri posset (ergo ***blut*** i. q. ***Muth etwas zu unternehmen)***; p. 289. n. 30. Cod.: ***wedelich,*** Reb.: maxime (ergo ***wedelich*** i. q. ***weidlich)***; ibid. Cod.: ***ich ridts euch,*** Reb.: suaderem (ergo ***ridts*** i. q. ***riethe es)***; ibid. Cod.: ***vnntterlist,*** Reb.: intermitteretis (ergo ***vnntterlist*** i q. ***unterliesset)***; p. 334. n. 15. Cod.: ***ich gen,*** Reb.: optabam (ergo ***gen*** i. q. ***gönne)***.

b) *Loci germanici* Codicis a Rebenstockio in lat. linguam vel omnino vel partim ita translati, ut aut certo aut verosimiliter non Codicis lectioni, sed diversae respondeant (quippe quod Rebenstockius germanica plerumque ad verbum latine reddere solet), e. c. T. I. p. 2. n. 12. Cod.: ***bei der krieppen vnnd Creutz Christi, das wir vnns nicht versteigen,*** Reb.: in presepe et cruce Christi, „etiam qui scrutatur maiestatem, obruetur a gloria" (verba: etiam qui — a gloria, a german.: ***das wir v. n. v.*** differunt, id quod signis „—" additis h. l. et in seqq. indico); p. 2. n. 16. Cod.: ***vnnd noch viel leichtter,*** Reb.: „sine vllo impedimento," imo multo facilius; p. 2. n. 18. Cod.: ***Er ist klein genug, aber wer kans gleuben?*** Reb.: Minimus

sane est „inter fratres Christus," sed quis credere potest. p. 3. n. 31. Cod.: *Er wil vns Ja nicht tzu tode schlagen*, Reb.: non vult nos interficere, „nec quaerit mortem peccatoris"; p. 4. n. 54. Cod.: *Morden kan der teuffel wol*, Reb.: Diabolus „homicida est," interficere optime potest; p. 6. n. 81. Cod.: *Vnser herrgott ist „allenthalben"*, Reb.: „Mirabilis" est Deus; p. 12. n. 67. Cod.: *so ist es „mein" fromen*, Reb.: eo melius habebis (= *so ist es dein fromen*); p. 198. n. 2. Cod.: *„es heist: setze dich" auf den gaulen, vnnd nim die peitzsch tzur handt*, Reb.: „Dicit enim ascendit" equum et in manus sume flagellum (= *er sagt, er setzt sich* etc.); p. 290. n. 36. Cod.: *Wan er „tzen" söne hette*, Reb.: si „centum" haberet filios.

c) *Loci germanici* Codicis, qui in Ed. Rebenstockiana neque germanice, neque latine reperiuntur, e. c. T. I. p. 6. n. 73. Cod.: *giebts gar auff einmal, drumb acht mans nicht*, p. 7. n. 87. Cod.: *kan nicht einiger sein*, p. 10. n. 39. Cod.: *Ein kleines spruslein*, p. 11. n. 53. Cod.: *Einfeltige, aber gewisse wordtt, haben hende vnnd füsse*, p. 14. n. 94. Cod.: *Die lassens wol bleibenn bei gleichen*, p. 53. n. 72. Cod.: *wie die schüler vor den breetwürsten lieffen*, p. 324. n. 57. Cod.: *welck wie ein beutelchen* ibid. n. 58. Cod.: *in eilff wochen hernach*, p. 325. n. 69 Cod.: *nicht 3 tage vor seinem tode.* — Utrum hi loci in Codice, quem Rebenstockius ante oculos habuit, defuerint an aliam ob causam ab eo omissi sint, diiudicare nequeo Quibusdam aliis vero locis, ubi eaedem sententiae dupliciter, et latine et germanice exprimuntur, causa omissionis germanicorum verborum minime latet; nam manifestum est, talibus locis germanica tanquam supervacanea esse omissa. Eiusmodi sunt e. c. T. I. p. 102. Epitaphium in agonismo filiae Magdalenae a patre conscriptum in Cod primum latine, et deinceps p. 103. germanice affertur quod alterum Rebenstockius omisit (vide ibid. not. 23.) p. 299. Cod.: bonis uerbis et atrocibus poenis, *mit gutten worttten vnnd mit hartter straffe*, Rebenstockius haec germanica, quibus latina redduntur, praetermisit (v. ibid not. 33.). His locis Rebenstockius similiter egit ac Selneccerus, editor germanicorum colloquiorum, qui e contrario eiusmodi locis bilinguibus latina omisit (conf. Ed mea germ. T. IV. p. LXXXVIII.).

2. De annotationibus criticis *textui interpositis.*

Annotationes criticae, quae textui interpositae sunt

exhibent *longiores* lectiones varias Rebenstockianae Editionis, quae duplicis generis sunt:

a) capita integra aliorumque capitum quorundam singulae partes, quae in Codice omnino desunt et tantum a Rebenstockio afferuntur. Conf. supra p. LXXVIII sqq., ubi utraque memoravi.

b) longiores translationes latinae quarundam partium, quae in Cod. vernacula lingua leguntur, e. c. T. I. p. 32. lin. 34. — p. 34 lin. 30. latina versio exhortationis publicae de excommunicatione, quae p. 30. lin. 1. — p. 32. lin. 22. germanice proposita est.

b.

De annotationibus comparativis.

Annotationes *comparativas* nomino eas, quae indicant, si singula capita eorumve partes, quae in textu secundum illius ordinem exhibentur, in Ed. Rebenstockiana et in colloquiis Lutheri germanicis a Foerstemanno et me editis reperiuntur; hae igitur spectant ad comparationem ordinis, qui in illis invenitur, cum ordine Editionis Rebenst. et Editionis meae colloquiorum germanicorum.

1. De annotationibus comparativis, quae ad *Ed. Rebenstock.* spectant.

Hae annotationes duobus modis adduntur:

breviores, quae locum, quo caput vel singula pars eius in Ed. Reb. reperitur, indicant, textui proxime subiunctae sunt supra annotationes criticas, a quibus etiam eo distinguuntur, quod non, ut illae, *numeris*, sed *asteriscis* significantur. Vide e. c. T. I. p. 7. not.*), p. 10. not.*), p. 12. not.*), p. 13. not.*).

longiores, quae varios locos singularum partium vel sectionum capitis cuiusdam in Ed. Reb. monstrant, ubicunque earum ordo a Cod. valde differt, in *notis*, quae in fine talis capitis textui interpositae sunt, afferuntur. Eiusmodi notae multae in Tomo II. huius Ed. invenientur.

2. De annotationibus comparativis, quae ad *colloquia germanica* spectant.

Hae annotationes cum illis brevioribus, quae ad Ed. Reb. tinent, coniunctae et asteriscis signatae textui proxime subiectae sunt, conf. T. I. p. 1. not.*), p. 7. not.*), p. 10. not.*),

p. 12. not.*), p. 13. not.*); paucae annotationibus criticis annexae sunt, uti T. I. p. 308. not. 34.

c.

De annotationibus explicativis seu marginalibus.

In descriptione Codicis supra p. XXXVII sqq. atque Editionis Rebenstockianae supra p. LVI sq. mentio quoque facta est annotationum marginalium, quae in utraque colloquiorum collectione inveniuntur et duplicis generis sunt: aut explicationes, aut argumenti indices. Harum priores, nempe explicativas in meam Editionem suscepi, et, ut facile a comparativis criticisque discernantur, *litteris* signavi, easque *infra* criticas addidi, conf. c. c. T. I. p. 2. not. *a.*, p. 3. not. *b. c.*, p. 4. not. *d—f.*, p. 5. not. *g—k.*, p. 6. not. *l.*, p. 7. not. *m. n.*

C.

De *indicibus* in huius Editionis calce addendis.

Hi indices duplicis erunt generis:

1. comparativi,
2. reales.

a.

De indicibus comparativis.

Indices comparativos nomino eos, qui spectant comparationem

1. meae Editionis latinorum colloquiorum, Codicisque qui ea exhibet, atque Rebenstockianae Editionis eorum;
2. latinorum colloquiorum atque germanicorum a Foerstemanno et me editorum.

Ut hoc, quod volo, consequar, in libri fine proponam hasce tabulas in longitudinem varie divisas:

1. tabulam in quatuor partes divisam, quarum prima continet inscriptiones capitum eorumque partium latinorum colloquiorum secundum Codicis ordinem, interpositis capitibus eorumve partibus, quae tantum in Rebenst. Ed. leguntur; altera paginas meae Editionis indicat, in quibus haec capita partesve ordiuntur; tertia ostendit folia Codicis, ubi incipiunt; quarta significat folia Rebenstockianae Editionis, si in hac reperiuntur. — Ex hac tabula simul cognoscitur, utrum caput quoddam eiusve pars meae Editionis et in Codice et in Rebenst. Ed., an tantum in Cod. aut in sola Rebenst. Ed. inveniatur.

2. tabulam in quatuor partes divisam, quarum prima continet latinorum colloquiorum capita eorumque partes secundum ordinem Rebenstockianae Editionis; altera indicat folia eiusdem Ed., in quibus singula capita eorumque partes incipiunt; tertia paginas meae Ed., in quibus ordiuntur; quarta Codicis folia, si in hoc reperiuntur. — Haec tabula diversum Rebenstockianae Ed. Codicisque ordinem declarat, atque eum, qui forte illam Ed. rarissimam acquisiverit, docet, ubinam singula eius capita partesve in meam Ed. lat. exhibeantur.
3. tabulam in quatuor partes divisam, quarum prima exhibet inscriptiones capitum eorumque partium secundum meam Ed. latinorum colloquiorum; altera indicat paginas huius Ed., ubi singula capita partesve incipiunt; tertia exhibet inscriptiones capitum germanicorum colloquiorum, quae illis latinis vel omnino vel quadam ex parte respondent; quarta indicat locum, ubi in mea Ed. germanica idem aut simile quid legitur ac in illo loco latino. — Ex hac tabula lector intelliget, quaenam partes latinorum colloquiorum in germanicis reperiantur.
4. tabulam in quatuor partes divisam, quarum prima continet inscriptiones capitum germanicorum colloquiorum; altera indicat locum, ubi in mea Ed. germanica ordiuntur: tertia exhibet inscriptiones capitum eorumve partium latinorum colloquiorum cum illis germanicis aut omnino, aut quadam ex parte congruentes; quarta ostendit locum, ubi in mea Ed. latina idem vel simile quid legitur ac illo loco germanico. — Haec tabula demonstrat, quaenam partes germanicorum colloquiorum etiam in latinis inveniantur.

b.

De indicibus realibus.

Hoc nomine ab illis comparativis distinguo eos indices, qui spectant latinorum colloquiorum res memorabiles, personas, locos Scripturae sacrae et annos, quibus quaedam dicta vel facta sunt. Quapropter quatuor huiusmodi indices proponam:

1. indicem *rerum memorabilium*;
2. indicem *virorum feminarumque*
   a) ad quos Lutherus quaedam locutus est,
   b) de quibus idem quaedam dixit,
   c) qui ipsi ad Lutherum quaedam aut ore aut per litteras retulerunt.

3. indicem *locorum Scripturae sacrae*, qui in colloquiis latinis aut explicantur, aut breviter afferuntur;
4. indicem *annorum* quibusdam locis adscriptorum, quibus indicatur, quo tempore aliquid dictum aut factum sit:
   a) indicem annorum, qui in colloquiis latinis adscripti sunt,
   b) indicem annorum, qui in colloquiis germanicis additi sunt.

Ex hoc quarto indice partim cognoscitur, ex quibus annis praesertim colloquia Lutheri sint litteris mandata.

Postquam in praecedentibus omnes huius Editionis latinae partes: 1) textum, 2) annotationes et 3) indices descripsi, additur denique

VI.

DESCRIPTIO QUARUNDAM ALIARUM COLLECTIONUM COLLOQUIORUM LUTHERI.

Eiusmodi collectiones fere hae sunt:

1. Codex MS. formae quaternariae, quem ipse possideo.

Hic Codex involucro e charta densata instructus non ab una tantum manu scriptus continet 436 folia maiori ex parte non numerata. Fol. 2[a] exhibet hunc titulum:

Colloquia Lutherj conscripta a quibusdam
et alia quaedam addita sunt.

THESAVRVS THE
OLOGIAE 1543

Christophorus Obenander
Studio: Wittem a[0] 44

Fol. 3[a] — 58[b] Epistolae Lutheri aliorumque; fol. 59[a] — 63[a] vacant; fol. 63[b] — 121[b] Varia eiusdem vel similis argumenti, ac in colloquiis leguntur; fol. 122[a] — 338[b] „Dicta quaedam ex ore Doctoris Martini in familiaribus colloquijs annotata" Haec varia maxima ex parte perbrevia excerpta sic inscripta partim latine, partim germanice, partim utroque sermone coniunctim exhibentur; fol. 339 — 343 vacant; fol. 344[a] — 367[b] „Confessio et articuli fidei domini Doctoris Martini facta cum lussu principis Electoris Anno domini 1537 Ad conuentum Schmalkaldiensem"; fol. 368[a] — 394[b] Epistolae Lutheri aliorumque et varia; fol. 394[b] extr. — 404[a] „De Contingentia Disputationis Quatuor partes 1536 per Nicolaum Amsdorffium Magdeburgensis Ecclesiae

pastorem"; fol. 404b — 405b „*Eine weissagung D. Martini Lutheri von der auffruhr des Adels In Teutschlandt montag nach Cantate Im 1544 Jahr;* fol. 406 — 434 vacant; fol. 435 Varia; fol. 436 extremum album est.

2. Decem Codices Bibliothecae Ducalis Gothanae.

Hos Codices, quos ipse nondum vidi, laudat G. H. A. Ukert in libro suo: Dr. Martin Luther's Leben, P. II. p. 316. hisce verbis: „Sollten Luthers Tischreden jemals wieder gedruckt werden, so könnten Cod. chart. bibl. duc. Goth. N. 262. 263. 402. Fol. N. 19. 28. 79. 148. 153. 168. 169. 4to. manche Beyträge voll Sinn und Einsicht liefern."

Ab eodem l. l. p. 315. inter libros colloquia Lutheri mensalia continentes memoratur

N. Ericei Sylvula Sententiarum etc.

Hic liber, quem ipse possideo, sic inscriptus est:

Sylvvla | Sententi- | arvm, Exemplorvm, | Historiarvm, Allegoriarvm, Si- | militudinum, Facetiarum, Partim ex Reuerendi Viri, | D. Martini Lvtheri, ac Philippi Melanchthonis | cum priuatis tum publicis relationibus: Partim ex alio- | rum ueterum atque recentium Doctorum monu- | mentis obseruata, et in Locos Communes | ordine Alphabetico disposita. | Cum rerum et uerborum Indice. | Per N. Ericevm. | (Lutheri et Melanthonis imagines, quarum quaeque circulis inclusa est, iuxta sese positae) | Cum Gratia et Priuilegio, Caes. Maiest. ad decennium. | Francofurti ad Moenum, per Petrum Fabricium, et | Sigismundum Feyrabend. | 1566. 35 plagg. litt. A — Z, Aa — Mm sign. 8° min.

De eo, atque alio Phil. Saltzmanni, quem inscripsit: „Singularia Lutheri etc." iam in Prolegomenis Editionis meae germanicae Tom. IV. p. LVIII. dixi.

DEVS *).

Dei notitia sapientiam humanam longe excellit. Est enim eus infinitus et incomprehensibilis, quem humana sapientia mprehendere [1] non potest. Ideo Christus ad Petrum dixit: iro et sanguis non tibi reuelauit etc. [2] qui filium suum aeternum, coëssentialem, humani generis mediatorem, uerum minem et Doctorem constituit, per quem essentiam et luntatem Dei patris agnoscimus et consideramus. Vt Ioan. Deum nemo uidit unquam. Hanc reuelationem in Christo eclaratam [3] arripiamus et custodiamus. Nam assiduis nostris eculationibus, ut Simonidi accidit, [4] maiestatem Dei, scili- t [5] essentiam et uoluntatem illius non apprehendemus. d per Euangelium filij sui Coelestem reuelationem, Deum ternum patrem Domini nostri Hiesu Christi [6] agnoscimus, od sit essentia spiritualis, aeterna, uerax, bona, iusta, mi- ricors, liberrima, [7] immensae potentiae et sapientiae, aeter- s pater, qui filium imaginem suam [8] ab aeterno genuit, ut sit eterna imago patris, et Spiritus sanctus ab utroque proce- us. Hanc cognitionem suam Deus uerbo suo, miraculis lestibus, reuelationibus [9] patefecit, ut eam fide apprehen- ntes osculemur, et a disputationibus et prauis inquisitionibus tineamus. Quia nec periculosius [10] alicubi erratur, nec

*) Conf. liber germanice scriptus: Dr. Martin Luther's Tischreden oder Colloquia — herausgegeben von Karl Eduard Förstemann (Abtheilung I—III. Leipzig 1844—1846.) und Heinrich Ernst Bindseil (Abtheilung IV. Berlin 1848.) 8°. (quam editionem infra ubique signabo: „Luth. Colloq. german.") T. I. pag. 83 sqq. cap. 2. — In Rebenstockii editione hoc cap. legitur Tom. I. fol. 1a—4a lin. 3.

1) humana sapientia comprehendere] *sic* Cod.; Reb.: sapientia humana apprehendere
2) Ideo Christus ... non tibi reuelauit etc.] *sic* Cod.; Reb.: (ideo Christus ... tibi non reuelauit)
3) Hanc reuelationem in Christo declaratam] Reb.: Hanc declaratam in Christo reuelationem
4) ut Sim. accidit] *haec a* Reb. *uncinis inclusa sunt.*
5) scilicet] *sic* Cod.: Reb.: vim,
6) Domini nostri Hiesu Christi] *sic* Cod.; Reb.: Dominum nostrum Iesum Christum
7) liberrima,] *apud* Reb. *deest.*
8) imaginem suam] Reb.: suam imaginem.
9) miraculis coelestibus, reuelationibus] *sic* Cod.; Reb.: miraculis, coelestibus reuelationibus
10) periculosius] *sic recte* Reb.; Cod.: periculo: sine

laboriosius aliquid percipitur, nec fructuosius [11]) quidquam innotescit. Haec enim notitia una et uera uita est aeterna. Ioan. 17. Hic nobis quiescendum *bei der krieppen vnnd Creutz Christi, das wir vns nicht versteigen.* [12] Cum igitur Deus essentia sua sit [*fol.* 1[b]] ineffabilis, ideo illius nomen τετραγράμματον Iehoua, Adonai legitur. Attamen ab actionibus Deus uaria nomina sortitur [a], Creator, Omnipotens, pater, misericors, longanimus [13], pastor, Sponsus. Nam credere Deum creatorem est impossibile. *Denn wen man ihn* Creatorem *gleubte*, [14]) sciremus eum tam potentem, ut uno uerbo totum mundum confringere posset, [15] sicut figulus ollam, *vnnd noch viel leichtter.* [16] At nos Deo opponimus nostram sapientiam, potentiam. Ideo non credimus eum Creatorem. SVMMA. In maiestate Deum nemo cognoscere potest. Ideo demisit se [17] in uilissimam formam, factus est homo, peccatum ipsum, ipsa mors, ipsa infirmitas. *Er ist klein gnug, aber wer kans gleuben?* [18]) Nos putamus Caesarem potentiorem eo esse, Erasmum doctiorem, Monachum aliquem illo iustiorem. Ideo opera Dei sunt ineffabilia. *Es mag es keiner aussinnen* [19]. Credi solummodo [20] possunt, rationibus expendi certe [21] non possunt, quod aliquando intelliges, si solummodo expenderis, *wortzu das strohe gut ist.* [22] Ita benignitatis [23] diuinae consideratio est supra nostrum captum, dat enim Solem, Lunam, Stellas, Elementa, omnes creaturas, Corpus, Vitam, omniumque rerum usum, uictum et amictum, insuper etiam seipsum. Quid per hoc meretur? ut blasphemetur et occidatur eius [24] filius et ministri. Gratis creauit, gratis iusti-

---

11) fructuosius] Reb.: infructuosius
12) *Haec germanica, quae h. l in* Cod. *leguntur,* Rebenstockius *sic latine vertit:* in presepe et cruce Christi, etiam qui scrutatur maiestatem, obruetur a gloria.
13) Longanimus] Reb.: longanimis
14) *Denn wen — gleubte*] *haec sic vertit* Reb.: Si enim Deum creatorem esse, crederemus,
15) posset] Reb.: possit
16) *Pro his german. exhibet* Reb. *haec lat.:* sine vllo impedimento, imo multo facilius.
17) demisit se] *sic* Cod.; Reb.: se dimisit
18) *Haec germ. sic vertit* Reb.: Minimus sane est inter fratres Christus, sed quis credere potest?
19) *Haec germ. sic vertit* Reb.: et nemo perscrutari potest,
20) solummodo] Reb. *male:* summodo
21) expendi certe] Reb.: certe expendi
22) *Pro his germ. habet* Reb.: straminis vtilitatem.
23) benignitatis] Reb.: dignitatis
24) eius] Reb.: etiam

a) Cod. *habet h. l. notam marginalem:* Esai. 9. [vs. 6.]

ficauit. [*fol. 2ª*] gratis nutrit, gratis seruat. [25] Recitans exemplum Martinus Lutherus: Nocte praeterita duae auiculae [26] aduolabant in horto illius nidificantes, saepius [27] territae a praetereuntibus, dixit Lutherus: [28] *Ach du liebests voglein fleug nicht, ich gan dirs von hertzen wol, wann du mirs gleuben mochtest.* [29] Sic nos non confidimus, credimus Deo, [30] qui omnino nobis bene uult, *Er wil vns Ja nicht tzu tode schlagen, der seinen son vor vnns gegebenn hatt.* [31] Sed mundus non uult habere Deum corporeum, qui nascitur, praedicat, arguit mundum, crucifigitur *vnd schlecht den todt.* [32] Econtra incorporeum quaerit, honorat magno labore et impensis. Deus nunquam irascitur, quia misericors, [33] si irascitur, *so sint wir verloren,* [34] nunquam percutit, nisi permissiue [35] *durch gottes verhengnus.* [36] Vt si ego conniuerem, [37] ut quis Ioannem filium meum [38] percuteret. Hoc tamen solet facere [39] Deus [b], ubi ingratos et inobedientes nos uerbo esse [40] videt, Sathanae *permittit, mus sein hencker sein,* [41] ut peste, fame, gladio, *allerley* [42] calamitatibus nos flagellet. Ideo ut uel his malis nos ad se inuitet, ut ipsum quaeramus et inuocemus [c]. In libris Iudicum est pulcherrimus textus, ubi angelus in persona Dei sic loquitur: Toties [43] percussi uos, sed inde nihil reddimini meliores (opinor sub Gedeone esse factum [Ibi respondet populus:] [44] tantum

---

25) gratis nutrit, gratis seruat.] Reb.: gratis nutrit et seruat.
26) auiculae] *in* Cod. *primum erat scriptum:* ancillae, *quod deinde mutatum est in:* auicullae, Reb. *recte:* auiculae,
27) saepius] Reb.: quae saepius
28) Lutherus] Reb.: M. L.
29) *Haec germ. sic vertit* Reb.: mi auicula noli fugere, ex animo enim faueo tibi, si mihi et credere posses.
30) Sic nos non confidimus, credimus Deo,] Reb.: Sic nos Deo non confidimus,
31) *Haec germ. sic vertit* Reb.: non vult nos interficere, nec quaerit mortem peccatoris, qui filium suum dedit pro nobis,
32) *Pro his germ.* Reb. *exhibet haec lat.:* et occidit illum.
33) misericors] Reb. *addit:* est.
34) *Haec germ. sic vertit* Reb.: actum erit de nostra salute.
35) permissiue] Reb. *male:* promiscue
36) *Haec germ.* Reb. *vertit:* Deo permittente,
37) conniuerem,] *sic recte* Reb.: Cod. *calami errore:* conuiuerem,
38) meum] Reb. *hoc pron. male omisit.*
39) tamen solet facere] Reb.: tantum facere solet
40) verbo esse] *haec* Reb. *non habet.*
41) *Haec germ. sic vertit* Reb.: cogitur Sathan, vt sit carnifex illius,
42) *allerley*] Reb.: et varijs
43) Toties] Reb. *male:* Totus
44) (Ibi respondet populus,)] *haec, quibus hic locus clarior fiat, a* Reb. *addita, in* Cod. *non leguntur, eamque ob causam a me uncinis inclusa sunt.*

b) Nota marg. in Cod.: Deus operatur bona effectiue et percutit permissiue. Diabolus Dei carnifex.
c) N. M. in Cod.: Esai. 26. [vs. 9.]

redime nos, nunquam peccabimus, argue tu [45] nos Domine et fac nobis, quicquid uolueris, tantum redimas nos. ***Wan man sich dem man ergeben kan vnnd tzu fuss fallen, das er vns helffe. So hilfft er gewiss als ein getrewer gott, es felet nahr darann,*** [*fol. 2 b*] ***das wir vnns ihme nicht ergeben konnen,*** [46] facias (inquit populus) quodcunque nobis uoles, tantum libera nos. ***Steupe, Schlahe*** *d*: ***wir habens wol verdienet.*** [47] Sic Dauid cum peccasset numerando populum dicebat *e*) si peccaui et merui, me et domum meam percute, parce populo, ***was sollens die arme leuthe entgeltten. Da kontt vnser herrgott vor der demut Dauidis nicht tzornen. Derhalbenn wer sich mit ernst vor gott in Christo demuttigen kan, der hat schon gewonnen sache, sonst verlöhre vnser herrgott*** suam dignitatem, ***wan er nicht soltte seine machtt behaltten.*** [48] Eius [49] est misereri afflictorum, et parcere humilibus, ***er ist kein Tyran,*** [50] quod tota scriptura de eo celebrat. Si hoc non faceret, nemo ad eum ueniret, nemo inuocaret, nemo exaudiretur, nemo saluaretur, [51] nemo laudaret aut [52] gratias ageret Deo. In inferno autem quis confitebitur tibi. [53] ***Morden kan der teuffel wol.*** [54] Deus autem est autor uitae et consolationis. *f*) Hoc est suum officium. Itaque haec est uerissima ignorantia Dei, nescire quod ipse sit Deus consolator afflictorum, uitae et laeticiae dator [55] et largitor. Econtra uerissima Dei est cognitio, scire quod Deus non sit diabolus, Tyrannus, malefactor, sed simpliciter Deus, *GVTT*. Deus enim est aequiuocum, ut Euan-

45) tu] *apud* Reb. *deest.*
46) *Haec germ. sic vertit* Reb.: Si humili et animo contrito ad Deum accedere, illumque pro auxilio inuocare possemus, certe tanquam fidelis Deus opitularetur nobis, verum nos illi confidere eique subijcere nolumus,
47) *Pro his german.* Reb. *habet haecce lat.*: corripe nos, quia meriti sumus.
48) *was sollens — behaltten.*] *haec* Reb. *sic lat. vertit*: quid peccata mea ad subditos? ibi Deus prae humilitate Dauidis, irasci non poterat. Quare qui se potenti manu Dei per Christum subijcere potest, is certe causam habet optatam, et Deus etiam suam amitteret Diuinitatem, si non esset defensor suae maiestatis,
49) Eius] Reb.: quae
50) *Pro his germ. habet* Reb.: non est Tyrannus,
51) saluaretur,] Reb. *male*: salutaretur,
52) aut] Reb.: et
53) tibi] *ap.* Reb. *deest.*
54) *Pro his germ. habet* Reb. *haec lat.*: Diabolus homicida est, interficere optime potest,
55) dator] Reb. *male*: doctor

d) *N. M. in* Cod.: Augustinus: Macta, percute, occide.
e) Cod. *in marg.*: 2. Reg. 24. — *Item*: Humiliamini sub potenti manu Dei. — Reb. *in marg.*: Contritorum demissio.
f) Cod. *in marg.*: Ἀντίθεσις.

gelium proximae dominicae [56]) *g*) declarat, Matth. *h*. Aequinoca uero [57]) sunt, quorum idem nomen est. Ratio uero secundum substantiam est diuersa [*fol.* 3ª]. Vno itaque modo Deus dicitur diabolus. *h*) Videlicet Deus mortis, qua percutit, argnit, peculiariter damnationis. Lex Dei desperationis. [58]) Hic bene distingue hunc deum a uero, qui est uitae, iustitiae, salutis, consolationis et omnis boni quod dici potest Deus. Si non bene distinguis, maxime erras. Erroris enim mater est aequinocatio [59]) semper. Deus igitur optimus est Dominus, quem mundus bene tolerare posset, si uellet. *Woltten lieber selber gott sein.* [60]) Ipse tantum [61]) uult pro Deo haberi, iuxta primum praeceptum. *Begeret keiner steuer, geltt noch satzung.* [62]) Omnia spiritualia et corporalia largitur. *Das er allein vnser gott möcht sein, aber wir wollens nicht haben.* [63]) Sed Deus non uult esse dines, *kan seine gütter nicht schatzen, er könde es wol besser haben,* [64]) si uellet. Si ueniret ad Ferdinandum, Ducem Georgium, Papam, [65]) Doctorem Ionam [66]) et diceret: Tu Ferdinande, Georgi, Papa, Iona, hac hora morieris, [67]) nisi mihi dederis centum mille florenos, decem mille, [68]) quadringentos florenos. Tunc quilibet diceret: O libenter, modo uiuam. *i*) Sed nunc ingrati pro beneficijs illius infinitis, nunquam gratias agunt. Si deus parcior esset *k*) in donis suis conferendis (*er machets tzu geneis*) [69]) gratiores essemus. Si quemlibet hominem uno pede nasci sineret, et septimo anno alterum daret, decimo quarto

---

56) proximae (Cod.: proxime) dominicae] *ap.* Reb. *desunt.*
57) uero] Reb.: autem
58) Videlicet Deus — desperationis.] *horum loco* Reb. *exhibet haecce:* vim mortis, peccati, damnationis, desperationis.
59) aequinocatio] *sic recte* Reb.; Cod. *calami errore:* aequinotacio
60) *Haec germ. sic vertit* Reb.: ipsi pro Deo haberi vellent.
61) tantum] Reb.: tamen
62) *Haec germ. sic vertit* Reb.: nullam exigit pecuniam, nullos census,
63) *Das er* etc.] Reb.: vt solus pro vero nostro haberetur Deo, sed nolumus habere talem Deum.
64) *kan seine* etc.] Reb.: bona sua censere non potest, melius haberet
65) Papam,] *hanc vocem, quae in* Cod. *h. l. deest,* Reb. *addidit ob proxime sequentem v.:* Papa.
66) Ionam] Reb.: Ionam etc.
67) hac hora morieris,] Reb.: hac morieris hora,
68) decem mille,] Reb.: 1000 fl.
69) *Haec germ. sic vertit* Reb.: (nimis liberalis)

g) *N. M. in* Cod.: Inuocauit [*quippe quod* Matth. 4, 1—11. *pertinet ad diem dominicam, quae* Invocavit *appellatur*].
h) Cod. *in marg.:* Nomen per se semper est idem.
i) *Idem ibid.:* Vt uitam redimas, *Tuch, schuch, bruch,* omnia uendas.
k) *N. M. in* Cod.: Deus omnia abunde largitur.

anno [70]) manum unam, uigesimo [71]) alteram, tunc aq possemus Dei beneficia ex priuatione. At Deus omnia semel [72]) effundit, *giebts gar auff einmal, drumb ac nicht,* [73]) quotidiana [74]) uilescunt. Iam totum pelagi sui nobis donauit, omnes linguae et liberales artes gr tur, emuntur libri uilissimo precio. Opera omnia O ptem grossis, Vergilij quinque grossis, Terentius, Liuius Homerus litera Frobeniana dimidio uenduntur pretio. nostrae ignauiae, Deus suam misericordiam iterum cla satis parce nobis conferet. Deinde mendacia et irris adorabimus iterum, [76]) qui iam uerbum et ministr negligimus. O bone Deus, quam mirabilis es, qui c sapientiam sapientum. *Es hat noch mühe gnug, das u richtten, wan wir betten vnnd gott vmb hülff anschr* At impij temere Deo inuito [78]) uolunt concludere. Tu disponit, et nisi haec [79]) faceret, maiestatis suae gloria teret. Philosophi olim definierunt Deum [80]) sic: *l*) l circulus, cuius centrum est ubique, et circumferentia n *es ist wunderlich.* [81]) Voluerunt significare Deum om et nihil. *Vnser herrgott ist allenthalben,* [82]) et tan comprehenditur. *Ich finde ihn allein tzu Hierusalem,* imagine, quam ipse mihi proposuit. Est ubique, scilic Baptismo, praesepio, Sacramento, et in maiestate r est, neque in meis speculationibus etc. [85])

---

70) anno] *ap.* Reb. *deest.*
71) vigesimo] Reb.: et vicesimo
72) semel] Reb.: simul
73) *giebts — nicht,*] *haec ap.* Reb. *neque germanice, neq leguntur.*
74) quotidiana] Reb.: et quotidiana
75) Opera omnia — pretio.] *haec ap.* Reb. *desunt.*
76) adorabimus iterum,] Reb.: iterum adorabimus,
77) *Haec germ. sic vertit* Reb.: vix summo labore aliquid effice petrare possumus, etiamsi Deus pro liberatione et auxilio inuocetu
78) Deo inuito] Reb. *male:* inuicto Deo
79) haec] Reb.: hoc
80) definierunt Deum] *sic scripsi;* Cod.: definuerunt Deum; Reb.: finierunt
81) *Pro his germ. habet* Reb.: Mirabilis est Deus.
82) *Haec germ. sic vertit* Reb.: Deus noster vbique,
83) *Ich finde* etc.] Reb.: solum illum Hierosolymis inuenio,
84) scilicet] Reb.: videlicet
85) speculationibus etc.] Reb. *pro* etc. *addit:* aut cogitationibus.

l) *N. M. in* Cod.: Fertur definitio Apulei Aphricani.

[*fol. 4a*] TRINITAS. *)

Mysterium [86]) admirabile et ineffabile unum Deum simplicissime unum, *kan nicht einiger sein*, [87]) tres distinctas habere personas, quarum quaelibet est totus Deus, extra quam [88]) nullus est alius Deus. Nec tamen dicendum, m) quamlibet personam solam esse Deum, quod summus esset [89]) error, quasi diceremus, Deum nullum esse, cum qualibet persona exclusa. [90]) Hanc coelestem noticiam, ratio peccato corrupta originali apprehendere non potest. *Sie kan drey vnnd eins, eins vnnd drey tzu gleich tzusammen nicht reimen.* [91]) Ideo ratio captiuanda est in obsequium fidei. n) 2. Corinth. 10. *Es heist* [92]) credere non speculari, disputare. Quapropter Augustinus pie consulit, dicens: Vbi mentis est excessio [93]) ibi idonea fidei fit successio. Infoelicissimi igitur sunt arcanorum Dei scrutatores. Vt Syrach 2. dicit: [94]) Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: Sed quae praecepit [95]) Deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium, ea quae abscondita sunt oculis [96]) tuis uidere, *wir werden sonst gensen steigen, vnnd steigen vnns tzu tode wie* Maximiliano *geschach, den man kaum errettet.* [97]) Catechismus obseruandus. Lex Dei et uoluntas illius audienda, [98]) Christus homo factus osculandus, *darbei sollen wir beharren* [99]) et simpliciter credere, et haerere in non apparentibus. Hebre. 11.

---

*) Reb. I, fol. 4a lin. 4. — fol. 6a lin. 7. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 299 sqq. cap. 6.

86) Mysterium] *sic scripsi;* Cod.: Misterium; Reb. *corrupte*: Mynisterium
87) *kan nicht* etc.] *haec neque germ., neque lat. a* Reb. *exhibentur.*
88) quam] Reb.: quem
89) esset] Reb.: est
90) cum q. p. exclusa.] Reb.: cum qualibet persona exclusa, totus Deus esset exclusus, et quaelibet persona esset exclusa.
91) *Sie kan* etc.] *haec germ. sic vertit* Reb.: tria et vnum, vnum et tria, hoc est, trinitatem et vnitatem coniungere ratio non potest.
92) *Es heist*] Reb.: dicitur,
93) excessio,] Reb.: egressio,
94) Syrach 2. dicit:] Reb.: Syrach capite secundo.
95) quae praecepit] Reb.: quae praecipit tibi
96) oculis] Reb.: ab oculis
97) *Haec germ. sic vertit* Reb.: alias insequemur Damas, et inde in summum incidamus periculum, sicuti Maximilianus Imperat. qui difficillime ex ingenti periculo liberari potuit.
98) audienda,] Reb.: obseruanda,
99) *darbei* etc.] Reb.: ibi perseuerare debemus

m) *N. M. in* Cod.: Correctio.
n) *N. M. ap.* Reb.: Credere in rebus diuinis necessarium.

[*fol.* 4ᵇ] Trinitatis [100]) agnitio uera, coelesti reuelatione per uerbum apprehenditur, [1]) et illius uestigia in creaturis demonstrantur. In sole substantia, splendor et calor. In fluminibus substantia, fluxus, potentia. Sic in artibus Pater est Grammatica, dat enim [2]) uoces, estque ipse fons. [3]) Filius est Dialectica, dans dispositionem rerum, est λόγος disponens omnia. *So sol es sein.* [4]) Spiritus sanctus est Rhetorica, *bleset vnnd treibet* [5]) uiuificando. Sic in Astronomia, Motus, Lumen et Influentia. In Musica tres notae, Re, Mi, Fa. In Geometria tres dimensiones, Linea, Superficies, et Corpus. In dictione apud Hebraeos tres literae substantiales. In Arithmetica tres numeri. In Grammatica tres partes orationis principales. In Dialectica, definitio, diuisio et [6]) argumentacio. In Rhetorica, dispositio, elocutio, actio seu gestus [7]), (nam inuentio et memoria non sunt artis, sed naturae) [8]). Sic etiam quaelibet res habet pondus, numerum et figuram: Ita in omnibus creaturis licet inuenire et cernere Trinitatem istam diuinam esse impressam. Haec optima signa neglexerunt Scholastici, Sophistae et inepta excogitarunt.

Anno 38. 29. Decembris D. Martinus Lutherus [9]) habuit egregiam concionem in templo de Trinitate, super locum Ioan. 1. [10]) In principio erat Verbum, praesente de Anhalt principe [11]) Georgio. Vesperi domi multa dicebat de hoc insigni articulo fidei, qui omnem rationem et intellectum superaret. Vnum esse Trinum, [12]) Econtra Trinum [*fol.* 5ᵃ] esse unum, nullus Arithmeticus, Geometer, [13]) Iudaeus, Iurista, Turca apprehendere potuit. Neque patris et filij carnalis similitudo et [14]) imago satisfacit. *Es ist ein schwach Bielti,* [15]) in qua tantum discrimen personarum apprehendimus, sed quomodo illae duae personae sint una inseparabilis essentia, nulla crea-

---

100) Trinitatis] Reb. *male:* Trinitas
1) apprehenditur,] Reb.: amplectitur,
2) dat enim] Reb.: dans
3) estque ipse fons.] Reb.: estque ipsa φόνος vel fons.
4) *So — sein.*] Reb.: Sic requiritur
5) *Pro his germ. exhibet* Reb.: et operatur
6) et] *a* Reb. *omissum est.*
7) gestus.] *sic recte* Reb.; *in* Cod. *legitur*: questus.
8) (nam — naturae)] Reb. *haec sine uncinis exhibet.*
9) D. Martinus Lutherus] Reb.: M. L.
10) super locum Ioan. 1.] Reb.: supra Iohan. 1.
11) de Anhalt principe] Reb.: principe de Anhalt
12) Vnum esse Trinum,] *horum loco habet* Reb.: Et
13) Arithmeticus, Geometer,] Reb.: Arithmeticus, Mathematicus, Geometer,
14) et] Reb. *male:* est
15) *Es ist* etc.] Reb.: infirma imago,

tura potest demonstrare. Basilius quidem optimam [16]) imaginem ponit, scilicet [17]) quod omnes homines dicuntur homines rationales, propter rationem communem. *Das was vernunft hat, das ist ein mensch.* [18]) Sed illi homines sunt distincti, quamuis in genere nomen [19]) habent, in specie [20]) tamen sunt diuersissimi, quia alter alterum longe excellit. Ideo prohibitum sit [21]) Christianis arcana illa extra scripturam inquirere, quae erant contra rationem. [22]) Naturalia enim, non possumus perspicere, [23]) ut uirtutem uisiuam, aquam pupillae ex ocalis. Item articulatas uoces ex [24]) linguae uibratione. Item repentinam concoctionem, et cibi [25]) mutacionem in stomacho. *In tzweien stunden hat ers verdewet. Können wir das nicht erfaren,* [26]) multo minus arcana diuinae maiestatis consilia.

DISCRIMEN INTER GENERATIONEM ET PROCESSIONEM. [27])

Generatio est a mente, quia mens format imagines, ut quando cogitas de tuo patre, in mente formas imaginem illius, ut eum quasi astantem iudices. Sic Deus pater cogitans se ipsum, generat imaginem [*fol. 5*[b]] sui, quae est filius. Deus uoluit [28]) hoc in homine esse, ut de ipsius Dei natura [29]) etiam aliquid possemus cogitare. Sed hoc interest inter imaginem Dei et nostram. Nos [30]) non transfundimus in illam imaginem a mente formatam nostram essentiam, Deus autem communicat.

Processio est a uoluntate. Sicut enim in corde sunt habitus, qui in uero amore effunduntur, sicut in suauissimo

---

16) optimam] *ap.* Reb. *deest.*
17) scilicet] Reb.: videlicet,
18) *Haec germ. sic vertit* Reb.: homo enim est animal rationale.
19) nomen] Reb. *aptius*: idem nomen
20) in specie] *sic* Reb.; Cod.: spm̄ (*i. e.* speciem)
21) sit] Reb.: fuit
22) quae erant contra rationem.] Reb.: quae contra rationem erant.
23) perspicere,] Cod. *calami errore:* pespicere,
24) ex] Reb. *male:* et
25) cibi] Reb. *corrupte:* vbi
26) *In tzweien* etc.] Reb.: in duabus horulis concoxit cibum in stomacho, si haec percipere non possumus,
27) Discr. inter g. et pr.] *sic* Cod.; Reb. *post* processionem *addit:* Filij et Spiritus sancti.
28) quae est filius. Deus uoluit] Reb.: qui est Filius Deus, voluit
29) natura] *sic recte* Reb.; Cod. *calami errore:* nam (*i. e.* naturam)
30) Nos] *sic recte* Reb.; Cod.: Nec

basio [31]) apparet, quod pater dat dulcissimis liberis Ibi cum [32]) suo amore transfundit quendam habitum seu ritum. Ita a uoluntate patris et filij propter ingentem se amorem procedit halitus, quo filius patrem complect et pater filium. Cum quo halitu etiam nos complectu Estque magnum beneficium. Quid enim sumus, nisi c minatum stercus, et tamen iste [33]) halitus seu spiritus a luntate patris et filij procedens in nos effunditur. Imo stus iubet petere, et obiurgat nos ignauos, quod non timus etc. [33a])

[*fol.* 6a] CHRISTVS. *)

Quod Hiesus Christus aeterni Dei patris filius, unicus, substantialis sit, [34]) Catholica [35]) Ecclesia credit et confit Est enim certificatum promissionibus Patriarchis exhibitis, firmatum prophetarum uaticinijs, demonstratum uoce et d praecursoris, manifestatum doctrina et miraculis Christi berrimis. Esto illius forma in specie [36]) serui humilima, tibus stulticia, Iudaeis scandalum sit. [37]) Attamen Esaias [38]) Christi personam seruilem longe ante depingit, ubi eum u uirgultum. ***Ein kleines spruslein,*** [39]) radicem de terra siti in quo neque species, neque decor est, [40]) despectum rum nouissimum, uirum dolorum et scientem infirmita ***Der vnglücks gewontt ist.*** [41]) Sicut per totum caput persona et passio clarissime depingitur. Ideo Paulus [42]) lip. 2. Christi exinanitionem demonstrat: Qui cum in f Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse Deo aequa sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens obe

*) Reb. I, fol. 6a lin. 8. — fol. 7a lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. ge p. 304 sqq. cap. 7.

31) basio] *sic* Reb.; *in* Cod. *primum erat scriptum:* basilio, *quod mutatum est in:* basidio *vel* basiolio (? *pro* basiolo)
32) cum] *sic* Cod.; Reb.: enim
33) iste] Cod. *male:* istae
33a) etc.] *a* Reb. *abest.*
34) Chr. aet. D. patris filius unicus, consubstantialis sit,] Reb.: Chr., a Patris, vnicus consubstantialis Filius sit,
35) Catholica] Cod. *calami errore:* Chatolica
36) specie] *sic scripsi;* Cod. *male:* spetiae, Reb.: speciem
37) sit.] *ap.* Reb. *deest.*
38) Esaias] Reb.: Esaie
39) *Haec germ. a* Reb. *absunt.*
40) est,] Reb.: sit,
41) *Der* etc.] *haec germ. sic vertit* Reb.: qui periculum pati potest.
42) Paulus] Reb.: et Paulus

usque ad mortem etc. Haec Christi forma gentibus stultitia, Iudaeis scandalum, [43]) credentibus autem uocatis, uirtus et sapientia [44]). 1. Corinth. 1. Sicut in Christi [45]) conuersatione cum suis discipulis demonstratur, quae constat fuisse omnium iucundissima et familiarissima. *Dan er hat sich sehr hoch gedemuttiget,* [46]) o) quod fieret homo similis nobis. *Er hat den Jungern tzu tisch gedienet, eingeschenckt, die fusse gewaschen, ire schwacheit getragen. dz sein die Jünger als gutte einfeltige leutte tzu letzt gewenet, habens lassen geschehen,* [47]) et ita Christus compleuit suum officium, qui uenit ministrare, non ministrari, [*fol. 6b*] *Er wollte knecht sein der gutte herr. Es ist ein hoch exempel, vnns eben hoch gestecht, das sich der so hoch demüttiget vnd duldet, der die gantze welt mit einem finger het konnen vmbkeren.* [48]) Christus enim [49]) et Satan [50]) diuersissimi sunt operis et officij. Ille enim autor est uitae, et conseruator iustitiae, creator coeli et terrae, etc. Hic uero est mortis et peccati auctor, [51]) perditor et uastator coeli et terrae, et omnium operum Christi. Summa omnia mala, omnes [52]) morbi, afflictiones, sunt opera Satanae. Verba Christi sunt efficacissima. *Einfeltige, aber gewisse wordt, haben hende vnnd fusse,* [53]) excedunt omnem sapientiam, consilia, astutiam callidorum, [54]) sicuti in Euangelio hoc [55]) uidemus, quam simplicissimis uerbis Christus sapientiam Pharisaeorum confutat, *das sie niergent auss wuschen.* [56]) Syllogismus est satis acutus. Matth. 22. [57]) Reddite Caesari

---

43) scandalum,] Reb.: scandalum fuit,
44) sapientia.] Reb.: sapientia salutifera.
45) Christi] *ap.* Reb. *deest.*
46) *Haec germ. sic lat. reddit* Reb. Tantam enim humilitatem praebuit,
47) *Er hat* etc.] *haec* Reb. *sic transtulit:* fuit enim minister in coena suorum discipulorum, lauit illis pedes, infirmitatem illorum portauit, et harum rerum Discipuli Christi, tanquam homines simplices assuefacti, haec fieri tandem permiserunt.
48) *Haec germ. sic vertit* Reb.: Dominus ipse libere formam serui accepit. Magnae humilitatis exemplum est, quod ipsa Diuinitas se ita exinaniuit, quae tamen hanc mundi machinam vno digito destruere potuisset.
49) enim] *a* Reb. *abest.*
50) Satan] Cod. *male:* satham
51) est mortis et peccati auctor,] Reb.: author mortis et peccati, *(omisso verbo:* est)
52) omnes] *a* Reb. *abest.*
53) *Einfeltige* etc.] *haec neque germ., neque latine ap.* Reb. *leguntur.*
54) astutiam callidorum,] Reb.: astutiam, calliditatem callidorum,
55) hoc] Reb. *omisit.*
56) *Haec germ.* Reb. *sic latine reddit:* vt rationem euadendi nesciant.
57) Matth. 22.] *ap.* Reb. *deest.*

o) *N. M. in* Cod.: *Christus ist seiner Jünger* Calefactor.

quae sunt Caesaris, ubi neque praecipit, neque prohibet dari censum, sed illorum uerbis et argumentis eos conuincit, quasi dicat: *Hat ihr den keiser so weit lassen einreissen, das ihr seine müntz habet: Jhe so gebet ihm auch, dz ihr ihm schuldig seit.* [58])

[*fol.* 7ᵃ] CHRISTI REGNVM. *)

Deus sibi et Ecclesiae suae [59]) optimum regnum praeseruauit, quod non exactione [59a]) legali, sed libertate [60]) geritur spontanea. Christus *p*) enim dicit: Baptizo [61]) te, catechizo te, absoluo te, praedico tibi, consolor [62]) te, si credis, habes thesaurum aeternum. Si non credis, *so ist der schade dein, mir gehet nichts daran abe.* [63]) Sed politica regna exactione [63a]) gubernantur, fac hoc, omitte illud, nisi obtemperaueris mihi, [64]) *so geschicht mir schaden,* [65]) tunc punio [66]) te, si autem obtemperaueris mihi, *so ist es mein fromen.* [67]) Ita politicum regnum quaerit suum commodum cum exactione dura. Christi autem regnum nostram utilitatem proponit, *mit freundtlicher heimstellung tzu vnns selber, das gehet auch in* electis *fein fordtt.* [68]) Sed politiae quo sunt rigidiores legibus, dicentes: *so vnnd so muss es gescheen,* [69]) eo minus procedit, *gehet wieder den strom.* [70]) Sed Christus contemnitur ab ingrato mundo. *q*) Haustus aquae et cereuisiae sitim restinguit, frustum panis famem tollit. Christus est remedium contra

---

*) Reb. I, fol. 7ᵃ lin. 9. — fol. 7ᵇ lin. 6. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 345. cap. 20. §. 28.

58) *Hat* [*i.q.* Habt] *ihr* etc.] Reb. *lat.:* Si Caesar apud vos tantae est authoritatis, vt eudet nummos: Ergo date Caesari quae sunt Caesaris.
59) Ecclesiae suae] Reb.: suae Ecclesiae
59*a*) exactione] *sic recte* Reb.; Cod. *secunctim:* ex actione
60) libertate] Reb. *typograph. errore:* liberate
61) Baptizo] Reb.: Ego baptizo
62) consolor] *sic recte* Reb.; Cod.: consulor
63) *so ist* etc.] Reb. *lat.:* tibi, non mihi nocebit,
63*a*) exactione] *sic scripsi*; Cod. *et* Reb. *seiunctim:* ex actione
64) mihi] Reb. *omisit.*
65) *Haec germ. sic vertit* Reb.: damnum inferatur mihi,
66) punio] Reb.: puneo
67) *so ist* etc.] Reb.: eo melius habebis.
68) *mit* etc.] *horum loco habet* Reb.: nobis ipsis rem fideliter, commendans, et sane foelicem habet processum apud pios, et amantes Euangelij.
69) *Haec germ.* Reb. *sic vertit:* sic volo, sic iubeo.
70) *gehet* etc.] Reb.: et contrarium agitur.

p) *N. M. in* Cod.: Ἀντίθεσις Regni Christi et mundi.
q) *Ibid.:* Mundus Christum spernit, nec desiderio eius ut aliarum rerum tangitur.

mortem. *Es will vnns aber nicht eingehen,* [71]) sicut Simeon dixit: Quia uiderunt oculi mei, etc. *O wie gierich ist ein dürstiger nach trincken, vnnd des Christi will niemandt gierig sein, der Ewig seligen kan.* [72])

[*fol.* 7b] ECCLESIA [*]) QVAE REGNVM CHRISTI DICITVR. [73])

Perpetuum certamen omnibus seculis a condito mundo flagrauit zelo ardentissimo de Ecclesiae titulo. Nam impij et hypocritae, Dei hostes Ecclesiae titulum sibi uendicarunt [*]), et hoc praetextu ministros uerae Ecclesiae, Patriarchas, Prophetas, [74]) Christum, Apostolos, [75]) Doctores, Confessores persecuti sunt, quod dissidium ad finem usque seculi permanebit, praecipue in hac ultima mundi [76]) senecta. Contra hoc scandalum pij consolationem apprehendant, certo scientes Deum sibi semper coetum [*]) colligere, etiamsi sit grex pusillus, qui sit Ecclesia uera catholica, quae suo spiritu et [77]) uerbo supra Christum petram aedificata contra portas Inferorum praeualebit. Matth. 16. et ultimo. Ego [78]) uobiscum sum omnibus diebus usque consummationem seculi. [79]) Item. Non relinquam uos orphanos. Gaudete ego uici mundum, et princeps mundi iam iudicatus est. Sciamus ergo certo Ecclesiam [80]) esse coetum uisibilem a Spiritu sancto collectum, in quo incorrupta Euangelij uox, et legitimus Sacramentorum usus pia confessione retinetur, contra errores et infinitas idolatrias. Ideo dicitur Vna sancta catholica Ecclesia, contra sectas et haereses, quae Christi personam, naturas, officium et merita

*) Reb. I, fol. 7b lin. 7. — sqq. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 328 sqq. cap. 20.

71) *Pro his germ. habet* Reb.: verum noluimus haec intelligere,
72) *O wie* etc.] Reb. *haec sic lat. reddit:* O quam desiderat aquam vel potum aliquem sitiens, et Christum dominum nostrum, qui nos saluare potest, et vult, nemo desiderat.
73) ECCLESIA — DICITVR.] *pro hac inscriptione, quae in* Cod. *legitur,* Reb. *habet hasce duas:* ECCLESIA. — Certamen de titulo Ecclesiae.
74) Prophetas,] Reb.: et Prophetas,
75) Apostolos,] Reb.: et Apostolos,
76) ultima mundi] Reb.: mundi vltima
77) et] Reb.: ac
78) Ego] Reb.: Ecce ego
79) omnibus diebus usque consummationem seculi.] Reb.: vsque ad consummationem seculi, omnibus diebus.
80) Ecclesiam] *haec vox a* Reb. *abest.*

*) *N. M. in* Cod.: Hypocritae et hostes Dei nolunt esse et uideri Ecclesia.
*) *Ibid.*: Ecclesia coetus exiguus et sperans in nomine Domini.

negant, magistri mendaces, alios cultus superstitiosos, Idolatrias, propriae iustitiae *ἐθελοτρησκείαν* [81]) effingentes, sectas perniciosas superinducentes, Christum negantes, [82]) qui eas redimit. [83]) 2. Petr. 2. Impossibile igitur est Ecclesiam absque sanguine conseruari, imo sanguine confessorum irrigatur et consistit, quia Sathan aduersarius [*fol.* 8ª] mendax et homicida, Christum et illius doctrinam odit et persequitur, ***vnnd es verdreust mich, dz ich mein blut ins grab tragen sol.*** [84]) Nam praedicatores monachi multum sanguinis fuderunt. [85]) Ideo Deus solus [86]) hunc coetum colligit, regit [87]) et conseruat. ***Drum sagen wir tzu vnnsern herrgott, wil er seine kirche habenn, so mag er sie erhalltten, denn wir konnens nicht halttenn, So wirs auch vermöchten, soltten wir die stoltzesten Esel werdenn, so vnter dem hiemel werenn. Das heist: ich sages vnnd thues.*** [88]) Deus autem tantum dicit, nihil facit iuxta opinionem impiorum. [89]) Ideo Ecclesia est congregatio populi pendens in rebus non apparentibus. Impij uero in ea nihil conspiciunt, quam infirmitates seu imbecillitates [90]) scandala, peccata. Ideo sapientes mundi in forma illius offenduntur, quae [91]) scandalis et sectis sit subiecta, quia somniant Ecclesiam puram, sanctam, immaculatam, columbam Dei. Verum est, coram Deo Ecclesia habet illam faciem, sed coram mundo est similis suo sponso Christo. Esaiae 53. ***tzurhackt, tzurkratzt, vorspeit, gecreutziget, verlacht.*** [92]) Figura Ecclesiae et [93]) Christi est ouis, ***Die lassens wol bleibenn bei gleichen.*** [94]) Hypocritarum uero figura, serpens, Vipera, Aspis, quod experimur [95]) in odio amarulentissimo [96]) erga religionem, quod

81) *ἐθελοτρησκείαν*] Reb.: *ἐθελοτριακείαν*
82) negantes,] Reb.: negando,
83) eas redimit] Reb.: eos redemit.
84) ***Haec germ. sic vertit*** Reb.: et male me habet, sanguinem meum mecum sepeliri.
85) fuderunt] Reb.: effuderunt.
86) Deus solus] Reb.: solus Deus
87) regit] *ap.* Reb. ***deest.***
88) ***Drum sagen*** etc.] ***haec*** Reb. ***sic latine reddit:*** Ideo ad Deum nostrum dicere solemus, si velit sibi conseruare Ecclesiam, bene, in nostra enim potestate illam tueri ac defendere non esse, et si possemus, asini sub coelo superbissimi essemus, verum vox Dei ita sonat. Ego dico, Ego facio:
89) facit iuxta opinionem impiorum.] Reb.: facit (iuxta humanam rationem)
90) ea nihil conspiciunt — imbecillitates,] ***haec, quae etiam*** Reb. ***exhibet, in*** Cod., ***ubi in contextu omissa erant, in margine adscripta sunt.***
91) quae] Reb.: quod
92) ***Haec germ. sic vertit*** Reb.: Vulnerata, consputa, crucifixa, contempta.
93) et] *ap.* Reb. ***deest.***
94) ***Die lassens*** etc.] ***haec ap.*** Reb. ***neque germ., neque lat inueniuntur.***
95) experimur] Reb. ***male:*** expiremur
96) amarulentissimo] ***sic*** Reb.; Cod.: amarulentissima

odium excellit longe [97]) omnia humana et fratrum odia. Sicuti [98]) experti sumus in Oecolampadio, Zuinglio, Bucero et alijs, qui primo placidissime scripserunt, nos adhortantes ad Euangelium, postea [99]) [*fol.* 9ᵇ] uiperae facti sunt. [100]) Status papisticae controuersiae est, quod papa gloriatur se esse caput Ecclesiae, et omnes damnat, qui non uiuunt sub illius potestate dicens: Esto, Christus sit caput Ecclesiae. *So muß man dennoch auch ein leiplich heupt auff Erden haben* (quod libenter concessissem papae, modo Euangelium docuisset). Insuper arrogabat sibi autoritatem supra Ecclesiam et scripturam. *Es dorffte niemandt die schrifft auslegenn*, quam solus papa ex suo cerebro, qui se dominum supra Ecclesiam glorabatur, quae esset Domina supra scripturam, ut omnes illi cedere deberent. Hoc mihi intollerabile fuit, et me prouocauit, ut contra papatum scriberem. Aduersarij adhuc hodie fatentur nostram Doctrinam esse ueram, Sed ita sese defendunt, quia a papa nondum sit approbata. Dux Georgius infensissimus [1]) hostis idem fatetur, *Ich wiel aber am Jüngsten tage gar redtlich mit ihm reden:* Audi Dux Georgi, credis te Baptizatum, credis utramque speciem coenae a Christo institutam, credis nostram doctrinam esse ueram? tunc respondebit: Credo. Sed quia papa non approbauit etc. *fahre hin tzu deinem gott*, quia uoluisti Deo honorem dare. Et illi qui autoritatem Ecclesiae ita iactitant contra manifestum uerbum, sunt ineptissimi, Sicut quidam dixit: *Ich woltt den son gerne lieb haben, ich mus die mutter tzu vor todt schlagen.* Plus tribuunt Ecclesiae genitae quam uerbo gignenti, sed Dei gratia hoc testimonium habemus, quod non simus [*fol.* 9ᵃ] haeretici, sed σχισματικοί, [2]) Cum ipsi sint culpa separationis nostrae. [100]) Deus Ecclesiam suam in medio mundo inter infinitas [3]) externas actiones et uocationes posuit uel [4]) collocauit, [t]) ne Christiani Monachi essent: sed in communi societate inter homines uiuerent, ut opera nostra et exercitia fidei omnibus innotescerent. Nam societas (ut [5]) inquit Aristoteles) non est sibi

---

97) quod odium excellit longe] Reb.: quod longe excellit
98) Sicuti] Reb.: sicut
99) postea] Reb.: deinde
100) Status papisticae controuersiae — — — culpa separationis nostrae.] *haec ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*
1) infensissimus] Cod. *calami errore*: iusenssissimus
2) σχισματικοί,] *sic scripsi*; Cod. *habet*: σχησματικοί.
3) infinitas] *sic* Reb.; Cod. *calami errore*: infinatas
4) uel] Reb.: et
5) ut] Reb.: vti

t) *N. M. in* Cod.: Deus Ecclesiam non uult esse otiosam.

finis, sed est mediatus. Vltimus autem finis est, docere inuicem de Deo, Vbi Aristoteles asserit, quod non medicus et medicus, neque arator et arator, sed medicus et arator faciunt societatem. Nam tria sunt uitae genera, Docendum est, Gubernandum est, Laborandum est, ex ijs etiam constat [6]) ciuitas. Ideo Plato inquit: Sicut boues non reguntur a bobus, et caprae a capris, [u]) ita homines non reguntur ab hominibus, nisi Heroicis.

Anno 38. 4. Decembris D. [7]) Philip. Melanchthon obtulit Martino Luthero reformationem scriptam Papistarum, sub Duce Georgio satis duram, [8]) qua cursorie perlecta respondit: Ipsi nolunt [9]) Ecclesiam reformare suis cogitationibus et humana sapientia. At res illa omnibus humanis consilijs sublimior est. *Wann vnser herrgott hat seine kirchen reformiren wollen,* [10]) [v]) id diuina non humana authoritate est factum, sicut tempore Iosuae, Iudicum, Samuelis, Regum, Apostolorum, Augustini, et nostro seculo. *Ich sehe wol, die papisten fürchten sich,* [11]) plus timent Ducem Georgium quam Lutherum, *Sie haben* Ducem Georgium *tzu gevatter gebetten, woltten sein gerne wider los werden.* [12]) [*fol. 9*[b]] Nam si ipsius reformatio procedere deberet, *so müste der bapst seine pracht lassen,* [13]) Et Episcopus Moguntinus [w]) tantum equos alere, [14]) et sic de alijs, *müsten tzu fus lernenn gehen die Junckern. Ich wiel gerne sehen, was die papisten vnnd der* Dux Georgius *fur eine kirche wollen anstellen,* [15]) an exemplum [16]) Ecclesiae primitiuae, Apostolorum tempore, an martyrum, an haereticorum. Ibi

---

6) etiam constat] Reb.: constat etiam
7) D.] *a* Reb. *abest.*
8) sub Duce Georgio satis duram,] Reb.: sub Du. G. (*ceteris omissis*)
9) nolunt] Reb.: volunt
10) *Haec germ. sic vertit* Reb.: Quando Deus Opt. Max. Ecclesiam suam reformare voluit,
11) *Ich sehe* etc.] Reb.: Video Papistas in maximo versari periculo et timore,
12) *Sie haben* etc.] Reb.: D. Georgium ad conuiuium inuitarunt, verum vt discedat, efficere non possunt.
13) *so müste* etc.] Reb.: tum demum Papae diminueretur potestas.
14) tantum equos alere (*scil.* deberet)] Reb.: tantum 14. equites aleret,
15) *müsten tzu fus* etc.] Reb.: necesse haberent illi Magnates incedere pedibus. Libentissime viderem, qualem Ecclesiam D. Georgius et Papistae instituerent,
16) an exemplum] Reb.: an ad exemplum

u) *N. M. in* Cod.: Plato 4. de legibus. Quemadmodum boues non a bobus nec caprae a capris reguntur, sed a natura praestantiore, nidelicet ab hominibus, sic natura humana infirmior est, quam ut seipsam regere possit.
v) *N. M. in* Cod.: Reformatio Ecclesiae solius Dei opus. — *ap.* Reb.: Reformationes Ecclesiae coelitus.
w) Cod. *in marg. de hoc Episcopo adnot.*: Qui tres Episcopatus habuit.

illis lectione omnium Patrum, et erunt infoelicissimi [17])

a Ecclesia Dei gratia, proxima est Apostolis. Ha-
im sanam doctrinam, Catechismum, Sacramenta,
itiae et oeconomiae. Manente et florente uerbo Dei,
m Ecclesiam constituit, omnia salua sunt. Papistae
i [18]) ex canonibus et decretalibus Ecclesiam consti-
mt, illi facient concordantiam [19]) discordantiarum,
i lauabunt, *werdenn nichtes ausrichten mit ihrer mühe
it.* [20]) Vtcunque rationis sapientia freti etc. [21]) Mo-
s traditionibus conscientias rexerunt, [22]) et fuerunt
picureis, papisticis Cardinalibus, [23]) qui corporaliter
Sint also eittel Juristen wordenn, [24]) sed maxima
onscientiarum. *Ach lieber herr gott,* [25]) nomen Ec-
iit praetextus pessimorum errorum. Papistae sibi
n uel hunc [26]) titulum arrogant *x*), cum sint ipsissimi
clesiae, partim [27]) Epicurei, partim [27]) idolatrae. Ideo
estimatio absque uerbo Dei non est curanda. Econ-
antia fanaticorum etiam non est ferenda, [*fol. 10ª*]
esiae autoritatem plane reijciunt, *wollen ihrem kopffe
en.* [28]) Sententias probatissimas optimorum [29]) oderunt.
tum [30]) opiniones ex Scripturae locis admirantur.
eccant. Ideo Ecclesiae ratio diligenter habenda est.
m locus Augustini non a partibus Papistarum, ubi
angelio non crederem, nisi Ecclesiae authoritas [31])
et, Vbi Augustinus non ea opinione scripsit, quam
confinxerunt, quia Augustinus [32]) uoluit scribere
a non credenda, sicut alius locus eiusdem scriptoris
Nolo meis scriptis plus credi etc. [33])

---

itores.] Reb.: mutatores.
Reb.: quia
ordantiam] *sic recte* Reb.; Cod.: concordantia
ae germ. Reb. *sic vertit*: nihil omnino efficient, frustra laborabunt,
etc.] *sic scripsi*; Cod. *male*: fretur etc., Reb.: freti (*omisso*: etc.)
runt] Reb.: vexarunt
isticis Cardinalibus,] Reb.: Papisticis, Cardinalibus.
t also etc.] Reb.: omnes iura sunt professi,
i etc.] Reb.: O bone Deus,
e) *ap.* Reb. *deest.*
im] *sic* Reb.; Cod. *utroque loco*: partem
llen etc.] Reb.: illorum tantum iudicium verum est.
morum] *ap.* Reb. *deest.*
tum] Reb. *male*: tantam
lesiae authoritas] Reb.: authoritas Ecclesiae
ustinus] Cod. *calami errore*: Austinus
i credi etc.] Reb.: quidquam credi (*omisso*: etc.)
M. in Cod.: Ecclesiae titulo multi abutuntur. — *ap.* Reb.: Ecclesiae
a gloriatio apud impios.

Sophistae Sanctum Paulum cauillati sunt, quasi confuse et obscure [34]) scripsisset. *Ach lieber herr gott, dieser schatz* [35]) sacrae scripturae tantum pertinet ad cor contritum, humiliatum et [36]) trementem spiritum. Impij uero debent argui, et illorum gloriatio confundi, sicut Stephanus [37]) fecit. Actor. 7. qui loquebatur contra Hierusalem, legem regnantem, populum florentem, Deum praecipientem, *Ist warlich ein trefflicher scharffe predigt gewest.* [38]) Titulus Romanae Ecclesiae nihil est ad gloriam Hierusalem et populi Iudaici. Et miror, quod Papa Romanam Ecclesiam principalem gloriatur, cum Hierosolymitana [39]) sit mater, ubi Iacobus praedicauit. Deinde Antiochena, [40]) unde Christiani acceperunt appellationem. Tertio Alexandrina. Quarto Romana, quamuis illam praecesserunt [41]) Galatae, Corinthij, Ephesij. [42]) *Ist es den so gros dingk, das* S. Petrus *ist tzu Rom gewest,* [43]) cum Hierosolymis Christus fuerit [44]) saluator, et omnes articuli nostrae fidei ibi facti [45]) sint. Iacobus ibi [46]) ordinatus, et columna Ecclesiae ibi resedit. Extrema ira Dei est, [47]) ita in uanitate gloriari, et multorum figmentis conscientias onerare. [48])

[*fol.* 10[b]] D. Martinus Lutherus interrogatus, respondebat, [49]) Ecclesiam gentium non aequalem esse [50]) Iudaeorum. Quid enim (excepto Christo) in toto Nouo Testamento simile est tantum prioribus tribus capitibus γενέσεως [51]) de creatione. Magna profecto maiestas et creationis, ideo cecinit [52]): Conditor alme siderum, Aeterna lux credentium, [53]) etc. Considerate liberationem ex Aegypto, mare rubrum, nubem,

---

34) confuse et obscure] Reb.: obscure et confuse
35) *Ach* etc.] Reb.: O bone Deus, nobilissimus ille thesaurus
36) humiliatum et] Reb.: et humiliatum, ac
37) Stephanus] Reb. *huic nomini praefixit:* S.
38) *Ist* etc.] Reb.: vere praedicatio poenitentiae fuit insignis.
39) Hierosolymitana] Reb.; Ierosolyma
40) mater, ubi Iacobus praedicauit. Deinde Antiochena,] Reb.: mater. Deinde Antiochena, vbi Iacobus praedicauit,
41) praecesserunt] Reb.: praecesserint
42) Ephesij.] *sic* Reb.; Cod.: Ephesini.
43) *Ist es* etc.] Reb.: Est ne res adeo praeclara D. Petrum fuisse Romae,
44) Christus fuerit] Reb.: fuerit Christus
45) facti] Cod. *calami errore:* facte
46) ibi] *a* Reb. *h. l. abest.*
47) est] *sic* Reb.; *in* Cod. *non legitur.*
48) multorum figmentis conscientias onerari.] Reb.: multorum conscientias figmentis onerare.
49) respondebat,] Reb.: respondit,
50) non aequalem esse] Reb.: non esse aequalem
51) γενέσεως] *sic recte* Reb.; Cod.: γενέσεας
52) cecinit] Reb.: canunt
53) Aeterna lux credentium,] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*

columnam, manna, [54]) sed ea [55]) omnia apud Iudaeos assiduitate vilescebant. Vide quaeso Baptismi authoritatem, quae in principio excellens fuit. *Sint wir nicht der Tauffe also gewonet*, vt negligamus, *vnnd darfür einem tants oder stechens nachlauffen?* [56]) Considerate, an quisquam Psalterij [57]) lectionem ita admiretur, vt [58]) Terentij aut Ciceronis. Quidam Papistae initio Euangelij clamabant, nos praedicare decem praecepta, cum id esset inauditum. [59])

Anno 39. 18. Ianuarij Abbas Neoburgensis [60]) coenabat [61]) cum D. [62]) Martino Luthero. Vir laetissimus et cantor optimus, [63]) multa dicens de unico Papistarum argumento, videlicet de [64]) Ecclesia. Respondit D. [65]) Martinus Lutherus: Ne miremur dissensionem apud gentes, cum semper etiam fuerit [66]) in populo Dei ordinato. [67]) *Dann also gehett es, wan man das* Verbum Dei *lest, vnnd auff die personen vnnd eussere ding siehet.* [67]) Maior est vera, Ecclesia non potest errare, sed de minore est disputatio, vtra sit Ecclesia. Dux Georgius hactenus sperauit ruinam nostrae Ecclesiae, sed cum videt eam indies crescere et suas parochias vacare, *mocht ihm das blut auch schier fallen.* [68]) Episcopi autem excoecati nihil curant, potius malunt omnes parochias vacare, quam verbum syncerum doceri. Interim Principes alij [*fol.* 11ᵃ] sunt intenti, non adeo contemnunt Deum, vt Episcopi. Respondit Philippus Melanchthon: plurimi praesumunt sibi [69]) magnam Euangelij notitiam, *werdens meister ehr dan schuller, das heist* [70]) ambitio, praesumptio. Ideo Paulus ad Corinth.

---

54) **manna,**] Reb.: manna, etc.
55) **ea**] Reb.: illa
56) ***Sint wir*** etc.] Reb.: Baptismus adeo nobis familiaris, vt maiori laetitia, ad choreas vel lusos impios, quam ad Baptismum accelceremus.
57) **Psalterij**] Cod. *calami errore:* Spalterij
58) **ita admiretur ut**] Reb.: admiretur, ita vt
59) **inauditum.**] Reb. *addit:* etc.
60) **Abbas Neoburgensis**] Reb.: Neoburgensis Abbas
61) **coenabat**] Cod. *calami errore:* coenebat
62) **D.**] *a* Reb. *abest utroque loco.*
63) **optimus**] *sic* Reb.; Cod.: optissim:
64) **de**] *ap.* Reb. *deest.*
65) **etiam fuerit**] Reb.: fuerit etiam
66) **ordinato.**] *a* Reb. *abest.*
67) ***Dann also*** etc.] Reb.: Sic enim fieri solet, si verbum Dei negligitur, et res externa seu persona pluris aestimetur.
68) ***mocht*** etc.] Reb.: facile vt ab inceptis desisteret, fieri posset.
69) **vt Episcopi. — praesumunt sibi**] Reb.: vt Episcopi plurimi sibi praesumunt (*ceteris omissis*)
70) ***werdens*** etc.] *haec sic vertit* Reb.: prius magistri, quam discipuli esse volunt, hoc est,

1. Cor. 4. [71]) summa commiseratione deplorat his uerbis: Iam saturati estis, iam ditati, utinam regnaretis. *O wie gern woltt ichs euch gönnenn.* [72]) Estque acerba ironia contra contemptores. Hoc autem sciendum est, quod uera Ecclesia in mundo nunquam habuit nomen et titulum (quem impij sibi uendicarunt) [73]) sed semper fuit sine nomine. Ideo creditur et non uidetur, et plerumque oppressa latet, sub infirmitate, cruce et scandalis. [74]) Considerate Ecclesiam sub Papae Tyrannide, cuius Decretale est [75]) impijssimum, Duae distinctiones: Cuncta. Item si papa immemor. Item significasti, *welche kein keyser noch* Theologus *gemergkt, das ich mich der grossen blindtheit vorwunder,* [76]) quod tanta Papae mendacia adorauerunt, [77]) qui impudentissime gloriatus est, [78]) Scripturam pendere ex autoritate Romanae Ecclesiae, cuius ipse sit caput, [79]) allegans hunc locum scripturae Matth. 18. [80]) Tu es Petrus etc. [81]) pro fundamento Ecclesiae. [82])

D. Martinus Lutherus definitionem essentialem uerae Ecclesiae contra Papistarum gloriationem declarauit, quae est in Symbolo Apostolorum. Credo Ecclesiam sanctam Catholicam, Sanctorum communionem, quae uerba sunt authentica, ubi nulla fit [83]) mentio Romanae Ecclesiae. Ideo ille est eruditus et bonus Dialecticus, qui ex antecedente consequens potest deducere, ita ut Dialectica non consistat in praeceptis, [*fol.* 11[b]] sed in exemplis et re ipsa, [84]) qualis est Philippi Dialectica, qui uocabula et rem tractat, non ut Aristoteles, Omne a est b et omne b est c. etc. Dominus [85]) Martinus Lutherus dicebat de usu et necessitate Consistorij, quod lapsam et pendentem Ecclesiam iterum fulciret. *Dann es lege*

---

71) 1. Cor. 4.] *ap.* Reb. *deest.*
72) *Haec germ. sic vertit* Reb.: Ego, vobis contingere multa foeliciora, optarem.
73) (quem — uendicarunt)] *haec ap.* Reb. *non uncinis inclusa sunt.*
74) et scandalis.] Reb.: scandalis, etc.
75) est] Reb. *male*: et
76) Duae distinctiones — *vorwunder,*] *horum loco habet* Reb.: quod nullus Caesar, nullus Rex, imo nullus Theologus intellexerit, et valde mirer de illorum coecitate,
77) adorauerunt,] Reb.: adorauerint,
78) gloriatus est,] Reb.: gloriatur,
79) Scripturam pendere ex... sit caput,] Reb.: scripturam ex... sit caput, pendere,
80) Matth. 18.] *ap.* Reb. *deest.*
81) etc.] *a* Reb. *abest.*
82) Ecclesiae.] Reb.: Romanae ecclesiae.
83) nulla fit] Reb.: fit nulla
84) et re ipsa,] Reb.: et in re ipsa
85) Dominus] Reb.: Doct.

alles darnieder, wer hohe tzeit, das man in die sache sehe. [86]) Spero multos alios Principes et ciuitates a nobis exemplum sumpturos, ut Ecclesiae restituantur. Videmus enim in Ecclesiastica Historia, quomodo Apostoli uisitarunt, et populo furenti restiterunt. Hodie uulgus abutitur Euangelio, tanquam haereditario thesauro, *kriegett der teuffel die weltt wider in seine klawen, so wirts vbel gehenn. Ach wie fein reimen sich die* Antinomi *tzu vnsern tzeitten dartzu*, [87]) qui proprie [88]) pertinent ad aulicos et Epicureos, securissime docentes: [89]) *Erschreckt nicht vor der sunde,* [90]) siue sis adulter, siue homicida, etc. peccata tua sunt remissa et condonata, cum Paulus longe aliter dicat, illos [91]) omnes a regno Dei excludit.

Vera Ecclesia [92]) discernitur a falsa. Vera docet remissionem peccatorum gratis, Secundo iubet firmiter credere, Tertio [93]) Patientia crucem ferre. Falsa uero remissionem peccatorum proprijs meritis [94]) asscribit, iubet dubitare, non *tolerat* crucem, sed alios persequitur. Ideo Deus suam Ecclesiam conseruat in ipsa persecutione. Nam imago Ecclesiae est, Halcyon marina auis, quae suum nidum ponit in ipsis scopulis, cum mare est feruentissimum, et tamen cum pullos excludit, est [95]) placidissimum. Ita Ecclesia Dei alit et excludit suos [96]) [*fol.* 12ª] in medijs periculis, seruante Deo pullos. Deinde ipsa Halcyon maritum suum fert [97]) aquatum, et iterum refert, quo significatur Ecclesiam esse beneficam debere [98]) erga suos patronos et pastores. Ita Deus gratitudinem in creaturis depinxit, sicuti in coruis *ἀστοργίαν*. [99])

Oremus igitur in Ecclesia, cum Ecclesia, pro Ecclesia. Tria enim Ecclesiam Dei conseruant, et proprie [100]) ad eam per-

---

86) ***Dann es etc.***] Reb.: Omnia enim ferme in Ecclesia interijsse, ideo maxime necessarium, vt bene consuletur rebus ecclesiasticis,
87) ***kriegett — dartzu,***] Reb.: si Diabolus mundum in pristinam suam potestatem redegerit, et astutijs suis occupauerit, nil boni certe efficiet. Antinomi hoc nostro seculo insidias Ecclesiae Dei, instruere sunt parati,
88) **proprie**] Cod. *male:* propriae
89) **securissime docentes:**] Reb.: securssime dicentes:
90) ***Haec germ. sic vertit*** Reb.: ne timeas te propter peccata tua,
91) **Illos**] Reb.: qui illos
92) V. Ecclesia] Reb.: V. Dei Ecclesia
93) **remissionem — Tertio**] Reb.: 1. Remitti peccata gratis. 2. Iubet firmiter credere. 3.
94) **meritis**] *sic recte* Reb.; Cod. *calami errore*: mentis
95) **est**] Reb.: mare est
96) **suos**] *a* Reb. *omissum est.*
97) **maritum suum fert**] Reb.: humeris suis maritum fert
98) **esse beneficam debere**] Reb.: debere esse beneficam
99) *ἀστοργίαν.*] Cod. *calami err.: ἀχορίαν.*
100) **proprie**] Cod. *male:* propriae

tinent, Primo [1]) fideliter docere, Secundo [1]) sedulo orar Tertio [1]) serio pati.

[*fol.* 12[b]] MINISTERIVM ECCLESIAE [2]) ET VOCATIO MINISTRORVM. *)

Sicut magistratus politicus suum habet ordinem et gube nationem, ubi personae legibus et aequitate regnant: Ita De suam Ecclesiam ordinarijs ministerijs colligit et conseru uidelicet, uerbo et sacramentis. Rom. 10. Quomodo [3]) inu cabunt, in quem non crediderunt? Quomodo [3]) credent quem non audiuerunt, [4]) quomodo [3]) audient, [5]) sine pra dicante, quomodo [3]) praedicabunt, nisi mittantur? sicut scriptu est: Quam speciosi pedes Euangelizantium. Ideo Ecclesiam fidelis uerbi ministerio consistit. 1. Pet. 1. Ministerium uer et scientiam Dei appellat sanctificationem Spiritus in obedie tia et aspersione [7]) sanguinis Christi. Galat. 3. Cum pseud apostolis expostulans, interrogat: Stulti Galatae, utrum spi tum Dei operibus legis, an ex [8]) auditu fidei accepistis? Qu propter Deus a condito mundo Ecclesiam suam [9]) collegit illuminauit per uocationem Patriarcharum, Prophetarum, Ap stolorum, Doctorum. Est autem uocatio duplex, Immedia quae per solum Deum miraculis confirmatur, Mediata, qu etiam est duplex, quae fit a superiore, et ea est uocat fidei, [10]) uel est uocatio charitatis, ubi ab Ecclesia et aequ libus ad concionatorem aliquis [11]) eligitur. Vtraque uocat necessaria est ad confirmationem conscientiarum. Nemo igit eam tentet, nisi fuerit uocatus.

VTRVM VOCATVS SIT ILLE, QVI AMBIT PRAEDICATVRAM MINISTERII. **)

[*fol.* 13[a]] Primum hoc certum est, ***Mann mus die Jun leutte auffziehenn,*** [12]) qui discant sacram scripturam, et e

*) Reb. I, fol. 12[a] lin. 19. — fol. 12[b] lin 24. — *Conf.* Luth. colle germ. II. p. 366 sqq. cap. 22.

**) Reb. I, fol. 12[b] lin. 25 — fol. 14[a] lin. 12. — *Conf.* Luth. colle germ. II. p. 367 sq. cap. 22. §. 6.

1) Primo.. Secundo.. Tertio] Reb.: 1...2...3.

2) Ecclesiae] Reb.: verbi

3) Quomodo] *sic* Reb. (= Vulg. Rom. 10, 14 sq.); Cod. *bis* 4 *locis*: Quan

4) audiuerunt,] Reb.: audierunt,

5) audient,] Reb. *male*: audierit,

6) Ecclesia] *sic scripsi*; Cod.: Ecclesiae, Reb.: Ecclesiam

7) in obedientia et aspersione] *sic* Reb.; Cod.: in obedientiam et aspersionem

8) legis, an ex] *sic* Reb.; Cod.: legi ex (*omisso*: an)

9) suam] *a* Reb. *abest.*

10) ea est uocatio fidei,] *sic, ut mihi videtur, recte* Reb.; Cod.: ea equalibus ad Contionatorem uotacio (*sic*) fidei

11) ad concionatorem aliquis] Reb.: aliquis in concionatorem

12) *Haec germ. sic vertit* Reb.: quod iuuenes sint educandi,

ligitur, est uera uocatio, Sic Esaias 6. Mitte me, *ch, kömpt selbest, do er hort, das man Einen predi-ſſt,* [19]) Sed [20]) his conditionibus debet fieri, ut ob- [21]) Primo *Ob man sein bedarff.* Secundo *Ob man wiel.* Tertio *Ob er tuchtig dartzu sei.* [22]) Nam praedicare est res ardua et periculosissima. Si ego issem [23]) huius ministerij difficultatem, nunquam prae- . Sed cum Mose dixissem: Domine mitte quem [24]) es. *Es sol mich niemandt hinan bringen.* [25]) scopus Brandenburgensis uere dixit ad me mihi con- [6]) *Herr Doctor ich habe es euch gesaget, das ihr stil hr werdet euch tzu schaffen machenn. Es triefft die hristliche kirche ahn. Ich meine, ich habe mir tzu gemacht.* [27]) Totius mundi odio me oneraui, qui m tutissimus. Ministerium Ecclesiae omnibus pericu- tum est, Diaboli insultationibus, mundi ingratitudini, [28]) [*fol.* 13b] blasphemijs. Nam sacramentarij [29]) et

---

itijs] Cod. *calami errore*: exertijs
uacat,] Reb.: aliquo vocat,
heist — sol.] Reb.: Hoc non dicitur a seipso Venire vel accurrere, est paratus suo fungi officio si vocetur.
.] *sic* Cod.; Reb.: fauet.
ringen — nöttigen.] Reb.: Mercenarij tum demum a seipso accur- ad ministerium, ac veram pietatem simulant, quando veros verbi mini- excellunt, et postmodum illorum officio dolo malo se ingerunt.
uerit] Reb.: vocauerit
— bedürfft,] Reb.: en adsum. Vltro venit, dum audit opus esse esiae ministro.
Reb.: Igitur
hseruetur.] *ap.* Reb. *desunt.*

Enthusiastae, uerbum et sacramenta calumniantur. Concedunt quidem uerum esse quod Deus loquatur, sed non statim esse uerum, [30]) si homo dicit. Ita detrahunt authoritatem ministerij uerbi [31]) et suis speculationibus et raptibus. tribuunt. Omnes enim Theologi speculatiue iudicantes in causis diuinis, *sindt des teuffels.* [32]) Zuinglius, Oecolampadius fuerunt in tali tentatione, ut iustitiarij et Papistae, dicentes: Malefeci, ergo [33]) sum damnatus. Mox cum audiunt Theologiam, speculantur. Ego sum peccator, peccaui, [34]) ergo [35]) sum damnatus.— Theologia est practica, non speculatiua. Zuinglius *hat sein Lebetag nichts annders gegleubett,* [35]) quam Christum in coena esse spiritualiter, id est, speculatiue. Ita non aliter nominant Theologi speculatiue. [36]) Gerson uero aliter sentit. [37]) Summa: Omnis ars, Oeconomia, politia [38]) speculatiua est perdita, *wann man im handel tzu vor rechnung macht, so ist er* [39]) speculatiuus. Ita Christianus *golttschmidtt* [40]) in uersione Latinae Bibliae ita speculabatur in uenditione Exemplariorum, *Er wolde also viel darann gewinnen, vnnd wolte es nit ballweise verkeuffenn* [41]) alijs Bibliopolis, cum illi consulerent, ut certum pro incerto sumeret, *Dann ich wil lieber eine metze haben, die do rein ist vnd gewis dan vier vngewisse metzen in sande verschüttet.* [42])

Quicunque igitur uolunt esse ueri Theologi y) et ministri Euangelij ad aedificationem Ecclesiae, non sint speculatiui, sed practici exercitati, qui uerbum Dei recte doceant, conscientias consolentur, [43]) erigant, arguant, terreant, [*fol.* 14ª] ut Matthaei 13. [44]) Omnis scriba doctus in regno [45]) coelo-

30) uerum] Reb. *male:* verbum
31) uerbi] Reb.: verbo
32) *sindt d. t.*] Reb.: Diaboli sunt tabellarij.
33) ergo] Reb. *utroque loco:* igitur
34) Ego sum peccator, peccaui,] Reb.: Ego peccaui,
35) *hat — gegleubett,*] Reb.: per dies vitae suae aliter non credidit,
36) speculatiue.] Cod.: speculatiuae. — *Verba:* Ita non aliter — speculatiue *ap.* Reb. *non leguntur.*
37) sentit.] Reb. *typ. err.:* sentrit.
38) Omnis — politia] Reb.: omnis ars Oeconomica, politica
39) *wann — ist er*] Reb.: Si quis in negociatione sua rationem deputat, tunc est
40) *golttschmidtt*] Reb.: Aurifex
41) *Er wolde — verkeuffenn*] Reb.: magnum sperabat se accepturum lucrum, si libros suos non venderet magnis sarcinis, sicuti alij Bibliopolae
42) *Dann ich* etc.] Reb.: malo enim habere modicum iustum et purum, quam quatuor iniusta et incerta.
43) recte doceant, consc. cons.] *sic* Reb.; Cod.: recte secando conscientias consolentur,
44) 13.] Reb.: Capite decimotertio
45) in regno] *sic* Reb. (= Vulg. Matth. 13, 52.); Cod.: in regnum

y) *N. M. in* Cod.: Regula ὀρθοτομεῖν 2. Tim. 2. (vs. 15.)

rum, similis est, patrifamilias, qui noua et uetera de suo thesauro profert.

DE EXCOMMVNICATIONE. *) 46)

Sicut ministerium uerbi omnes pios credentes, poenitentes ad Coenam uocat, eosque obedientes et assentientes, fide 47) et noua uita 48) lucrifactos, Ecclesiae Christi incorporat, erigit et confirmat, quia est illis odor uitae ad uitam: Ita impios, impoenitentes, securos et scandalosos (quibus est odor mortis ad mortem) reijcit, excommunicat, et damnatos iudicio Dei 49) relinquit, iuxta Christi sententiam: Qui crediderit, saluus erit, qui non crediderit, est damnatus. 50) Item: Quorum remiseritis peccata, etc. Et quorum retinueritis etc. 51) Quam ob rem 52) Christus regulam constituit, quomodo admonendi et corripiendi sint publice 53) peccantes et Christi coetum scandalizantes. Matth. 18. trina admonitione, qui tandem ut ethnicus et publicanus 54) explodendus est, cuius exemplum habemus 1. Corinth. 5. Vbi Paulus [*fol.* 44^b] incestuosum in nomine Domini nostri 55) Hiesu Christi, in congregatione Ecclesiae, uirtute et spiritu 56) Dei, Satanae tradidit in 57) interitum carnis, quo spiritus saluus fiat, eumque humiliatum 2. Corinth. 2. iterum absoluit et recipit.

Similiter in Ecclesiastica Historia insigne exemplum ponitur, Diui Ambrosij, Episcopi Mediolanensis, Imperatorem Theodosium excommunicantis, illumque ex choro expellentis 58) eo quod crudelius saeuijsset in bello in innocentes expugnata urbe. 59) Quodsi nolunt 60) esse Christiani et nomine Christi gloriari, tunc parati erimus illorum Tyrannidem patienti animo

*) Reb. I, fol. 14^a lin. 13. — fol. 15^a lin. 26. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 347 sqq. cap. 21.

46) De excommunicatione.] Reb.: EXCOMMVNICATIO.
47) fide] Cod. *male*: fidae
48) noua uita] Reb.: vita noua
49) iudicio Dei] Reb.: Dei inditio
50) qui non cred., est damn.] *ap.* Reb. *desunt.*
51) Et quorum ret. etc.] Reb.: Retinueritis, retenta erunt.
52) Quam ob rem] Reb.: Qua propter
53) corripiendi sint publice] *sic recte* Reb.; Cod.: corripuendi sint publicae
54) ethnicus et publicanus] Reb.: publicanus et ethnicus
55) nostri] *a* Reb. *abest.*
56) spiritu] Reb. *male*: Spiritum
57) in] *ap.* Reb. *deest.*
58) illumque ex ch. exp.] Reb.: qui illum ex choro expelleret.
59) saeuijsset — urbe.] Reb.: saeuisset in innocentes.
60) nolunt] Reb.: volumus

Noui Testamenti cultus et [52]) fidei religio certissima est, quae uerbo uocali fundatur. Nam Euangelij uocalis praedicatio firmissima est explanatio totius Veteris Testamenti adhuc obscuri, ut Apocal. 5. indicatur librum signatum per agnum apertum et reuelatum. Ideo infinita et ineffabilis est uerbi Dei maiestas, pro quo nunquam gratias dignas agere poterimus. Nam ratio sic cogitaret. ***Ei wan ich den herrn schöpffer hiemels vnnd der Erden hören solte, ich wolte an der welt Ende lauffen.*** [53]) Audi frater: Deus creator coeli et terrae, tecum loquitur per concionatores, *e*) baptizat, catechizat, absoluit te per Sacramentorum suorum mysteria. [54]) Illa Dei uerba non sunt Platonis, Aristotelis, [55]) sed Deus ipse loquitur, *f*) et illi sunt aptissimi [56]) praedicatores, qui simplicissime et crassissime docent vulgus et iuuentutem, sine omni arrogantia et subtilitate, sicut et Christus crassissimis parabolis populum docuit, et illi sunt aptissimi auditores, qui uerbo Dei assentiuntur, nihil dubitantes. [57]) Esto ipsi infirmi sint [58]) in fide, modo de doctrina non dubitent, ***so ist ihnen tzu rathen***

---

45) externa] Reb. *utroque loco:* externae
46) est salutaris et efficacissima.] Reb.: sunt salutares et efficacissimae
47) ***Also — schertzen.***] Reb.: Sic Diabolus Dei verbum irridere potest.
48) nihil] Reb.: non
49) conclusissent,] Reb.: conclusissem,
50) repudiassent.] Reb.: reiecissent et repudiassent.
51) ***dan er — steiget.***] Reb.: Solet enim a vilioribus incipere, donec ad altiora peruenerit.
52) et] Reb. *male:* est
53) ***Ei wan — lauffen.***] Reb.: si ipsum Dominum et creatorem coeli et terrae audire deberem, ego ad fines terrae vltimos currerem.
54) mysteria.] Reb.: ministeria.
55) Pl., Aristotelis,] Reb.: Pl. aut Aristotelis,
56) aptissimi] Reb.: apertissimi
57) dubitantes] Cod. *calami err.:* dubidubitantes
58) infirmi sint] Reb.: sint infirmi

e) *N. M. in* Cod.: Prope est uerbum in ore tuo. Rom. 10.
f) *Ibid.:* Ἀμαθέστερον εἶπε καὶ σαφέστερον.

rnd tzu helffen. [59]) Deus potest ferre contraria, sed non contradictoria. Ideo Dauid inquit: Ignitum eloquium tuum uehementer, ubi uult nos uirtutem uerbi Dei [60]) diligenter obseruare, ne illud medium uerbi uocalis contemnamus, sicut mundus et inprimis Enthusiastae faciunt. Oremus igitur assiduae [61]) pro uerbo: Sanctificetur nomen tuum. [62]) [fol. 24b] Nam doctrina non reformata, frustra fit reformatio morum. *Ich schisse in alle Ceremonien* [63]) sine uerbo, quamuis Papistae nihil unquam de ueris caeremonijs docuerunt. *Wer* Ecclesiam *viel haben, der haltte sich an das wordt,* [64]) illo omnia [65]) seruantur. Olim multa [66]) legebantur, scribebantur, sine intellectu, nunc magna profecto nobis lux [67]) orta est, ubi et rem et uerba [68]) intelligimus, secundum testimonia ueterum. Nemo sophistarum hunc locum interpretari potuit. Iustus ex [69]) fide sua uiuet, nam iustum et iustitiam uarie interpretati sunt, excepto uno Augustino (magna est [70]) coecitas in Patribus) qui Augustinus [71]) praecipue post scripturam sanctam [72]) est legendus, in quo est iudicium alacre. Qui autem se a [73]) Biblia ad commentaria Patrum contulerit, [74]) illius studium erit infinitum.

Doctor Pomeranus et Philippus Melanthon [75]) coenabant [76]) cum Martino Luthero et mentionem faciebant [77]) promulgationis Euangelij, quod etiam ad alienas prouincias cucurrerit. Nam in Transyluania, Vngaria, ubi etiam Turca regit, praedicari Euangelium, qui peterent ordinationem ministrorum Ecclesiae a Wittenbergensibus, [78]) ut Ecclesiae Coroniensis refor-

---

59) *so ist — helffen.*] Reb.: Tum demum illis prodesse possemus:
60) uirtutem uerbi Dei] Reb.: verbi Dei virtutem
61) assidue] Cod. *male*: assiduae
62) tuum.] Reb.: tuum, etc.
63) *Ich schisse* etc.] Reb.: nihil omnino omnes curo caeremonias
64) *W'er — wordt,*] Reb.: Ecclesia quaerenda est in solo verbo DEI,
65) omnia] Reb.: animae
66) multa] Reb.: multae
67) nobis lux] Reb.: lux nobis
68) et rem et uerba] Reb.: et verba et rem
69) ex] *a* Reb. *abest.*
70) est] Reb.: est enim
71) Augustinus] *hoc nomen ap.* Reb. *h. l. non legitur.*
72) scripturam sanctam] Reb.: sacram scripturam
73) a] Reb.: ad
74) contulerit,] *sic recte* Reb.; Cod.: contulerunt,
75) Phil. Mel.] Reb.: Phil.
76) coenabant] Cod. *male:* coenabat
77) faciebant] Reb.: fecerunt
78) ord. min. Eccl. a Witt.,] *sic* Reb.; Cod. *minus apte*: ordinationem a Wittenbergensibus ministrorum Ecclesiae,

ortae sunt haereses falsorum fratrum. Deinde surrexit Arrius. Postea Ambrosij, Hilarij, Augustini temporibus uerbum iterum illustratum est. Deinde iterum extinctum est per Vandalos et Longobardos. *Also hat mans darnach in* Graecia et aliis regionibus *gehabt, ist immer vortgewandert wie tzunder* in Daniam et Angliam, [7]) et spero etiam [8]) adhuc in Italiam, sed non sine persecutione. Ecclesia [9]) uero [10]) sanguine martyrum crescit et purgatur, quia preciosa in conspectu Domini est [11]) mors sanctorum eius. Et [*fol.* 26ª] honorabilis coram Deo sanguis piorum *wan man das vergeust, so schreihet Abels blut im hiemel,* [12]) quod Deus non potest audire. At illa insignis malitia, ingratitudo et profanatio in mundo [13]) oritur reuelato Euangelio, occiso Antichristo patefit, quia [14]) prius peccata ante lucem Euangelij non ita vidimus, [15]) sed nunc orto Lucifero totus mundus, quasi ebrius expergiscitur, [16]) et videt aliquo modo illa [17]) peccata, quae prius non agnoscebantur in somno et opaca nocte. Spes autem mea est, diem extremum non longe abesse, nam uerbum Dei iterum deficiet, orientur tenebrae ex defectu ministrorum uerbi, tunc totus mundus putrescet, et securissime incedet. [18]) Tunc fiet uox: Ecce sponsus uenit, *Dan gott wirts nicht lenger können leiden.* [19])

Anno 36. 2. Decembris Martinus Lutherus [20]) ingemiscens dicebat *) de futura fame uerbi Dei, et summa tribulatione, qualis non fuerit ab initio mundi, iuxta dictum Christi Matth. 24. *vnnd das diese Tribulation itzunder vorhanden were*, scilicet oppressio uerbi Dei, *das dz wider partt gottes wordt stoppet,*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 17 sq. cap. I. §. 13.

7) *Also hat* — Angliam,] Reb.: Sic postea in Graecia et aliis Nationibus verbum Dei praedicatum, et quotidie a loco in locum progressum est, donec et hisce temporibus ad Daniam et Angliam peruenit,
8) etiam] *ap.* Reb. *deest.*
9) Ecclesia] Cod. *male*: Ecclesiam
10) uero] Reb.: enim
11) est] *ap.* Reb. *deest.*
12) Et honorab. — *hiemel,*] Reb.: Si Christianorum sanguis effundetur, clamabat in coelum,
13) in mundo] Reb.: quae in mundo
14) patefit, quia] Reb.: inde fit, quod
15) peccata ante lucem Euangelij non ita vid.,] Reb.: ante lucem Euangelij peccata ita non vid.
16) expergiscitur,] Cod. *male*: expergiscit
17) illa] *ap.* Reb. *deest.*
18) putrescet, et securissime incedet.] *sic* Reb.; Cod.: putrescet brutatus et securis si me incedit,
19) *Dan — leiden.*] Reb.: Deus enim diutius non conniuebit.
20) Mart. Luth.] Reb.: D. M. L.

vnnd die elenden vnnd armen gewissen so engstigte. Denn kein grosser schade kan vnns widerfaren, dan wan vns gottes wort entzogen wirdt, das achtet gott so gros, wie es dennoch auch das groste kleinodt ist denen, der es hat, Sicut Amos 8. dicit, *das der groste schade dem, der es nicht hat. gott behut vns, das wirs vnnd die vnsern nicht erleben. Las vnns lieber durch den Türcken sterben. Derhalben halttet fest am wordt, es bleibe der leib oder dz gut, wo es wolle.* [21])

[*fol.* 26ᵇ] Homines in ueritate semper sunt securi, in erroribus uero uehementer sudant, [22]) sicut uiator in uia recta [23]) securus incedit, in deuijs est solicitus, [24]) ita etiam nobis accidit propter Rottenses, contemptores uerbi diuini. *Ach das ich ein gutter poet were*, sicut Moyses Deutero. 33. fecit, *so wolt ich gerne ein kostlich liedt vnnd* poema *darvon machen.* [25]) Nam sine uerbo nihil est. Ideo Deus nos alligat suo uerbo [26]) uocali, dicens: Qui uos audit, me audit etc. Ibi loquitur de uerbo uocali [27]) resonante ex ore hominis. Non loquitur de spirituali et [28]) coelesti uerbo, sed quod per homines sonat. Hoc Satan a condito mundo impugnauit et tollere uoluit, *Darumb last vnns bei diesem* medio *bleiben*, [29]) Deoque gratias agere [30]) pro reuelatione legis et Euangelij, *dan es hat sich S. Paulus mit dem argument* iusticiae legis contra populum Dei *wol betzalet.* [31]) Sicut Rom. 9. 10. et 11. grauissimis argumentis luctatur de abrogatione legis, *welches ihm viel be-*

---

21) *vnnd das diese Tribul. — wo es wolle.*] Reb.: Et dicebat, horribilem istam tribulationem, nempe oppressionem verbi Dei, iam fores pulsare, quia aduersarij nostri Dei verbum corrumpere et deprauare, et conscientias hominum misere vexare conarentur, summis certe et versamur, inquit D. L. in extremo periculo, et patimur damnum irrecuperabile, si verbo Dei priuamur. Verbum enim Dei preciosum est in conspectu Dei, hoc bonum preciosissimum omnes nobilissimos mundi thesauros superat, sicut Amos 8. dicitur: Qui vero verbo Dei caret, is veram et spiritualem famem patitur. Vtinam ne et nos tanta calamitate obruamur, optandum potius, vt per Turcam interficeremur, quare apud Dei verbum perseuerate, licet corpus bonaque corporalia omnia intereant.

22) sudant,] Reb.: fundant,

23) recta] Cod. *male:* recte

24) solicitus,] Cod. *calami err.:* solucitus,

25) *Ach das — machen.*] Reb.: Vtinam insignis essem Poeta, quamprimum de verbo Dei praeclaram et dulcisonam canerem melodiam, sicuti Moses fecit. Deut. 33.

26) suo uerbo] Reb.: verbo suo

27) dicens: Qui — uocali] *haec ap.* Reb. *desunt.*

28) et] Reb.: aut

29) *Darumb — bleiben,*] Reb.: ideoque in isto medio perseueremus,

30) agere] Reb.: agamus

31) *dan es — betzalet.*] Reb.: Diuus enim Paulus hoc argumento, iustitia legis contra populum Dei multum oneris sibi imposuit.

trübnüs gemacht hat. [32]) Nam legis abrogatio Iudaei mum scandalum intulit, pro gloria Dei zelantibus, illor compunxit. Nam illa religio, cultus, templum, sacrifici tia sub populo Israel erant perfectissima. Haec ita r haud dubie [33]) multos grauissime [34]) offendit. ***Ich warlich, das dem lieben*** Paulo ante conuersionem ***dur hertz gedrungen hat.*** [35]) Sicut deinde de populo Israe mus. Rom. 9. ***Das S. Paulus*** etiam post conuersion ***grosse beschwerung werde davon gehabet haben.*** [36]) I sentia Doctoris Conradi Cordati Martinus Lutherus dicebat de abrogatione legis per [*fol.* 27ª] Christum tans locum Rom. 8. Cum lex *g*) imbecillis erat per c misit Deus proprium filium suum, sub specie carnis, peccato [37]) condemnaret peccatum in carne. Ab illa nide et obligatione legis Deus nos liberauit. Sicut Pa cit Rom. 10. Finis legis Christus, id est, [38]) Chris summa et ipsa intentio legis, qui illum habet, uere i legem. Impossibile autem est et impijssimum legem tollere, cum sit in natura et iure naturali in animis ho Et quamuis ipsa lex naturae est obscurior et tantun genere loquitur de operibus. Ideo Moyses [40]) et sanctus clarius explicant, et in specie opera deter lta et Christus Matth. 5. Non ueni soluere legem, s plere, ***Man sol ihnen einen gulden rock keuffen vnnd in der welt haltten, der es da hin bringen mocht, das auch durch Christum gantz auffgehaben were. O wie wir wol stehen.*** [41]) Sed absit haec confusio erroris morum, ***gott las es vnns nicht erleben.*** [42]) Ego id

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 123 sq. cap. 12. §. 55.

32) ***welches — hat.***] Reb.: qua de causa multas perturbationes susti
33) dubie] Reb.: dubio
34) grauissime] *a* Reb. ***abest.***
35) ***Ich haltte — hat.***] Reb.: Existimo sane D. Paulum multos inde tiae dolores sensisse ante conuersionem.
36) ***Das S. P. — haben.***] Reb.: Sanctum Paulum inde maximam an stiam pertulisse post conuersionem.
37) peccato] Reb. *typ. err.:* peccata
38) F. l. Christus, id est,] Reb.: F. l. est Christus.
39) in] Reb.: de
40) Moyses] Reb.: Moses
41) ***Man sol — stehen.***] Reb.: is certe honorifice ac splendide, aur mentis vestiri indui, imo in toto mundo praeclarissime tractari deb posset efficere, vt Moses per Christum omnino abrogaretur, tum de titia afficeremur.
42) ***gott — erleben.***] Reb.: faxit Deus ne nostro seculo haec mala

g) ***N. M. in*** Cod.: **Quod mihi prius fuit salus, id mihi nunc est ste**

acerbe contra legem locutus sum, quia Ecclesia sub papatu variis superstitionibus ita erat obruta, [43]) ut Christus omnino obscuraretur, ab istis [44]) carnificinis conscientiarum, ego per uerbum Euangelij pias [45]) conscientias liberare uolui, ipsam legem Dei nunquam reijciens.

Anno 38. 13. Octobris Martinus Lutherus Euangelium Lucae 14. domi praedicauit, *) cum in templo non posset, maxime mirabatur Antinomorum impudentiam, [*fol.* 27b] qui legis doctrinam necessariam reijcerent, illius effectum non considerantes. Ideo Augustinus pulchra similitudine uirtutem et officium legis depinxit, uidelicet peccata in nobis fieri manifesta, et iram augeri, non culpa legis, sed nostrae naturae. Sicut calx frigescit, [46]) sed aqua infusa calescit, non aquae culpa sed sua natura. Si autem oleum in calcem infuderis, tunc quiescit et non feruet. Est egregia similitudo. Item argumentum. [47]) Paulus seruauit legem Moysi [48]) Hierosolymis, *ergo* [49]) lex nobis quoque est seruanda. [50]) Respondit: Verum est. Paulus seruauit legem pro tempore ad lucrifaciendos infirmos, sed non est simile nostro tempore. [51]) Ideo bene dixerunt ueteres: Distingue tempora et conciliabis, concordabis scripturas. [52])

Doctor Staupitius dixit: **) *Es ist ein grosser Berg*, dicit Lex. *Ich wil hinüber, saget* Caro et Hypocrisis. *Du kanst nicht*, dicit agnitio peccati. *So wil ichs lassen*, dicit desperatio. Tunc habet Christus locum iustificationis. [53])

[*fol.* 28a] IVSTIFICATIO. ***)

Vocabulum iustificationis in doctrina salutari Euangelij aptissimum est miseris et territis [54]) conscientijs. Nam φράσι

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 134. cap. 12. §. 70. 71.
**) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 48. cap. 10. §. 2. sect. 2.
***) Reb. I, fol. 29b lin. 20. — fol. 31a lin. 18. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 143 sq. cap. 12. §. 85. et p. 170 sq. cap. 13. §. 23. 24., denique p. 114. cap. 12. §. 35.

43) var. superst. ita erat obruta,] Reb.: ita erat obruta var. superst.
44) istis] *sic scripsi;* Cod. *calami err.*: isti; Reb.: illis
45) pias] Reb.: prius
46) frigescit,] Reb.: quiescit,
47) Item argumentum.] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
48) Moysi] *ap.* Reb. *deest.*
49) ergo] Reb.: igitur
50) seruanda.] Reb.: obseruanda.
51) simile nostro tempore.] *sic* Reb.; Cod.: simile nostro tempori.
52) et conciliabis, concordabis scripturas.] Reb.: et concordabit scriptura.
53) Doctor Staupit. — iustificationis.] *haec ap.* Reb. *non inueniuntur.*
54) et territis] *om* Reb. *ebount.*

Hebraica, Iustificare proprie significat reum aliquem absoluere, [55]) et iustum pronunciare, id est, peccata remittere, et in gratiam recipere. Esa. 5. Iustificantes eum propter munera. Rom. 4. Credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides ad iustitiam. Rom. 8. Quis accusabit electos? Deus est qui iustificat. [56]) Hanc coelestem iustitiam et gratuitam in Christo, Sathan uarijs modis obscurauit, iustitia proprie, [57]) meritis ex opere operato, fide formata, qualificata, iustitia inhaerente. Nam haec uerba, iustus et iustitia Dei erant mihi fulmen in conscientia, quibus auditis expauescebam. Si Deus est iustus, ergo [58]) puniet. Sed Dei gratia cum semel in hac turri et [59]) hypocausto specularer de istis uocabulis: Iustus ex fide [60]) uiuit, et iustitia Dei, mox cogitabam: Si uiuere debemus iusti ex fide, et iustitia Dei debet esse ad salutem omni credenti, non erit meritum nostrum, sed misericordia Dei. Ita erigebatur animus meus. Nam iustitia Dei est, qua nos iustificamur et saluamur [61]) per Christum, et illa uerba facta sunt mihi [62]) iucundiora. *Die schriefft hat mir der heilige geist in diesem thuen offenbaret.* [63]) Est autem iustitia triplex et diligenter praedicanda in recentibus Ecclesijs: [64])

Paedagogica	Caeremoniae
Ciuilis	Decalogus

Iustitia Dei et fidei quae coram Deo iustificat. [65])

Gott hat vns gegeben tzu spielen mit apffeln, birnen, nüssen vnnd allerley Creaturen tzu schertzen, aber fol. 28[b]] *mit seiner maiestadt sollenn wir solches nicht thun.* [66]) Vnica nostra con-

---

55) Iustificare proprie sign. reum aliquem abs.] *sic recte* Reb.: Cod.: Iustificari proprae significat aliquem absoluere rerum,

56) Rom. 4. Credenti — ad iustitiam. Rom. 8. Quis accusabit — qui iustificat.] *sic recte* Reb.; *verba enim*: Credenti *etc., leguntur* Rom. 4, 5, *verba autem*: Quis accusabit *etc.*, Rom. 8, 33. *inveniuntur; male* Cod.: Rom. 4. Quis accusabit electos, Deus est qui iustificat. *(verbis, quae illic interposita sunt, omissis)*

57) proprie,] *sic* Cod.: Reb.: propria.

58) ergo] Reb.: igitur

59) et] Reb.: vel

60) ex fide] Reb.: ex fide sua

61) et saluamur] *a* Reb. *absunt.*

62) facta sunt mihi] Reb.: mihi facta sunt

63) *Die schrifft — offenbaret.*] Reb.: Haec verba per Spiritum sanctum mihi reuelata sunt.

64) Ecclesijs.] *sic* Reb.: Cod.: Ecclesiae.

65) Paedagogica etc.] *hacc triplex iustitia a* Reb. *sic affertur:*

1. Paedagogica } Caeremonia } illae sunt necessariae,
2. Ciuilis } Decalogus } sed non iustificant.
3. Iustitia Dei et fidei, coram Deo iustificat,

66) *Gott hat — thun.*] Reb.: Deus nobis concessit, ludere pomis, piris, nucibus et omnibus creaturis, sed maiestate sua non se (pro: esse) ludendum.

solatio est: [67]) Credo in Iesum Christum, *wir sein nun offt dar vber erstorben. Last vns den allein behalten. Ich wil bei dem manne allein bleiben vnnd mich dar vber begraben, lassen. ich bin auff ihn getaufft*, [68]) ut in illius doctrina quiescam. [69]) Miror, quod homo tam longe a Deo deficere potest, sicut Erasmus Roterodamus Epicureus, *der ist so gewis tam* certo certius est, *das gewis ist*, nulla uita aeterna, quam certo scio, quod sim oculatus. [70]) Lucianus non est adeo securus.

Magna est praesumptio iustitiae, [71]) quod homo audet dicere: Ego sum filius Dei, et quod terreatur gratia et magnitudine patris coelestis, *wie die schüler vor den bretwürsten* lieffen. [72]) Nemo igitur sine practica potest operum iustitiam uere reijcere, [73]) et fidem syncere praedicare. Hanc artem Paulus nouit, qui scabiosius locutus est de lege, [74]) quam ullus Schwermerus de sacramento Baptismi. [75]) Iudaeis loquitur, appellans legem ministerium mortis et peccati, damnationis. [76]) Moyses uiuens talia uerba in Paulo tolerare non potuisset. *Der teuffel dürff mir nicht sagen, das ich nicht from bin, ich wollte auch nicht gerne, das ich from were, sonst wer der gantze schatz Christi an mir verloren, dann der teuffel wiel schlecht nicht Christum lassen regieren, den er doch regieren mus lassen*, [77]) ut Ioan. [78]) dicit: Maior qui in uobis, quam qui in mundo est. Si Dux Georgius tantum contra Euangelium insaniret, esset illi peccatum remissibile, [79]) sed quod contra seipsum peccat, id est, [*fol.* 29ª] contra manife-

---

67) est:] *a* Reb. *abest.*

68) *wir sein nun — getaufft,*] Reb.: saepius propter illum intermortui sumus, verum seruemus illum solum, ego apud Christum perseuerabo ad mortem vsque, quia in nomine eius sum baptizatus,

69) quiescam.] Reb.: acquiescam.

70) *der ist — oculatus.*] Reb.: putat se non posse errare, firmissimus enim in doctrina esse voluit,

71) iustitiae,] Reb.: propriae iustitiae,

72) *wie die schüler* etc.] *haec neque germ., neque lat. ap.* Reb. *inueniuntur.*

73) potest operum iustitiam uere reijcere] Reb.: potest viuere, iustitiam operum reijcere,

74) locutus est de lege] Reb.: de lege locutus est

75) Baptismi.] Reb.: Coenae vel Baptismi.

76) damnationis.] Reb.: et damnationis.

77) *Der teuffel — lassen,*] Reb.: Non opus habeo institutione Sathanae, nec in mea pietate confido, alias totum Christi meritum me non iuuaret. Diabolus enim Christum, de solio regni sui (quod illi minime conceditur) deijcere conatur,

78) Ioan.] Reb.: Iohanni

79) remissibile,] *sic recte* Reb.; Cod. *falso*: irremissibile,

stam ueritatem [80]) fugans homines sine causa, hoc est pe
tum irremissibile. Ipse non [81]) intelligit articulum iustific
nis, sed tantum iustitiam legis. Nostra doctrina est [82]) s
omnem legem, ideo pauci eam intelligunt, Carnem nost
id est, iustitiam legis percipiunt, [83]) sed spiritum, id
doctrinam iustificationis non uident. Homo enim secun
carnem est iustitia legis, secundum spiritum, est iustitia
Aldo wissen wir wider vom rechten noch vom vnrec
Lieben herrn, last vns den articulum iustificationis *lieb habe*
Hoc amisso in uictoria stare non possumus. Et hoc u
omnibus Haereticis et fanaticis defuit. Cum enim hic artic
ignoratur, non possumus pugnare contra Sathanam et p
tum, multo minus uincere. Solus Christus seruat nos in
tate. *Er ist der einige gürtel,* [85]) sicut Paulus pulchre m
ut recapitulentur omnia sub ipsum, [86]) id est, ut [87]) Chr
sit caput et summa in omnibus rebus, ad quem omnia re
debent.

[*fol.* 29[b]] FIDES. *)

Fundamentum iustificationis uere [88]) sunt promissi
diuinae, quae fide applicantur conscientijs. Est autem
non tantum qualitas, sed et notitia, et uerus assensus in
missiones diuinas, uoluntatem Dei apprehendens, illi confi
Spiritu sancto opera carnis mortificans. Haec est fides, [8
est, fiducia, quam Daemones non habent, qui non cre
omnes fidei articulos. Articuli uero fidei rationi sunt st
simi, et quasi persuasione constare uidentur. Ideo nece
rium est uerbo Dei adhaerere.

Ante triennium hic erat nobiscum Monachus Aeth
cum quo disputabamus per interpretem, et iste omnibus
ticulis conclusis, dicebat: Ista est bona creda, id est, f

---

*) Reb. I, fol. 31[a] lin. 19. — fol. 33[a] lin. 12. — *Conf.* Luth.
germ. II. p. 145 sqq. cap. 13.

80) c. se ipsum peccat, id est, c. m. ueritatem] Reb.: c. seipsum, id e
m. veritatem furit,
81) Ipse non] Reb.: Non ipse
82) est] Reb. *male:* et
83) percipiunt] Reb.: praecipiunt,
84) *Aldo wissen — lieb haben.*] Reb.: Ibi bonum et malum discerne
possumus, quare mi Domini amemus articulum iustificationis.
85) *Er ist d. e. g.*,] Reb.: Christus vinculum veritatis et fidei est,
86) omnia sub ipsum,] Reb.: sub ipsum omnia,
87) ut] *a* Reb. *abest.*
88) uere] Reb.: verae
89) Haec est fid.] Reb.: Haec vera est fides,

Ach lieber gott, das wir dir doch kontten trauen vnnd dancken, [90]) qui pro nobis ita es solicitus, imo qui nobis omnia dedisti in Christo. Nam hoc magnum et ineffabile est mysterium, absconditum omni sapientiae carnis, quod Deus pater coelestis et omnipotens erga nos plane est [91]) mortuus in sua maiestate, omnia tradidit filio suo, qui est caro nostra. *tzu dem weiset er vnns, wan wir den hören vnnd annemen, so sollen wir alles haben, vnnd der solt also Jemerlich gecreutziget werden, von den allerheiligsten, die die aller grosten namen hatten.* [92]) Iudaei, Pharisaei, Pontifices, Scribae. Nam Hannas idem quod Ioannes Caiphas, idem quod Petrus, Iudas, *Ein Juden konig, die musten* [*fol.* 30ª] *sich an dem herrn Christo vergreiffen.* Summa, *welch den grosten namen hatten in der welt gehabt, die sindt die Ergesten schelcke gewest. Sein wir nicht arme leutte,* qui post acceptam gratiam et datum Spiritum sanctum, *solten vnns aller erst fürchten vor der schendlichen geistlichen hoffardtt, vnnd vnser herrgott mus vnns einen solchen knüttel auffiegen,* [93]) ut lege nos coherceat, quo semen mulieris osculemur. *Wer* Christum *haben wiel tzu einem herren vnd konige,* [94]) qui natus est ex uirgine, et nostram carnem et sanguinem assumpsit, is habebit Diabolum inimicum. Magna est gloria nostra, quod habemus Dominum ex carne nostra [95]) et sanguine, in coelo gubernantem super omnes creaturas. Ideo Epistola [96]) ad Hebraeos Christi sacerdotium bene describit. Consolatur enim conscientias, quod ipse sit summus pontifex, non tantum rex, quia animi semper cogitarent iudicem. Ideo credo Deo maxime placere, cum de Christo praedicatur, contra quem totus mundus blasphemat, *Der schefflimini*, id est, sedens ad dextram Dei, *hat seine feinde, das müssen wir erfarenn. Er wirdt sie aber setzen*

---

90) *Ach lieber* etc.] Reb.: o bone Deus si modo tibi confidere et gratias agere possemus,

91) plane est] Reb.: est plane

92) *tzu dem — katten,*] Reb.: Ad hunc virum nos ducit, si illum amplectimur et audimus, omnia possidere debemus, et tamen adeo miserabiliter a populo sanctissimo, qui nomina habebant praeclarissima, crucifigi debeat,

93) Iudas, *Ein Juden k. — auffiegen,*] Reb.: Iudam regem Iudaeorum, Christum prodere oportebat. Summa qui nomen et titulum summum in mundo habuerunt, illi nequissimi nebulones fuerunt, nonne sumus homines miseri, quod post acceptam gratiam et Spiritum sanctum datum, nunc demum nos propter foedam illam superbiam spiritualem timeamus, et Deus noster nobis tantam fustem imponere cogitur,

94) *Wer — konige,*] Reb.: Qui Christum Dominum et regem suum habere cupit,

95) carne nostra] Reb.: nostra carne

96) Epistola] Reb. *male:* exempla

ad scabellum pedum suorum. *darumb wil ich lieber durch den teuffel denn durch den keiser sterben, so sterbe ich durch einen grossen herren, aber er sol ein bislein an mir gefressen haben, welches ihm nicht wol bekomen sol, sols wider ausspeien vnnd wil ihnen wider fressen* ueniente extremo die. [97])

Articulus remissionis peccatorum his [98]) uerbis continetur, cum dicitur: Dormierunt cum patribus suis, *sein alle* [*fol.* 30ᵇ] *zu hiemel gefaren.* Est enim uerbum in scripturis bonae significationis, bene sonat. Sed de quibus scribitur, quod sunt [99] ab inimicis interfecti, et a bestijs et uolucribus consumpti, de ijs sentio, [100]) quod perierunt et damnati sunt. Ardua igitur res est, per tot tentationes, et tam uarias experientias Christum dicere Deum et Dominum, qui educit ex morte, ut Psal. 68. ait. Ideo de fiducia ipsius nunquam patior me auelli. *Wiewol ich weis, das mein glaube gantz schwach stehet wie ein pelz auff einem Ermel,* [1]) Attamen Ecclesia [2]) et fides nobiscum est. *Das vater onser vnnd glaube ist ein gros ding wider den teuffel. Mein Henssgen, Lenichen beten auch vor mich vnnd viel Christen.* [3]) Nam si ego tantum [4]) haberem fidei, quantum deberem, sufficeret mihi. *Ich wolt langest den türcken erschlagen haben vnnd die tyrannen kürre gemacht, ich habe mich wol also mit ihnen tzubalget,* [5]) sed fides mihi deficit. [6]) Ideo Deus dicit ad Paulum: Sufficit tibi, uirtus mea in infirmitate perficitur.

Abraham tantam habuit fidem, ut quando [7]) resurrecturus est in extremo die, nostram incredulitatem increpabit, dicens: *habe ich doch nicht den hundertsten teil so viel* promissiones *gehabt als ihr, habe dennoch geglaubet, soltte den onser*

---

97) *Der schefftimini* — die.] Reb.: Schellimini, id est, qui sedet ad dexteram Dei, suos habet hostes quod et nos experiemur, verum deponet illos ad scabellum pedum suorum, ideo magis cupio, per Diabolum, quam per Caesarem mori, morior enim per magnanimum atque potentem Dominum, verum tantum bolum deglutitauerit de me, qui illi bene conuenire non debet, rursus enim euomabit me, et ego illum deuorabo, veniente extremo die.

98) his] Reb.: ijs

99) sunt] *sic* Reb.: Cod.: sint

100) de ijs sentio,] Reb.: de ijs sentio iuxta rationem et iudicium humanum,

1) *W'iewol — Ermel,*] Reb.: quanquam fidem meam esse infirmam, eamque sicut pellem in manicis stare scio.

2) Ecclesia] Reb.: Ecclesiae oratio

3) *Das vater v. — Christen.*] Reb.: Oratio Dominica cum Symbolo Apostolico Diabolo certe egregie resistit, filius meus Ioannes et filia mea Magdalena orant quoque pro me, et alios Christianos.

4) tantum] *a* Reb. *abest.*

5) *Ich wolt — tzubalget,*] Reb.: Ego iamdudum Turcam vicissem et Tyrannos humiliassem, magnum enim certamen cum illis habui,

6) deficit.] Reb.: defuit

7) quando] Reb.: cum

hurgett nicht türcken ober vnsern hals schicken propter incredulitatem? [8]) Hoc exemplo Abrahae uincentis supra omnem captum humanae naturae paternos affectus in unigenitum filium suum Isaac, super quem promissionem propagandae in infinitum [9]) sobolis habebat etc. [10]) [*fol.* 31a] Dicto tamen Dei plus audiens filium contra legem naturae [11]) immolare statuit. Quantos [12]) impetus cordis per triduum [13]) sustinuerit, inexplicabile est. Gen. 22. Praeterea exemplo Iacob, qui dilectissimum filium [14]) Ioseph amiserat in senectute sua, Descendam, [15]) inquit, [16]) lugens ad filium meum in infernum. Quae uox indicat, quanto moerore affectus sit. Deus tamen per calamitatem filiorum illos ita [17]) exercuit, fidem illorum explorans et probans. Hoc exemplo D. Martinus Lutherus Doctorem Benedictum Pauli, moestum de interitu unici filij sui, lapsu [18]) de tecto consolatus est. [19])

SANCTIFICATIO PER FIDEM. *)

Magna coecitas est humani cordis, thesaurum gratiae sibi donatum, non posse arripere. Tales enim sumus, qui sumus baptizati, habemus fidem; Christum, Sacramenta, nos ipsos autem sanctos dicere nolumus. [20]) Non enim distinguimus fidem a Spiritu sancto, qui est ipsa certitudo in uerbo, et non sine uerbo, sed per uerbum contingit, et non extra uerbum. Galat. 3.

Dixit Dominus Hinneck D. [21]): Si Spiritum sanctum iam certitudinem dicitis erga Deum, tunc omnes sectae certam

---

*) Reb. I, fol. 33a lin. 13. — fol. 35b lin. 20. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 145 sqq. cap. 13.

8) *habe ich* — incredulitatem?] Reb.: Vix ego centesimam partem tantarum promissionum habui quemadmodum vos, attamen in fide perseueraui, nonne ergo Deus noster Turcas super nostram ceruicem iure deberet mittere.

9) propagandae in infinitum] Reb.: in infinitum propagandae

10) etc.] *a* Reb. *abest.*

11) filium contra legem naturae] Reb.: contra legem naturae, Filium

12) Quantos] *sic recte* Reb.; Cod.: Quantus

13) per triduum] Reb.: triduo

14) filium] Reb.: filium suum

15) Descendam,] *sic* Reb. (= Vulg. Gen. 37, 35.): Cod.: Descendens

16) inquit,] *ap.* Reb. *deest.*

17) illos ita] Reb.: ita illos

18) lapsu] Reb.: lapsi

19) consolatus est.] *a* Reb. *h. l. in textu addita sunt verba:* vide secundum Tomum colloquiorum in principio. [*scil.* T. II. fol. 2a] *In* Cod. *autem in margine haecce adnotata sunt: „wolt die sperling ausnemen vnd fiel tzu tode.* De quo infra fol. 473.“ [*haec in* Cod. *potius leguntur* fol. 596a]

20) nolumus.] *sic* Reb.; Cod.: uolumus.

21) D.] *utroque loco a* Reb. *abest.*

persuasionem habentes de sua religione, habent Spiritum sanctum. Respondit D. [21]) Martinus Lutherus: Nullam habent certitudinem Mahomet, Papistae, Sacramentarij, et [22]) non haerent in uerbo Dei, sed in iustitia sua conditionali. Et si [23]) multa faciant et operentur, tamen semper sunt in dubitatione, cogitantes, *wer weis, obs gott gefelt, ob ich genug gethan habe. Ich bin vnwirdig, meine sünde sint so gros.* [24]) Pius autem inter [*fol.* 34[b]] haec duo certus est, dicens: Neque sanctitatem meam moror, neque indignitatem: sed credo in Hiesum Christum. Ideo solus Spiritus sanctus potest dicere: Dominus Hiesus. 1. Corinth. 12. Caeteri omnes dicunt: Anathema Hiesus. Est igitur Spiritus sanctus illa certitudo in uerbo Dei et iustitia Christi, non consistens in dubitatione, sicut aliae sectae, quia aliae sectae dicunt: *Wer weis, ich hoffe* etc. [25]) et sic [26]) semper manet opinio. Pius autem dicit: *Ich thu so viel als ich kan, was ich nicht kan,* [27]) tunc scio Hiesum Christum esse mortuum, *den trost* [28]) *sol mir niemandt nemen, das* Hiesus Christus *vnser heilandt sei, damit lest sich vnser herrgott vnnd vnser gewissen stillen.* [29]) Propriae iustitiae tantum in dubitationibus uersantur, *ich hoffe, ich hoffe* etc. [30]) Ita ego fui [31]) praesumptuosissimus monachus [32]) iustitiarius, postquam missificassem [33]) et orassem, satis praesumptuosus [34]) videbar, *aber den schalck sahe ich nicht darhinder,* [35]) quod non Deo, sed propriae iustitiae [36]) fidebam. Non egi gratias Deo pro sacramento, *sonnder er muste mir danckenn vnd froe werden, das ich ihm seinen son opffertte*, et diximus in proverbio: *Ich wil gehen vnnd der Iungfrawen ein kindt heben.* [37])

---

22) et] *ap.* Reb. *deest.*
23) Esti] *sic* Reb.; Cod.: Esto
24) *wer weis — gros.*] Reb.: quis scit an placeat Deo, an bonum aliquid feci, indignus sum, peccator sum maximus,
25) *Wer* — etc.] Reb.: Quis scit? Ego spero,
26) sic] *ap.* Reb. *deest.*
27) *Ich thu — kan,*] Reb.: efficio tantum, quantum in me est. Quicquid vero efficere non possum,
28) *trost*] *sic scripsi;* Cod. *calami err.: trotz*
29) *den trost — stillen.*] Reb.: Hoc solatium, quod scio, Iesum Christum nostrum esse Saluatorem, nemo auferet a me, hoc modo Deo satisfit, et conscientia nostra placatur.
30) *ich* — etc.] Reb.: spero, spero.
31) ego fui] *sic* Reb.; Cod.: ego (*omisso verbo:* fui)
32) monachus] *ap.* Reb. *deest.*
33) missificassem] *sic* Reb.; Cod.: missassem
34) praesumptuosus] *sic* Reb.; Cod.: praesumptuose
35) *aber den — dark.*] Reb.: verum nequam occultum non videbam,
36) propria iustitia] Reb.: propriae iustitiae
37) *sonnder er — heben.*] Reb.: sed illum oportebat mihi, etiam summa cum

Doctor Iustus Ionas in coena dixit ad Martinum Lutherum, se eo die tractasse locum Pauli 2. Timoth. 4. Reposita est mihi corona iustitiae, dixitque se hoc non posse credere. Respondit Martinus Lutherus, neque Paulum firmiter credidisse, *dan er wer tzu hoch. Ich kan nicht so gleuben als ich predige, vnnd ander leutte denchen von mir, das ich also feste gleube. Es wer auch nicht gut, das wir alles also gleubten vnnd theten, wie gott vns gebeut, dan er keme vmb seine gottheit, vnnd das vater vnser vnd den glauben* [*fol.* 32ᵃ] et articulus remissionis peccatorum, *Er würde tzum lugner,* [38]) ut non solus [39]) esset mendax, et omnis homo mendax. Respondit Iustus [40]) Ionas: *wen Paulus das nicht gegleubet hat,* [41]) multo minus murmuratores in templis, cum sanctissimi etiam saepius murmurarunt [42]) contra Deum. *So wird gott warlich einen geringen dienst auff Erden haben.* [43]) Respondit Martinus Lutherus: *das ist gott wol gewont.* [44]) Cogitate, quantam fidem habuerit Moyses, [45]) cum populus contra eum murmuraret, et ipse nesciret uiam liberationis, tremebat in omnibus membris suis, fere desperans. Et tamen Deus ad eum dicit: Quid clamas? *O wie ein stamen soltte do Moyses gehabt haben, der die tzunge nicht hat konnen erhebenn, noch hat er gott seine grosse ohren erfüllet. O wie solt er so hart geschlagen haben ins mehr,* [46]) qui haec non credidit? et tamen verbo Dei obediuit. Si prius modum euadendi sciuisset, non credidisset. Nos uero [47]) talia exempla tam frigide obseruamus, quae sunt inscrutabilia rationi. *Es ist dennoch ein weg durchs totte mehr gewest als von hinne ken Coburg, dadurch hat er 600000 man ohne weib vnnd kinder vnnd viehe gefuret, da hat er wol 14 tage müssen dartzu haben, hat also*

---

laetitia gratias agere, quod Filium suum immolabam, et diximus in prouerbio, vadam et virgini suscipiam filium.

38) *dan er wer — lugner,*] Reb.: quia esset res valde grauis, ego ita credere non possum, sicuti doceo, attamen homines alij fidem me habere firmissimam indicant. Et nihil esse, quicquid nobis Deus praeceperit illud, in totum perficere, amitteret enim Deus suam diuinitatem, orationem Dominicam, et Symbolum Apostolicum et articulum remissionis peccatorum, fieret mendax,

39) **solus**] Reb.: solum

40) **Iustus**] Reb.: D.

41) **wen — hat,**] Reb.: si D. Paulus hoc non credidit,

42) **murmurarunt**] Reb.: murmurauerunt

43) *So wird — haben.*] Reb.: Et Deus sane parcum in terris habebit seruitium.

44) *das ist* etc.] Reb.: Deus optime harum rerum assuetus,

45) habuerit Moyses,] Reb.: Moses habuerit,

46) *O wie — ins mehr,*] Reb.: O quam miserabilem clamorem Moses habuerit, qui linguam suam eleuare non potuit, attamen Deo magnas suas impleuit aures, quomodo percusserit Mare,

47) uero] *sic* Reb.; Cod.: uere

gefüttert vnd geruget. [48]) Sed [49]) angelus interposuit se, n Pharao eos persequeretur, [50]) *bis sie hindurch kamen, da e seufft sie gott.* [51]) Et tamen in illa [52]) propemodum despe ratione Moyses dicitur clamasse, *das er gott beide ohren e füllet habe. Es ist bei Moise gewis gering gewesen, aber b gott gros.* [53]) Ita fides in infirmitate et miraculis procedit.

FIDES ET SPES DIFFERUNT. *)

[*fol.* 32[b]] Primo, subiecto, quia fides est in [54]) inte lectu, spes uero in uoluntate, sed haec duo separari non po sunt: sicut duo Cherubin in propiciatorio.

Secundo, [57]) officio, quia fides dictat, [55]) docet, estqu notitia. Spes hortatur, excitat, audet, expectat, fert.

Tertio, obiecto. Fides uerbum rei, seu promissione rerum, [56]) id est, veritas, spes rem uerbi, seu rem promi sam spectat, id est, bonitas.

Quarto, ordine. Fides prior est ante omnem tribulatio nem, initium uitae. Ebrae. 11. [58]) Spes posterior ex tribu lationibus parta. Rom. 5. [59])

Quinto, a contrarijs. Fides pugnat contra errores haereses, iudicat spiritus et doctrinas. [60]) Spes uero pugn contra tribulationem, crucem, et expectat bona sub mali Ergo fides est prudentia in Theologia, et pertinet ad doctr nam. Spes uero est fortitudo in Theologia, [61]) et pertin

---

*) Reb. I, fol. 34[b] lin. 18. — fol. 35[b] lin. 20. — *Conf.* Luth. colle germ. II. p. 176 sqq. cap. 13. §. 36.

48) *Es ist — geruget.*] Reb.: tamen viam habuerunt per Mare rubru sicuti ab hinc versus Coburgam, per hanc duxit viros 600000. mulieribu cum filijs et armentis non numeratis, quare inter quatuordecim dies hoc i perficere non potuit, et sic illum in Mare pabulari et quiescere oportuit.

49) Sed] Reb.: Verum

50) eos persequeretur,] Reb.: persequeretur eos,

51) *bis sie — gott.*] Reb.: donec transiuerint omnes, Deus submergi p misit,

52) Et tamen in illa] *sic scripsi;* Cod.: Et tamen illa in, Reb.: in i tamen

53) *das er — gros.*] Reb.: quod etiam Deo aures ambas impleuerit. Clam quidem Mosis fuit exiguus, verum coram Deo maximus reputabatur,

54) in] *a* Reb. *abest.*

55) dictat,] Reb.: dicat,

56) rerum] Reb.: veram

57) Secundo,] *pro hac et subseqq. vocibus:* Tertio, Quarto, Quinto, *a* R *in margine apposita sunt numerorum signa:* II, III, IIII, V.

58) Ebrae. 11.] Reb. *male:* Ebrae. 2.

59) Rom. 5.] Reb. *falso:* Rom. 6.

60) doctrinas.] Reb.: doctrinam.

61) et pertinet ad doctrinam — in Theologia,] *haec, quae ap.* Reb. *legunt in* Cod. *desunt.*

ad exhortationem. Fides est Dialectica, nihil enim aliud est, nisi sapientia et prudentia. Spes uero Rhetorica, nihil aliud est, nisi animus erectus. [62]) Sicut igitur prudentia sine fortitudine uana est, Ita fides sine spe nihil est, quia spes uincit et fert mala; sicut fortitudo sine prudentia est temeritas. Ita spes sine fide est praesumptio in spiritu. Fides igitur est dicis scripturae sacrae, et uera cabala, quae traditione per manus accipitur, quemadmodum Prophetae discipulis doctrinam tradiderunt.

Aiunt sanctum Petrum fleuisse, quoties ei [63]) in mentem uenerit, quam suauiter Christus docuerit. Ita nostri aliter [64]) loquuntur de fide alijsque locis scripturae, quam [*fol.* 33ᵃ] exteri, ut uere dicatur δίδαχα traditio, doctrina quae est per manus tradita, *die immer in einer schulen bleibet.* [65]) Spes uero omnia in toto mundo perficit. Nullus enim agricola unum granum seminaret, nisi spem segetis haberet, nullus adolescens uxorem duceret sine spe prolis, nullus mercator aut mercenarius laboraret, nisi lucrum et [66]) mercedem expectaret: multo magis spes ad aeternam uitam nos promouet.

Anno 39. 3. Iunij dicebatur prope Sittam contigisse, tempore famis, ubi matrona pia et Euangelica cum duobus liberis propter uictum extrema passa sit, cumque nihil amplius haberet unde uiueret, ornata cum suis liberis ad fontem ire constituit, cum oratione, ut ipse Deus, eam cum liberis [67]) refocillaret. In uia uenit ei obuiam uir, interrogans et disputans cum illa, utrum ex aqua fontis etiam edere uellet. Ipsa asseruit Deo omnia esse facilia, quia qui [68]) quadraginta annos populum Israel Manna aluit, idem me quoque potest aquis sustentare. Dumque ita constanter assereret, uir ille, fortasse Angelus, [69]) dixit ad eam: Ecce quia constanter credis, uade domum, ibi inuenies tres modios farinae, et ipsa secundum eius uerba ita reperiisse dicitur. Respondet Martinus Lutherus: Si uerum est, insigne est miraculum fidei. [70]) Si uero excogitatum, pie et docte inuentum est ad alliciendos homines ad fidem.

---

62) animus erectus.] Reb.: erectus animus.
63) ei] *ap.* Reb. *deest.*
64) aliter] *a* Reb. *abest.*
65) quam exteri — *bleibet*] *sic* Cod.; Reb. *pro his exhibet haecce:* quae per manus traditur, quae semper in vna manet schola.
66) et] Reb.: aut
67) eam cum liberis] Reb.: cum liberis eam
68) omnia esse — qui] Reb.: omnia possibilia, qui
69) ille fortasse Ang.] Reb.: ille (fortassis Angelus)
70) est miraculum fidei.] Reb.: miraculum fidei est.

Diabolus non potest hoc argumentum soluere: Iustus ex fide uiuet. *Aber es leit daran, wer es ergreiffen kann.* [71])

[*fol.* 33ᵇ] INVOCATIO ET ORATIO. *)

Quantus murus et uallum Ecclesiae sit oratio, quanta arma piorum precatio, nemo nisi pius et credens experitur, qui habet spiritum gratiae et precum. *Ach wie ein trefflicher meister hat diese wordt* Orationis Dominicae *gestellet,* [72]) in quibus est infinita Rhetorica, omnes res et negotia comprehendens. Priores petitiones tres [73]) tam grandia et coelestia petunt, *das sie kein hertz niemermer kan ausgrunden.* [74]) Quarta petitio totam politiam, oeconomiam, omniaque [75]) corporalia et temporalia, quasi uno fasciculo proponit. Quinta petitio [76]) *streittet wider den Einigen teuffel* [77]) malae conscientiae de peccatis conscijs etc. [78]) *Es hat warlich ein weiser man gemacht, dem es niemandt kan nach thun, dan der herr hat vns das vater vnser so kurtz gestellet, vnnd dorinne begrieffen* omnem necessitatem in omnibus tentationibus. [79]) Nam extra tentationem non potest uere orari. [80]) Ideo Dauid dicit: Inuoca me in die tribulationis etc. [78]) Alioqui ista *βαττολογία* friget. [81]) Esto Papistae dicant, Deum omnia uerba orantium intelligere. Tamen Bernhardus diuersum sentit, ubi dicit; Deum orationis uerba non audire, nisi illa prius [82]) ab orantibus audiantur. Papa infinitis fluminibus obruit conscientias, ideo congregatio suorum religiosorum erat sicut ranarum coaxa-

---

*) Reb. I, fol. 35ᵇ lin. 21. — fol. 39ᵃ lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II p. 228 sqq. cap. 15.

71) Diabolus — *kann.*] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
72) *Ach wie — gestellet,*] Reb.: O quam praeclarus artifex verba orationi Dominicae composuit,
73) petit. tres] Reb.: tres petitiones
74) *das sie — ausgrunden.*] Reb.: quod etiam cor humanum illa nunquam perscrutari potest.
75) omniaque] Reb.: omnia
76) petitio] Reb. *typ. err.*: petio
77) *streittet — teuffel*] Reb.: habet certamen cum vnico Diabolo,
78) etc.] *utroque loco a* Reb. *abest.*
79) *Es hat — tentationibus.*] Reb.: Vere vir magnae sapientiae compositi quem nemo hac in re imitari potest, Dominus enim orationem Dominicam breuissima forma composuit, et in illa oratione omnem et corporis et animae necessitatem comprehendit.
80) Nam — orari.] *haec a* Reb. *uncinis inclusa sunt.*
81) friget.] *sic* Reb.; Cod.: fuget.
82) illa prius] Reb.: prius illa

tio[83]) sine aedificatione, et cum multa uiderentur tradidisse, fuerunt tantum formulae sophisticae sine usu. At oratio piorum est uelut murus. Ezech. 22. Quaesiui uirum qui se interponeret sepem, et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem[84]) eam et non inueni. *Darumb last vnns doch bitten,*[85]) cateris blasphemantibus,[86]) exemplo Abrahae et Eliae admonuit. *Wolan niemandt*[87]) credit tantam esse uim et efficaciam precationis nostrae, nisi quem[88]) experientia [*fol.* 34ª] ipsa docet. *Aber es ist ein gros dingk,*[89]) quando[90]) aliquis sentit causas necessarias, et ipsam necessitatem urgentem, *vnd kan den das gebet ergreiffen. So weis ich, so offt ich mit Ernst gebeten habe, das mirs recht Ernst gewest ist, so bin ich ihe reichlich erhoret worden, vnnd habe mer erlanget dan ich gebeten hatt. Wol hat gott tzuweilen vertzogen, aber ist dennoch komen.*[91]) Quod differtur, non auffertur.

CAVSA ORATIONIS EFFICIENS est fides per se, per accidens uidelicet causa[92]) est necessitas. Forma apprehendit gratuitam misericordiam, Materia circa quam, praeceptum et promissio. Finis, exauditio et liberatio. *Ich gebe Euch das vater vnnser, das ihr vmb den glauben bittet, die tzehen gebott werden euch sonst tzu hoch sein.*[93]) Ideo Sirach dicit 38,[94]) orationem piorum plus ualere ad sanitatem, quam medicorum curationes. Excellentissima igitur res est oratio piorum,[95]) *wie gar krefftig ists bei gott, das ein armer mensch mit der hohen maiestat im himel so reden sol, vnd fur ihm nicht erschrecken, sonder wissen, das ihn gott* per Hiesum Christum *freundtlich anlachet, do mus nicht die* Conscientia *tzu rück lauffen* propter indignitatem in dubitatione *stehen, aber sich lassen abschrecken.*[96]) Sicut cuidam Bauaro acci-

---

83) coaxatio] Reb.: coactio,
84) dissiparem] *sic* Cod. (= Vulg. Ezech. 22, 30.); Reb. *male:* dissiparent
85) *Darumb — bitten*] Reb.: Ideo nostrum erit orare
86) caet. blasph.] *haec ap.* Reb. *intra uncinos leguntur.*
87) *Wolan niem.*] Reb.: bene nemo
88) quem] Reb.: quae
89) *Aber — dingk,*] Reb.: verum est res laude digna,
90) quando] Reb.: cum
91) *vnnd kan — komen.*] Reb.: et tamen orare potest. Hoc et ego scio, quoties ex intimo cordis affectu orauerim, me vltra spem exauditum esse, et multa maiora accepisse bona, quam vnquam a Deo postulaueram, etsi enim Deus exauditionem interdum distulit, tamen suo tempore redijt.
92) per accid. uid. causa] *horum loco exhibet* Reb.: per accedens
93) *Ich gebe — sein.*] Reb.: Do vobis orationem Dominicam, vt Deum pro vera fide inuocetis, alias Decalogum seu Decem praecepta Decalogi non intelligitis.
94) Ideo Sirach dicit 38,] Reb.: Ideo Iesus Syrach 39. dicit,
95) oratio piorum,] Reb.: piorum oratio,
96) *wie gar krefftig — abschrecken.*] Reb.: quam praeclara et virtuosa res

dit Sanctum Leonhardum deuotissime inuocanti. [97]) cum quidam iuxta simulachrum staret, respondisset: [98]) *pfü dich Baier,* [99]) et saepius eum reijcit, ille abiens, dixit: *pfü dich ledla. tzu dem pfü dich müssen wirs nicht lassen komen,* [100]) sed certo statuere, quod iam simus exauditi, quidquid in fide Christi precati fuerimus. Ideo ueteres optime definierunt: Orätio est ascensus [1]) mentis ad Deum. *Es ist ser wol geredt.* [2]) [*fol.* 34ᵇ] Ego et omnes alij hanc definitionem non intelleximus, gloriabamur quidem de ascensu [3]) mentis, *aber da felet es an dem* Syntaxi, *das wir das* ad Deum *nicht konnen dartzubringen,* [4]) imo fugiebamus Deum, non potuimus libere et certo orare ad Deum per Christum, in quo uis et orationis certitudo [5]) consistit, sed semper conditionaliter orauimus. Ergo optimi fratres, orate corde, interdum etiam ore, *dan bei dem lieben gott, das gebet erhelt die welt, sonst solts viel anders stehen.* [6]) Domi non sum tam alacris, quia semper oportet me protestari, [7]) sed in Ecclesia *ists hertzlich vnnd dringet auch herdurch.* [8])

Anno 36. 18. Augusti, cum nihil esset [9]) spei in ualetudine matris Marchionis, orabat Lutherus: *Lieber herrgot erhor doch vnnser gebet nach deiner tzusage, las vns doch dir die schlüssel nicht vor die füsse werffen, dan so wir tzuletzt tzornig vber dich werden, vnnd dir deine ehre vnnd tzinsgutter nicht geben, wo wilttu den bleiben, ach lieber herr wir sein dein, machs wie du wilt, allein gieb vns geduldt.* [10])

---

est coram Deo hominem miserum, summam Maiestatem in coelis alloqui, et scire se propter Iesum Christum placere, ibi conscientia retrogradi, propter indignitatem, nec in dubitatione persistere vel deterreri debet.

97) inuocanti,] *sic* Reb.: Cod.: inuocantem,
98) respondisset:] Reb.: et responderet,
99) *pfü dich B.*] Reb.: phui Bauare,
100) *pfü dich — komen,*] Reb.: phui ledula, verum nostra innocatio per verba inutilia impediri, admittere non debemus,
1) ascensus] Reb.: assensus
2) *Es ist — geredt.*] Reb.: bona est definitio.
3) de ascensu] Reb.: esse assensum
4) *aber da — dartzubringen,*] Reb.: verum error fuit in Syntaxi, quod verbum, ad Deum, non potuimus apponere,
5) orationis certitudo] Reb.: certitudo orationis
6) *dan bei — stehen.*] Reb.: per Deum enim dico vobis, mundum conseruari pia oratione, alias longe aliter staret.
7) quia semper oportet me protestari,] Reb.: quia oportet me semper prius protestari.
8) *ists — herdurch.*] Reb.: fit oratio ex vero cordis affectu et nubes penetrat.
9) esset] Reb.: est
10) *Lieber — geduldt.*] Reb.: o Domine Deus, exaudi nostras orationes, secundum tuas promissiones, noli permittere, vt claues proijciantur pedibus tuis, nam si denique tibi irascimur, nec honorem ac bona tributaria porrigemus,

Item 20. Augusti iterum cum summo affectu commisera-
is, [11]) de principe infirma recitabat haec uerba: *Lieber du hast einen tittel,* [12] quod sis exauditor precum, sicut
id dicit: Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem
um exaudiet. *Ach herr bitten wir doch kein boses, las dir die schlüssel nicht vor die thür werffen.* [13])
Cum magna esset siccitas, adeo ut frumenta arescerent,
Martinus Lutherus semper orabat, ingemiscens [14]) dicebat:
Domine respice orationes nostras propter tuas promissio-
, preces et suspiria nostra fundimus erga te, sed ingrati-
o mundi, et rusticorum auaritia impedit, postquam ex
ngelio adeo effrenes [15]) facti sunt, ut quidquid illis libeat,
at [*fol.* 35ª]. Non terrentur inferno neque purgatorio di-
ates: [16] Credo, ergo saluabor, impudentissime [17]) peccan-
s, ut Mammonistae, illos nunc fame uult punire. At Deus
ibet media alendi suos, etsi impijs deneget pluuiam. Et ite-
m sublatis oculis in coelum sic orauit: Domine Deus pater,
dixisti per os Dauid pueri tui: Prope est Dominus omnibus
ocantibus eum in [18]) ueritate, uoluntatem timentium se fa-
t, ita ut in tempore famis saturentur etc. [19]) *wie das du
n nicht wilt regen geben, weil wir so lange schreien vnd
ten. Nun giebestu keinen regen, so wirstu ihe etwas bessers
en*, tranquillam uitam et pacem *wollen wir bitten so sehr,
d haben nun offt gebeten, thustu es nicht lieber vater,* [20])
e impij dicent Christum mentiri, cum dicit: Amen dico
is, si quid petieritis patrem meum [21] etc. Ita te et
um tuum mendacij arguent. *Ich weis, das wir von hertzen
dir schreien vnd sehnlich seufftzen.* [22]) Cur ideo [23]) non

---

[illegible] tu maneres? Ach mi Deus, creatura tua sumus, age nobiscum secundum beneplacitum tuum, largire modo nobis patientiam.
[illegible] affectu commiserationis] Reb.: affectu et commiseratione,
[illegible] *Lieber — tittel,*] Reb.: Clarissime Deus, titulum habes,
[illegible] *Ach herr — werffen.*] Reb.: Ach Domine nulla tamen aduersa petimus, [illegible] concedere claues tibi ante pedes prosternere.
[illegible] semper orabat, ingemiscens] Reb.: orabat, ac ingemiscens
[illegible] effrenes] Reb. *male:* effrenos
[illegible] neque purg. dic.] *a* Reb. *absunt.*
[illegible] impudentissime] *sic* Reb.: Cod.: confidentissime
[illegible] in] Reb.: et in
[illegible] etc.] *ap.* Reb. *deest.*
[illegible] *wie das du — vater,*] Reb.: Qui fit quod pluuiam nobis denegas, et nos interim dies noctesque petimus atque ploramus. Licet pluuiam non des, tamen meliora, nempe vitam tranquillam et pacem dabis, sedulo ante petimus, et adhuc orando non defatigamur si non, mi Pater, exaudies nos,
[illegible] patrem meum] *ap.* Reb. *desunt.*
[illegible] *Ich weis — seufftzen.*] Reb.: Scio quod ex intimo cordis affectu ad te clamamus et gemimus.
[illegible] ideo] Reb.: igitur

exaudis? Eadem nocte optima et fertilissima pluuia ue quod factum est anno 32. 9. Iunij etc. [24])

Anno 39. die [25]) 6. Ianuarij die Epiphanias Doctor M tinus Lutherus populum ad precationem hortabatur, co furorem Satanae in Papistis excaecatis, qui Caesarem et a reges contra Euangelium irritarent, furentes in [26]) suis b phemijs, quas contra ueritatem agnitam [27]) defendere uol Econtra nos nostra insigni [28]) malitia et ingratitudine [29]) i Dei prouocamus. Ergo poenitendum et orandum est, ut D cor Caesaris in manu sua ad Euangelij propagationem diri ne ipse contra Euangelium reuelatum, pro abominationil erroribus et obscoenis sceleribus Papistarum, arma contra sumat, qui syncerum Christi uerbum, Sacramenta, ueram tionem [*fol.* 35[b]] uiuendi in pijs statibus habemus. Ergo gilemus, oremus et agamus poenitentiam tempore hoc grat ne cum impio mundo damnemur, addens haec uerba: berna nos Deus, ut spiritualibus oculis uideamus infirmita nostram, et ad filij tui agnitionem perducamur, et Spi sancto regamur, purificati et sanctificati te confiteamur. An Precatio in papatu erat [30]) mera carnificina conscientiar et tantum *βαττολογία*, strepitus uerborum, non oratio, opus obedientiae.

PAPA TRIPLEX ORANDI GENVS PRÆCEPIT. [31])

I [32]) Materialem orationem, si quis uerba non intell recitaret, *wie die nonne den psalter.* [33]) Haec oratio tantum mandata, quo Papae satisfieret.

II [34]) Formalem, [35]) si quis uerba intelligebat. [36])

III [34]) Affectualem, ipsam deuotionem et intentionem ritualem. [37]) Haec tertia pars est propria substantia et c

---

24) etc.] *a* Reb. *abest.*
25) die] *ap.* Reb. *h. l. non legitur.*
26) in] *a* Reb. *abest.*
27) ueritatem agnitam] Reb.: agnitam ueritatem
28) nostra insigni] Reb.: insigni nostra
29) et ingrat.] *sic* Reb.; Cod. *male*: et ingratitudine, et malicia
30) in papatu erat] Reb.: erat in papatu
31) praecepit.] Reb.: praecipit. — *Apud* Reb. *verba:* Papa triplex *etc., in* Cod. *tanquam titulus subsequentibus inscripta sunt, cont verborum serie leguntur.*
32) I] Reb. *pro hoc signo numerali habet:* Videlicet
33) *wie — psalter.*] Reb.: Sicuti Moniales Psalterium.
34) II] *hic numerus et subseq.* III. *ap.* Reb. *non inueniuntur.*
35) Formalem,] *sic* Reb.; Cod.: Formalis,
36) intelligebat.] Reb.: intelligat.
37) Affectualem — spiritualem.] *sic* Reb.; Cod.: Affectualis ipsa deuo intentio spiritualis.

litas orationis, quam non urgebant, sed tantum materialem pronuntiationem et lectionem sicut psitaci. Hinc ortum est horarum canonicarum pelagus, quae sine omni spiritu legebantur, ita ut neque uerba neque sententias obseruarent.

Deinde recitauit Martinus Lutherus, quomodo initio Euangelij illis horis [38]) canonicis se macerasset, cum negotijs occupatus intermisisset, Sabbato inclusus septies orauit, [39]) tandem negotijs et ualetudine impeditus, non potuit implere, cumque alij ut Amsdorffius [40]) irriderent ipsius precationes se quoque dimisisse, et maxime ex desperatione. [42]) a) Ingens erat carnificina, unde per Euangelium liberati sumus. Et si solum hoc beneficium conscientijs contigisset ex libertate Christiana, gratiarum actione [43]) dignum esset. Nemo enim credit, quantae molestiae in papatu fuerint, nec potest aliter fieri, quin sine spiritu infinitae [*fol.* 36ª] leges et opera tradantur. [44]) Sicut liber rationale diuinorum infinita monstra tradit. [45]) Deinde dicebat D. Martinus Lutherus de precatione [46]) Dominica, quae nisi fide diceretur, non esset oratio, nec eam orare possumus [47]) sine mediatore Christo. Turci, [48]) Iudaei, possunt eam recitare, sed [49]) non orare, imo Apostoli post acceptam illam precationem, saepius orantes tamen non orabant. Nam Christus dicit Ioan. 16. Hactenus non petijstis quidquam in nomine meo. *So sie doch ohne tzweiffel viel werden diese wordt gebetet haben.* [50]) Sed ueniente spiritu sancto, tunc uere orarunt in nomine Christi. Summa. Iustitia [51]) legis neminem iustificat, quando [52]) oratio est opus, et lectio nihil est.

---

38) illis horis] Reb.: horis illis
39) orauit,] Reb.: orabat,
40) ut Amsdorffius] *ap.* Reb. *desunt.*
41) precationes,] Reb.: praecatione
42) ex desperatione.] Reb.: desperatione.
43) actione] *haec vox a* Reb. *omissa est.*
44) tradantur.] Reb. *male:* traduntur.
45) Sicut liber — tradit.] *haec a* Reb. *absunt.*
46) Deinde — precatione] Reb.: Deinde dixit, de oratione
47) possumus] Reb.: posset
48) Turci,] Reb.: Turcae,
49) sed] *a* Reb. *abest.*
50) *So sie — haben.*] Reb.: Cum tamen dubio procul haec verba orauerint.
51) Summa. Iustitia] Reb.: Summa iustitia
52) quando] *sic* Cod.; Reb.: cum

a) Reb. I, fol. 38b *huic loco in margine haec adnotavit:* Vide tomum secundum colloquium in vita Lutheri. [*scil. colloquium, quod orditur ap.* Reb. Tom. II. fol. 12b lin. 1. *inscript:* D. M. L. curriculum, *quod in* Cod. fol. 581b lin. 18. *incipit.*]

CONFESSIO AVRICVLARIS. *)

Reiecta impia et impossibili confessione, quàm pij singulis annis praecepto Papae, cum enumeratione omnium delictorum seu peccatorum et circumstantiarum obseruauerunt, [53]) cui operi tribuebant remissionem peccatorum. Hac carnificina [54]) liberati, retenta est confessio priuata, ut homines rationem redderent [55]) suae fidei, et suarum conscientiarum scrupulos et tentationes reuelarent, consilium petentes, absolucionem et coenam Domini sponte petentes, [56]) *dartzu man sie nicht tzwinget.* [57]) Ibi non homo, sed Deus absoluit. Quare sic docendi sunt homines, Christo fieri confessionem, et absolutionem per eum applicari. [58]) Os enim et auris ministri est os et auris Christi. [59]) Ideo ualde necessarium est, ut circumspecte et pie cum conscientijs agamus in confessione priuata, ut occulti et scandalosi tegantur, et personae ad ueram poenitentiam admoneantur, récitans casum, qui Erphordiae acciderat, ubi adolescens quidam ancillam matris suae stuprare tentauerat, mater uero hoc impedire uolens in ancillae lectum se collocauit, aduenies filius matrem esse [*fol. 36b*] ignorans exarsit, similiter et mater incensa concepit et peperit filiam, quae clam apud alios educata, tandem a matre ut alienigena recepta egregiae formae placuit filio, qui etiam ex ignorantia ducit in uxorem, *ist seine dochter, schwester, vnnd weib gewest.* Vniuersitas decreuit, [60]) quia esset secretum, et alias bonum coniugium, ut retinerent illud, ne maius scandalum sequeretur. *Also muss man sich in* casibus *wol fürsehn.* Nam casus matrimonij *b*) multum negotij faci-

---

*) Reb. I, fol. 39a lin. 9. — fol. 41b lin. 9. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 285 sqq. cap. 18.

53) obseruauerunt,] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

54) Hac carnificina] Reb.: Carnificina hac

55) rationem redderent] Reb.: redderent rationem

56) absolucionem — petentes,] *haec a* Reb. *absunt.*

57) *dartzu — tzwinget.*] Reb.: et tamen non cogitabuntur (*pro:* et tam. non cogebantur)

58) applicari.] Reb.: approbari.

59) est os et a. Christi.] Reb.: os et auris Christi est.

60) acciderat, ubi adolescens quidam — decreuit,] *pro his, quae h. l. in* Cod. *leguntur,* Reb. *exhibet tantum haecce:* acciderat, etc. Vbi vniuersitas decreuit, (*in margine* Reb. *huic loco adnotavit:* Vide in secundo Tomo de casibus matrimonialibus. [*scil.* T. II. fol. 171b, *ubi eadem historia narratur, item in* Cod. fol. 440a *in cap. inscripto:* Casus matrimoniales].)

b) Reb. I, fol. 39b *huic loco hanc notam in marg. addidit:* Vide in secundo Tomo de casibus matrimonialibus. [*scil. ap.* Reb. Tom. II. fol. 170a lin. 19. — fol. 173a lin. 4. *In* Cod. *hoc cap.* de casibus matrimon. *legitur* fol. 440a lin. 8. — fol. 442b lin. 3.]

unt pastoribus, Theologis, et consistorianis. [61]) Credo Apostolos illas molestias infinitorum casuum non esse expertos, quia ipsi uenerunt in regnum Romanum, ubi illa [62]) omnia egregie fuerunt constituta.

In confessione auriculari apud Papistas, opus tantum externum respiciebatur, *da war ein solch lauffen, das man sich niemer kont sat beichten.* [63]) Si quid inciderat [64]) peccati, iterum recurrebant, [65]) ita ut sacerdos ad me diceret: Deus iussit sperare in misericordia sua. Vade in pace. Et D. Hieronymus Schurffius [66]) ita cruciabatur, ut ter, quater recurreret ad sacerdotem [67]) ante Sacramentum. Imo ipsi porrigenti [68]) ad altare in aurem dixit scrupulum: *Wir machten die beichtveter müde, so machten sie vnns bange* suis conditionalibus absolutionibus. [69]) Ego absoluo te per meritum Domini nostri Hiesu [70]) Christi, propter contritionem cordis, confessionem oris, satisfactionem operum tuorum, et intercessionem sanctorum etc. [71]) *Die* Conditio *richtet alles vnglück an.* [72]) Nam haec omnia fecimus timore Dei, [73]) vt iustificaremur obruti infinitis traditionibus humanis. Quapropter Gerson coactus est laxare frena conscientijs. Is primus [74]) repit emergere ex illa captiuitate, scribens, Transgressionem traditionum et mandatorum Ecclesiae non esse peccatum mortale. [*fol. 37ª*] nisi fieret contumaciter. Haec uox etsi infirma, tamen multas conscientias erexit. Illas tenebras et errores Papa risit, [75]) gaudens se dominari conscientijs. Contra illam captiuitatem, Euangelij reuelatione, libertatem Christianam docui, contra legis rigorem et traditiones humanas. At nunc inepti et securi, qui illam captiuitatem [76]) non senserunt, legem [77]) plane repudiare praesumunt. Summa, tanta fuit

61) consistorianis.] Reb.: consistorijs.
62) illa] Reb. *male*: illi
63) *da war — beichten.*] Reb.: tum temporis tantus hominum accursus, quod nunquam satis confiteri poterant.
64) inciderat] *sic* Reb.: Cod.: incideret
65) recurrebant,] *sic* Reb.: Cod.: recurrebat,
66) Hieronymus Schurffius] Reb.: Hiero. Sch.
67) sacerdotem] *sic* Reb.; Cod.: confessorem
68) porrigenti] Reb. *male*: perrigenti
69) *Wir — absolutionibus.*] Reb.: Nos Ecclesiae ministros confessione defatigabamus, illi vere suis absolutionibus conditionalibus corda nostra angebant.
70) Domini nostri Hiesu] *a* Reb. *absunt.*
71) etc.] *ap.* Reb. *deest.*
72) *Die* Conditio — *an.*] Reb.: Conditio illa omnis mali radix fuit.
73) timore Dei] *ap.* Reb. *non leguntur.*
74) primus] Reb.: primum
75) risit,] Reb.: vrsit,
76) captiuitatem] *sic* Reb.; Cod.: securitatem
77) legem] Reb. *typ. err.*: legum

traditionum humanarum [78]) carnificina, ut nemo crederet, nisi nos adhuc uiuos homines testes in illorum libros [79]) haberemus, non posset persuaderi tantam fuisse caecitatem. [80]) Si Papa nihil peccasset, *den in der marter wochen* dignus esset, *das man ihn mit glüenden tzangen tzerrisse.* [81]) Nostrum seculum nunc ignorat hanc captiuitatem, uiuit sub magna licentia, neque legem neque Euangelium curans, sed securissime sacram scripturam contemnens.

Dicebatur de auriculari confessione, qua homines proderentur, *do man ausfragtte,* [82]) utrum de aliquo aliquid audiuisset. Respondit Martinus Lutherus: *In beicht weise sol der kirchvater solches nicht bekennen,* c) *ists auch nicht schuldig einem andern tzu verratten,* quia [83]) hoc pertinet ad ius fori. *do gehoren tzeugen tzu.* [84]) Illud pertinet ad ius coeli, uidelicet ad conscientiam. Ideo dicendum: *Lieber herr richter ich weis nichts darumb, wie ihr wissen sollet.* [85])

Interrogauit quidam Martinum Lutherum: Si parochus absoluit mulierem, quae necauit infantem, et res postea inuulgata per illos, utrum parochus a Iudice interrogatus, id testari debet? Respondit Martinus Lutherus: Minime, nam forum politicum et Ecclesiasticum distinguendum est. Illa enim mihi nihil confessa est, [86]) sed Christo, quod si Christus [*fol.* 37^{b}] celat, ego etiam celare debeo, et simpliciter dicere me nihil audiuisse. Si Christus quid audiuerit, dicat. *Ich wolt derweil heimlich tzu ihr sagen:* [87]) Poenitentiam age meretrix, [88]) caue ne amplius facias. Quid si illa [89]) mulier diceret, esse se [90]) absolutam a nobis, eam quoque a legibus politicis liberatam, quia Christus dimiserit, Ideo iudices nihil

---

78) traditionum humanarum] Reb.: humanarum traditionum
79) in illorum libros] *ap.* Reb. *desunt.*
80) fuisse caecitatem.] Reb.: caecitatem fuisse.
81) *den — tzerrisse.*] Reb.: tamen propter peccata, quae perpetrabat in die louis et Veneris post Dominica Palmarum dignus fuisset, iguitis forcipibus dilacerari.
82) *do man a.*] Reb.: Vbi minister explorabatur,
83) quia] *sic scripsi;* Cod.: qui
84) *In beicht weise — tzu,*] Reb.: Quantum ad confessionem, minister Ecclesiae, facta confessionis reuelare non debet nec alium prodere cogi potest.
85) *lieber — sollet.*] Reb.: Domine Iudex, facta confessoris, de qua tu quaeris, modo me latent.
86) confessa est] Reb.: est confessa,
87) *Ich — sagen:*] Reb.: ego priuatim ad illam dicerem,
88) meretrix,] Reb.: meretrix, etc.
89) Quid si illa] Reb.: Quod si ista
90) esse se] Reb.: se esse

c) *N. M. in* Cod.: *Man sol nicht aus der beicht waschen.*

possint iudicare. Si ego citarer [91]) ea de re, ad tale negotium [92]) iterum negarem *den ich bin nicht der man*, [93]) qui in foro politico loqui debet, sed in foro conscientiae. *Darumb solt ich sagenn: sie ist absoluirt, do weis ich beichtvater nichts vmb, sondern Christus weis es, mit welchem sie geredt hat, das ich hore sie nicht beichte, absoluire sie auch nicht, sondern Christus. Sie sollen vns nicht tziehen* ad forum ciuile, *darumb sollen wir ob dem* iure Ecclesiae *halten vnnd wollen dem* foro ciuili *nicht mer gut lassen sein, den was sein recht ist.* [94])

Quid si confessor daret *einen beicht tzedel?* [95]) ut Venetijs accidit, ubi monachus matronam absoluit, quae adolescentem amatorem coitu interfecit, et in canalem praecipitauit. At monachus pecunia illectus, prodidit matronam. Ipsa se absolutione et syngrapha monachi tuetur, tandem senatus sic iudicauit, [96]) monachum comburendum, matronam in exilium expellendam. [97]) Respondit Martinus Lutherus: Sapiens est sententia Venetorum, et monachus proditor merito combustus est. Si ego pauidae conscientiae dedissem syngraphum, quam iudex haberet, ut eam uinceret, ibi ego iure possem meam syngraphum repetere, sicut ego poposci meas literas [98]) a Duce Georgio. Nam qui tenet aliorum literas non bono titulo, fur est. At hae literae sunt scriptae foro Ecclesiastico, et conscientiae. Ideo iudex politicus bono iure [99]) eas tenere non potest.

Confessio priuata non requirit necessario enumerationem omnium peccatorum, *Sie sagen, was sie wollen, wir tzwingen sie doch nicht,* [100]) cum scrupulum suae conscientiae [1]) proponunt, emendationem [*fol.* 38ª] promittunt, et desiderium sacramenti fatentur, suaeque [2]) fidei rationem reddere pos-

91) citarer] ***sic*** Reb.; Cod.: citatus
92) ad tale negotium] ***a*** Reb. ***absunt.***
93) ***den ich — man***] Reb.: Ego enim non sum ille,
94) ***Darumb solt — recht ist.***] Reb.: ideo dicere deberem, persona est absoluta, aliter ergo, tanquam minister Ecclesiae dicere non possum, Christus solus nouit, cum quo persona locuta est, nec mihi, sed Christo confessa est, qui illam absoluit, non debent nos trahere ad forum ciuile, ideo de iure Ecclesiae minquam discedere, aut iure ciuili, vltra suum debitum aliquid permittere volumus.
95) ***einen b. tz.?***] Reb.: literas confessionis et absolutionis,
96) senatus sic iud.] Reb.: sic iudicauit Senatus,
97) expellendam.] Reb.: depellendam.
98) meas literas] Reb.: literas meas
99) iure] Reb.: titulo
100) ***Sie sagen — nicht,***] Reb.: dicunt libere quicquid illis in buccam venerit, non coguntur,
1) suae conscientiae] Reb.: conscientiae suae
2) suaeque] Reb.: suae

sunt. Haec est potissima causa, cur confessionem retineamus, ut Catechismus priuatim repetatur, *wie wol ich sie meine tage nicht vnterlassen wil.* [3]) Non homo, sed Deus absoluit. Sed hoc etiam [4]) maxime docendi sunt homines, non homini, sed Christo fieri confessionem, Item non hominem, sed Christum absoluere. Sed pauci hoc hodie intelligunt. Ego hisce diebus Bohemis respondi, qui urgent solum Deum remittere peccata, et meo libello de clauibus offenduntur. Quare sic docendi sunt homines, Christo fieri confessionem, Christum absoluere per os ministri, os enim et auris ministri, est os et auris Christi, *auffs* Verbum *vnnd* mandatum Dei *sol man sich verlassen, nicht auff die personen. Christus sitzt do. Christus horets, es ist Christi wordt, nicht eines menschen.* [5]) .

OBIECTIO.

Ergo uerbum Christi, [6]) quod ipse locutus est in terris, [7]) et uerbum ministri, idem est uerbum ore et effectu. Respondit Martinus Lutherus: [8]) Ita, quia dicit: [9]) Qui vos audit, me audit. Rom. 1. [10]) Euangelium est potentia Dei ad salutem [11]) etc.

PATIENTIA. *)

Excellentissima uirtutum est patientia, quae in scripturis a Spiritu sancto maxime commendatur, et exercitio crucis probatur. Etsi philosophi eam magni faciunt, tamen illius fundamentum nesciunt, neque possunt eam uoluntate et auxilio diuino proponere. Epictetus [12]) egregie dixit: *ἀνέχου κ' ἀπέχου*, [13]) *leidt vnnd meidt* [14]) et Hebraei his uerbis optime exprimunt:

---

*) Reb. I, fol. 41b lin. 10. — fol. 42a lin. 6. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 216 sq. cap. 14. §. 24, 26.

3) *wie wol — wil.*] Reb.: quanquam ego per dies vitae meae illam non intermittam.
4) hoc etiam] Reb.: etiam hoc
5) *auffs* Verbum — *menschen.*] Reb.: in verbo et mandato Dei confidendum, non in persona, Christus enim ipse assidet, solus Christus auscultat, sunt ipsius Christi verba non hominis.
6) Christi] Reb.: Dei et Christi
7) in terris] *a* Reb. *absunt.*
8) Respondit Mart. Luth.] Reb.: Respon. (*nomine omisso*)
9) quia dicit:] *ap.* Reb. *desunt.*
10) Rom. 1.] *sic recte* Cod. (*vide* Rom. 1, 16.); Reb.: Rom. 2.
11) ad salutem] *ap.* Reb. *non leguntur.*
12) Epictetus] Reb.: Epictetes
13) *ἀν. κ' ἀπ.*] Reb.: *ἀν. καὶ ἀπ.*
14) *leidt. v. m.*] Reb.: Sustne et abstine,

Auditio *glaub nicht alles was du horest*
Silentium *sage nicht alles was du weist*
Patientia *thu nicht alles was du mugest.* [15])

Quidam conquerebatur se in pace cum omnibus uiuere, et [*fol.* 38b] tamen multorum odijs onerari. Respondit Martinus Lutherus: Habe patientiam, nec quaeras causam [16]) odij contra te, *Lieber was thun wir Christen dem teuffel, was felet ihm, das er vns so feindt ist, on das er das nicht hat, das vnser herrgott hat.* [17]) Ideo perpetuo odio flagrat contra nos. Ergo

Si Dominus dederit cibum, ede.
Si ieiunium, patere.
Si honores, accipe.
Si damnum, ferto.
Si coniecerit in carcerem, sustine. [18])
Si noluerit te esse regem, uocantem sequere.
Si deiecerit te, noli curare.

LIBERVM ARBITRIVM. *)

Nomen liberi arbitrij odiosissimum fuit omnibus patribus, quamuis ipsi et nos concedimus Deum homini dedisse liberam uoluntatem. Sed hic quaestio est, utrum illa libertas sit in nostris uiribus, *man solt es billig heissen* [19]) uoluntatem uertibilem, mutabilem, quod Deus in nobis efficit, et nos passiue facimus, [20]) sicut ex massa eadem figulus [21]) facere potest uas gloriae aut ignominiae. Ita nostrum liberum arbitrium, est passiuum, non actiuum, quia non consistit in nostris uiribus. Ideo Doctor Staupitius, homo insignis, haec de libero arbitrio dixit: Ego indies proposui mihi me probum futurum, ideo toties confessus semper uolebam me emendare, sed haec fuit iustitia nimis remota. *Ich mag gott niemer ligen. ich kans doch nicht thun, ich wil eines gutten stündtleins wartten, das*

---

*) Reb. I, fol. 42a lin. 7. — fol. 42b lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 47 sqq. cap. 10.

15) Auditio — *mugest.*] Reb.: Auditio, silentium, pacientia.
16) causam] Reb.: vindictam nec causam
17) *Lieber — hat.*] Reb.: quid tamen mali facimus Diabolo, quid deest illi quod tanto odio nos prosequitur, sed haec est causa, quod hoc non habet quod Deus noster habet,
18) sustine.] Reb.: sustineto.
19) *man — heissen*] Reb.: appellare deberent
20) facimus,] Reb.: faciamus,
21) ex massa eadem figulus] Reb.: Figulus ex Massa eadem

mir gott mit seiner gnaden begegne, sonst ists verlorenn. [22]) Nam humanum uelle aut praesumptionem, aut desperationem [23]) gignit. [*fol.* 39ª] Non enim potest homo legem Dei facere, [24]) et saepius his [25]) utebatur uerbis: *Es ist ein grosser berg,* Lex, *du solt hinüber.* Caro respondit: *Ich wil hinober.* Conscientia: *du kanst nit hinober. So wil ichs lassen,* Desperatio. [26]) Ita lex aut praesumptionem aut desperationem parit in hominibus, et tamen est praedicanda. Si legem praedicamus, facimus homines desperabundos. Si illam non docemus, efficiuntur segnes.

PAX ET CONCORDIA. *)

Pax coeleste donum est, etiam mundo gratum. [27]) Ideo Aristophanes dixit: O Veneranda pax, largitor [28]) omnium rerum, quo te nomine appellabo. Et Cicero dicit: [29]) Dulce nomen pacis, res uero ipsa periucunda et salutaris. Ideo Paulus praecipit, ut pro magistratu et pace precemur. Oremus igitur et pugnemus. [30]) Nam uerbum fidei et oratio iusti sunt arma fortissima. Et ipse Deus Angelos suos in circuitu timentium eum mittit. [31]) Ideo nobis pugnandum est, quia sub Domino exercituum sumus, et alacriter aedificemus, altera manu gladium gestantes. *Es mus ser ernstlich gestanden sein, do die Iüden die kellen in der einen handt gefüret vnnd gemauret vnnd balt das schwerdt mit der andern handt getzuckt, darum mogen wir wol beten wider die altte schlange,* [32]) mordentem calcaneum Christi, et nunc opus est, ut uigilemus,

---

*) Reb. I, fol. 42ᵇ lin. 9. — fol. 44ᵇ lin. 16.

22) *Ich mag — verlorenn.*] Reb.: Mentiri nequeo, hoc optatum expectabo, donec mihi Deus gratia sua occurrat, alias actum fuerit de mea salute.
23) aut praes., aut desper.] Reb.: aut desper., aut praesumpt.
24) potest homo l. D. facere,] Reb.: homo l. D. facere potest,
25) his] Reb.: ijs
26) *Es ist* — Desperatio.] Reb.: mous est altissimus, dicit lex. Transcendere debes, caro respondit. Transcendam praesumptio. Conscientia, non potes transcendere, ergo intermittam, desperatio.
27) gratum.] Reb.: grata.
28) largitor] *sic* Cod.: Reb.: largitrix
29) dicit:] Reb.: dixit:
30) igitur et pugnemus.] Reb.: et pugnemus igitur.
31) mittit.] Reb.: mittet.
32) *Es mus — schlange*] Reb.: Fuerit res grauissima et minime contemnenda, quod Iudaei dum aedificabant et erigebant muros in Hierusalem, una manu opus suum perficiebant, altera tenebant gladium, ideo sine intermissione aduersus veterem Serpentem, nobis est orandum,

den es gielt vnns, [33]) quia Turcam foedere prouocabunt contra nos. *man meinet vnns, wir mügens wagen*, [34]) quia etiam contra sanctos Dei praeualebit, ut Dauid [35]) dicit: Externe summo periculo laboramus de proditione. Papistae enim tentabunt pecunia corrumpere omnes nostros capitaneos, asellus *ille* [36]) auro onustus omnino [37]) ualet. Sicut Cornelius Tacitus de Germanis dicit uel scribit: Nos docuimus eos pecuniam accipere, nulla fides est in terris, Galli et Hispani inter se inimicissimi, tantum [38]) commodi causa [39]) contra nos conspirant. [40]) Deinde *fol. 39b*] dicebat de Iuristis contenciosis et Theologiae contemptoribus. Concordia paruae res crescunt. sed discordia praecipue in professionibus est periculosissimum. Nam illi se mutuo osculari debent, sed si mutuo nos mordemus, inuicem consumemur. [41])

Anno 39. Dominica Reminiscere in publica concione. Martinus Lutherus hortatus est pro pace, illis periculosissimis *temporibus*, ubi per 20 annos miraculosam pacem coelitus habuimus. Nam nulla tempora cursus Euangelij tam diu fuere [42]) pacifica. Optime Deus amoue bellum uastans [43]) terram et omnes confusiones, [44]) *gieb vnns ein starcke pestilentz darfur. dan doch die leutte from sein*, [45]) et non fiat uastatio religionis, politiae et oeconomiae.

Anno 39. 15. Martij, dicebant [46]) de furore Papistarum, qui in Bohemia milites conscripsissent contra Euangelicos, et Brunschwigae populum et exercitum esse congregatum alieno nomine *ohne herren*, [47]) Respondit [48]) Martinus Lutherus: Da pacem Domine, *schone vnd las vns vnser sünde nicht entgelten, wir sint Ja tzu bose vnnd vndanckbar*, [49]) securi, interim

---

33) *den es g. v.*] Reb.: nostra res agitur,
34) *man — wagen,*] Reb.: nos perdere quaerunt, ideo nostrum erit fortiter pugnare,
35) Dauid] Reb.: Daniel
36) ille] Reb.: iste
37) omnino] Reb.: omnia
38) tantum] Reb.: tamen
39) causa] *sic recte* Reb.; Cod.: eam
40) conspirant.] Reb.: spirant.
41) Deinde dicebat — consumemur.] *haec ap.* Reb. *non inveniuntur.*
42) fuere] Reb.: fuerunt
43) bellum uastans] Reb.: bella, vastantia
44) confusiones,] Reb.: conditiones,
45) *gieb — sein,*] Reb.: admitte prius pestem grauem, in qua homines tamen ad poenitentiam vocantur,
46) dicebant] Reb.: dicebatur
47) *ohne h.*] Reb.: sine duce,
48) Respondit] Reb. *h. l. et plurimis aliis locis:* Respondet
49) *schone — vndanckbar,*] Reb.: parce nobis, et noli corripere nos propter nostra peccata, sumus certe satis malitiosi, ingrati,

Satan non dormit, *sie kunden alhie in das lendtlein bald ein einfal thun, vnnd alles tzerstoren,* [50]) quia nulla [51]) est firma aut [52]) structa ciuitas, aut armis. [53]) *Ich frewe mich aber, das wir nicht den ersten angrieff thun, vnnd wan wir gleich in diesem lendtlein bleiben vnnd erwürget würden, so würde dennoch der lermen ausgehen vber den Reinstrom vnnd Beiern, wir Sachsen sindt schwach alhier, sitzen vnter den dornen, haben boss schutzherrn,* [54]) Marchionem et D. Georgium, *aber gott ist der oberste schutz herr,* [55]) ille dicit, voluntas mea fiet, *ohn das wir auch soltten fromer sein, so hat er doch gedult mit vns,* [56]) modo illius gratiam non contemnamus. [*fol. 40*] *greiffen sie vnns an, so verleihe vns gott gedultt, wan wir einen hellen tzusetzen, so müssen sie einen fl. daran wagen, dan sie haben hare, wir sint blos.* [57]) Mittet Dominus terrorem in Amorritas et defendet Iacob, ut Moyse [58]) dicit. Nisi Deus pro nobis esset, *so weren wir lange auffgeflogen, vnnd wan sie gleich vns erwürgen, so werden sie nicht viel aussrichten.* [59])

Philippus Melanchthon ex Francfordiensi conuentu scripserat ad Martinum Lutherum de rerum statu. Dixit Martinus Lutherus: In Philippo magna est authoritas et grauitas, qui multa paucis uerbis comprehendit, [60]) seque intelligere ex eius scriptis, [61]) futurum esse bellum, quia Papistae nollent, nostri autem non possent cedere. [62]) *das es also bestünde Nun wolan so last hergehen* [63]) in nomine Domini, *ich wil*

---

50) *sie kunden — tzerstoren,*] Reb.: Facillime nostram regionem occupare et deuastare possent,
51) nulla] Reb.: non
52) aut] Reb.: et
53) aut armis.] *a* Reb. *absunt.*
54) *Ich frewe — schutzherrn,*] Reb.: interim tamen laetus sum, quo aduersarij nostri ad bellum in primis non prouocentur per nostros, licet quo in hac regione omnes interficiemur, attamen Rhenani atque Bauari maximu patientur damnum, nos hic in Saxonia debiles, et spinis impliciti sumus, in deles habemus defensores
55) *aber — schutzherr,*] Reb.: Verum Deus est refugium et virtus,
56) *ohn das — vns,*] Reb.: et vt fiamus probiores, patiens est erga nos,
57) *greiffen — blos.*] Reb.: Verum si adoriantur nos, Deus nobis potentia concedat, nam si nos obulum vnum apponimus, illos florenum habere spo tet, illi enim sunt pilosi, nos vero et nudi sumus.
58) Moyse] Reb.: Moses
59) *so weren — aussrichten.*] Reb.: in nihilum redacti fuissemus, et si inte ficiant nos, nil magni tamen efficient.
60) In Philippo — comprehendit,] *ap.* Reb. *desunt.*
61) Seque — scriptis,] Reb.: Se ex eius Scriptis intelligere,
62) cedere.] *sic* Reb.: Cod.: credere
63) *das es — hergehen*] Reb.: Vtinam res ita sese haberet, bene, accede modo

ssen waltten, [64]) et ero Crito in Comoedia. Orabimus,
us nostros aduersarios mutet, *wir haben Ja ein gutte sache*, [65]) Quis non uellet pro sacris pugnare? Vltra
ccedit etiam politica iustitia, quia nostri prouocati petie-
acem, ipsi autem concedere nolunt. *Aber die Memme ents* [d]) *richtet alles vnglück an.* [66]) Et ille Mezentius
icensis conatur mala facere, quapropter nostri praecise
ur respondere. *Es ist nicht gut lange harren*, [67]) Me-
t praeuenire quam praeueniri. Si loco Landgrauij es-
aut perirem aut ipsos perderem, quia nolunt pacem
dere in iustissima causa. Sed non licet mihi praedica-
lia consulere. - Si ipsi candide uellent pacem, nostris [68])
concessissent, non duodecim diebus suspendissent.
m dixit, *diese brieffe sein vor 10 tagen gegeben, es wirdt chon beschlossen sein, wie es werden sol, der Ewige gott seine gnade dartzu.* [69]) Oremus et uigilemus, quia Sa-
on dormit.

fol. 40[b]] Cum diceretur de inducijs [70]) Francofordiae
respondit: Non possum persuaderi, quomodo [71]) inter
t Papistas induciae fieri possint, quia neutra pars cedit,
rpetuum est bellum inter semen mulieris et serpentem,
iegen sich nicht müde, [72]) sicut Reges inter se fatigati [73])
inducias faciunt per aliquot annos. Istae conditiones
e causa locum habere non possunt, quia nos non possu-
cedere a Christianae religionis confessione, [74]) quod ipsi
t, neque ipsi uolunt desistere a suis idolatrijs et abomi-
nibus, *der teuffel wil ihm die füsse nicht lassen abhauen*, [75])
e Christus uult cursum uerbi sui [76]) impediri. Ideo
inducias cogitare et sperare possum [77]) inter Christum

---

ich — waltten] Reb.: ego Deo nostro nostram causam commendabo,
wir — sache,] Reb.: causam habemus iustam.
Aber — an.] Reb.: Verum Episc. ille Mogunt. est author nostri infortunij.
Es ist — harren,] Reb.: Dilatio longa non est necessaria,
uellent pacem, nostris] Reb.: vellent, pacem nostri
diese brieffe — dartzu.] Reb.: hae literae decimo die sunt datae, nunc forsan decreuerint quid fieri debet, aeternus Deus adsit nobis sua gratia et clementia.
inducijs] *sic recte* Reb.; Cod.: iuditijs
quomodo] Reb.: quod
die kriegen etc.] Reb.: illi bellando non defatigantur.
fatigati] Reb.: defatigati
confessione,] Reb. *typ. err.*: confessionem,
der teuffel etc.] Reb.: Diabolus pedes sibi abtruncare concedere non vult,
cursum uerbi sui] Reb.: verbi sui cursum
cogitare et sperare possum] Reb.: cogitare possunt
N. M. in Cod.: Episcopus.

et Belial. Tandem undecima Maij, Vocem iucunditatis, Martinus Lutherus populum in concionibus adhortabatur ad gratiarum actionem pro pace huius anni, quia Deus uigilaret contra sanguinolentos Papistas, qui sathanico odio contra nos furiunt, et singulis annis bellum spirant, sitientes nostrum sanguinem, quos Deus saepe [78]) confudit et confundet. Sicut iam miraculose ipsemet Deus pacem fecit, occiso impio Duce Georgio. [79]) Ergo gratias agamus, oremus et poeniteamus, nam nulla pax speranda erit Papa regnante, Et Euangelio lucente perpetuum erit odium. Deus custodiat nos a sanguine, ideo orandum etc. [80])

[*fol.* 44ª] DE PRAEDESTINATIONE. [81])

CVR IN ADAM PLVRES DAMNENTVR QVAM IN CHRISTO SALVENTVR. *)

Cum omnes homines per lapsum Adae damnati sint, cur etiam non omnes [82]) per Christum saluentur et plerique maneant impij? Respondit Martinus Lutherus [83]) quaestionem hanc esse inexplicabilem, [84]) quae per instantiam solui debet, scilicet, *das vnnser herrgott so tzornig soltte sein*, [85]) sicut hoc argumentum sonat, soluo per instantiam, uidelicet, quod Deus non sit iratus, [86]) qui filium suum proprium pro nobis dederit. Si [87]) quaeritur, *Warumb gott hat lassen den menschen fallen?* [88]) Tu interroga, *warumb gott seinen son hat lassen sterben, darinne wir sehen, das gott mer gewendet hat auff die liebe denn auff den has.* [89]) Satan quidem decepit

---

*) Reb. I, fol. 44ᵇ lin. 17. — fol. 46ª lin. 28.

78) saepe] Reb.: saepius
79) Georgio] Reb. *habet siglam*: G.
80) etc.] *a* Reb. *abest.*
81) De Praedestinatione] *haec inscriptio alteri subsequenti in* Cod. *superscripta, ap.* Reb. *non reperitur.*
82) cur etiam non omnes] Reb.: cur non etiam
83) Respondit Mart. Luth.] Reb.: Respondet D. M. L.
84) esse inexpl.,] Reb.: inexpl. esse,
85) *das — sein,*] Reb.: Deum nostrum adeo esse iratum,
86) iratus,] Reb. *male:* oratus,
87) Si] Reb.: Sic
88) *Warumb — fallen?*] Reb.: quare Deus hominem labi permiserit?
89) *warumb — has.*] Reb.: quare Deus Filium suum in mortem tradiderit, in qua re obseruandum, Deum maiorem sumptum in dilectionem quam in odium impendisse.

Adam, at Deus misit filium suum in mundum, *hat mer hieher gethan dan dort hin*, [90]) uidelicet, impijssimum mundum filio suo redemit, *auff solches müssen wir mercken*, [91]) quantum bonitatis diuinae sit mittere proprium filium [92]) et non uidere, quantum peccati habeamus, *vnnd wie viel ihr tzur helle faren, gott hette es alles können vorhomen, das er auch die welt nicht hat dorffen schaffen*, [93]) Sic volo sic iubeo, sit pro ratione voluntas. [94]) *aber der Satan kompt mit seinem* Quare *dorein*, [95]) et vult omnia secreta Dei perscrutari. [96]) Talem inuestigationem nullus hominum ab alio ferret, multo [97]) minus Deus a nobis uidelicet ferret. [98]) *Er wil allein herre sein*, [99]) non est [100]) meum iudicare Turcas, Tartaros, impios, tantum communi sententia scripturae: Qui crediderit et baptizatus [1]) etc. Illos damnare possum. *Wiel aber vnser herrgott etwas anders durauss machen*, [2]) non est meum iudicare [*fol. 41b*] *wir sollen gleuben das regiement das gefurt ist.* [3]) Deus autem habet exceptionem. Nam credendum est, *das vnser herrgott sie alle fromer man sei dann wir sint*, [4]) ipse solus facit et dat, quae nullus hominum faceret, *ob er sich auch wunderlich stellet*, [5]) ut illum damnet, hunc iustificet, *das sollen wir nicht wissen. Er thuts nicht ohn vrsache. Es were der elendeste gott, so er einem iglichen andtwortten solte auff seine fragen.* [6]) sufficiat [7]) nobis scire uerbum illius [8]) reuelatum. Hoc autem

---

90) *hat — dort hin,*] Reb.: maiora bona huc quam illuc apposuit,
91) *auff — mercken,*] Reb.: hoc bene obseruare deberemus,
92) quantum bonitatis diuinae sit mittere pr. fil.] Reb.: quantum sit bonitatis proprium Filium mittere
93) *vnnd wie — schaffen,*] Reb.: et quot homines ad inferos descendunt, Deus his omnibus in tantum praeuenire potuisset, quod etiam mundum creare non ei fuisset opus.
94) sit pro r. u.] *a* Reb. *absunt.*
95) *aber — dorein,*] Reb.: verum Sathan cum suo Quare se ingerit,
96) perscrutari.] Reb.: scrutari.
97) multo] Cod. *calami err.*: multa
98) uidelicet f.] *a* Reb. *absunt.*
99) *Er — sein,*] Reb.: solus enim dominari vult,
100) est] *ap.* Reb. *deest.*
1) baptizatus] Reb.: baptizatus fuerit
2) illos damnare — *machen,*] Reb.: Illi damnari non possunt, si autem Deus aliquid noui condere vult,
3) *wir — ist.*] Reb.: sed credere in regimen quod ordinatum est,
4) *das — sint,*] Reb.: Deum maiorem habere pietatem quam nos,
5) *ob er — stellet,*] Reb.: licet esset mirabilis,
6) *das sollen — fragen*] Reb.: nostrum non interest scire hoc, nihil enim facit sine causa, miserrimus esset Deus, si cuilibet ad interrogata deberet respondere,
7) sufficiat] Reb.: sufficit
8) illius] Reb. *male*: illum

relinquimus, et uolumus uoluntatem absconditam inuestigare, *messen also den windt mit scheffeln vnd wegen das fewer mit wogen*, [9]) tales sunt omnes scrutatores diuinae maiestatis.

Disputationem de praedestinatione omnino fugiendam et [10]) D. Staupitius dixit: Si uis disputare de praedestinatione, incipe a uulneribus Christi. Tunc disputatio illa [11]) cessabit. Econtra Christus, uerbum, et Sacramenta huic disputationi cedunt, *ich vergesse alles was Christus vnnd gott sei, wan ich in diese gedancken kome, bin ich in denen anschlegen, das gott ein boswicht sei.* [12]) Ideo continete in reuelato uerbo, quo Deus se manifestauit, ibi [13]) viam salutis tuae habes, modo illi credas, sed in praedestinatione Dei obliuiscimur, *do horet das* Laudate *auff vnnd gehet an das* Blasphemate. [14]) Nam in Christo omnes thesauri sunt absconditi, et extra Christum sunt omnes [15]) clausi. Ideo hoc argumentum de praedestinatione negandum est per inficiationem. [16])

Sententiae de praedestinatione, quae uidentur nos [17]) deterrere, hoc tantum efficere uolunt, ut nobis ostendant infirmitatem nostrarum [18]) uirium, hortantes nos ad poenitentiam, fidem et orationem. Haec agentes sumus praedestinati. *Darumb sol man* [19]) in disputationibus praedestinationis, in Christo [*fol. 42*^{a}] incarnato et passo *vnden anfahen, da findet man vnnd horet den vater, denn alle die oben angefangen haben, die haben den hals gestürtzt.* [20]) Ita a Carolostadio audiui de praedestinatione disputante: *Wan das solt sein, so wer es eben so mer in die helle gerent als hinnein getrabet.* [21]) Et Eislebius prorupit in haec uerba: *Ich habe sorge, es werde tregk regnen.* [22]) Et Muntzerus cum nos illi oppo-

9) *messen — wogen,*] Reb.: et sic aërem modio demetiri, et iguem libra trutinari conantur,
10) Disputationem de pr. o. fugiendam et] Reb.: Disputatio de pr. o. fugienda. Et
11) disputatio illa] Reb.: illa disputatio
12) *ich vergesse — sei.*] Reb.: obliuioni trado quid sit Deus, quis Christus, si hisce inutilibus cogitationibus obruor, et iudico Deum non esse iustum.
13) ibi] Reb.: vbi
14) *do horet* etc.] Reb.: et non amplius canimus laudate, sed blasphemate.
15) sunt omnes] Reb.: omnes sunt
16) inficiationem] *in* Cod. *primum erat scriptum:* iustificationem, *deinde autem mutatum est in:* inficiationem, *id quod etiam ap.* Reb. *legitur.*
17) nos] Reb.: me
18) nostrarum] Reb.: nostram
19) *Darumb s. m.*] Reb.: Ideo
20) *vnden anfahen — gestürtzt.*] Reb.: in gradu inferiori incipiendum, ibi auditur et inuenitur Pater, omnes enim qui in loco superiori inceperunt, ceruicem fregerunt.
21) *Wan — getrabet.*] Reb.: Si hoc verum esse deberet, melius esset ad inferos cursitare, quam gradatim incedere.
22) *Ich — regnen.*] Reb.: vereor stercora pluere.

ueremus Pauli sententiam. Rom. 8. Quos iustificauit, hos sanctificauit, Ibi ille dixit: *Ich weis Ia Euer sprüche wol.* Darumb *stossen sie ihr hart* in disputacione, *denn er wolt nicht an Christo anfahen,* [23]) de quo scriptura dicit: Hunc audite. Item nemo uenit ad patrem, nisi per filium. Sed ipsi [24]) Christum et illius [25]) uerbum repudiant, sicut Muntzerus dicebat (*das ihm gott verzeihe*) *wan Christus nicht mit mir reden wolt, so wolt ich ihn' nicht ansehen, drumb ging er balt tzu boden, der die Erste secte vnd auffrur anrichtete mit seinem geist, vnnd verachtet* Verbum uocale. [26])

Carolostadius uero Sacramentarius institutionem Coenae negauit. [27]) Anabaptistae omnes Dei ordinationes repudiabant. [28]) Illae tres sectae cursum Euangelij impedierunt, et multae aliae sectae adhuc orientur, nisi Deus auertat. Ego grauiter uexatus sum his cogitationibus, de praedestinatione, quid Deus mecum facturus esset. Sed tandem Dei gratia eas [29]) repudiaui, et me in uoluntatem Dei reuelatam reieci, *wir konnens auch nicht hoher bringen.* [30]) Nam occulta Dei uoluntas homini [31]) est imperscrutabilis, et Deus illam celat propter sapientissimum spiritum Diabolum, ut hic [32]) fallatur. Nam reuelatam didicit ex nobis, occultam uero sibi retinet Deus. Sufficit nobis in humanitate Christi quiescere, in qua Deus Pater se reuelauit. Sed inepti sumus, [*fol.* 42[b]] quod uerbo et uoluntate Patris in Christo neglecta, mysteria scrutamur, quae sunt abscondita. *darumb stürtzen auch ihr viel den hals, die mit solchen gedancken vmbgeen.* [33])

ARGVMENTVM.

Praedestinatus Deo semper placet.
Dauid est praedestinatus. Ergo [34]) nunquam peccauit.

---

23) *Ich weis — anfahen,*] Reb.: dicta vestra bene noui, ideo grauiter illum in disputatione oppugnabant, nolebat enim in Christo incipere,
24) ipsi] Reb.: illi
25) illius] Reb.: ipsius
26) (*das ihm — uocale.*] Reb.: (Deus illi condonare velit) si Christus mecum loqui non vellet, ego eum non inspicerem, ideo paulo post funditus interijt, qui primam reditionem cum spiritu suo fanatico incipiebat, et verbum vocale contemnebat.
27) Coenae negauit.] Reb.: negauit Coenae.
28) ordinationes repudiabant.] Reb.: ordinationem repudiarunt.
29) eas] Reb.: illas
30) *wir — bringen.*] Reb.: nos altius ascendere non possumus.
31) homini] *ap.* Reb. *deest.*
32) hic] Reb.: is
33) *darumb — vmbgeen.*] Reb.: Quare multi, qui in istis inutilibus quaestionibus versantur, colla frangunt.
34) Ergo] Reb.: Igitur

Respondeo: Non licet nobis iudicare secundum pra stinationem, sed iuxta uerbum Dei reuelatum, quod bona o mandat, mala uero prohibet. Nam pius non est ociosus, opera bona sunt testimonia et effectus fidei, imo debitu regenerato [35]) homine. Ideo causa, cur Deus hunc el alterum non eligat, non consistit in uoluntate Dei, sed in mine ponenda est. [36]) Nam promissiones Dei sunt uniu les. Deus uult omnes homines saluos fieri, *darum ist schult nicht vnnsers herrgottes*, [37]) qui promittit, sed n qui nolumus credere. [38])

[*fol.* 43ᵃ] LEGENDAE SANCTORVM. *)

Esto sanctorum impia et superstitiosa inuocatio u Dei sit explosa, et legendae mendaces confutatae, de sanctis et illorum meritis et intercessionibus. Perpulch tamen est in Dei Ecclesia [39]) habere certa exempla piorum co sorum fidei, qui uita et passionibus testati sunt, quo fidem illo imitando, infirmi gratiam Dei osculari possunt. At legendae nos sunt Italica figmenta, quibus Antichristus miseras conscientias fraudauit a uero cultu Dei. Sed sanctorum Patriarcharum h riae a condito mundo [40]) essent iucundae et necessariae, *wer wol vmb der patriarchen Legenden ein welt tzu ge* qui ante diluuium fuerunt, *do würde man sehen, wie sie bet, geprediget vnnd was sie erlitten haben. Vnser herr wirdt gedacht habenn: ich wils mit der sündflut beschar denn die* posteri *werdens doch nicht verstehen, wils behal bis wir werden tzusamen komen, die propheten, Aposteln andre heilige leute werden ihnen weit den vortzug geben,*

*) Reb. I, fol. 47ᵃ lin. 1. — fol. 48ᵃ lin. 18. — *Conf.* Luth. colloq. IV. p. 311 sqq. cap. 53.

35) regenerato] *sic recte* Reb.; Cod.: regnante
36) est.] *a* Reb. *abest.*
37) *darum — herrgottes,*] Reb.: quare Deus non est causa nostrae reiec
38) credere.] *hoc verbo in* Cod. *hoc caput finitur;* Reb. *autem haec didit:* Plura de praedestinatione quaere in secundo Tomo colloqui [*haec spectant ad duo capita inscripta:* „Consolatio contra dubitat de praedestinatione" *et* „Praedestinationis tentatio," *quae in* Cod. fol. med. — 602ᵃ med., *ap.* Reb. Tom. II. fol. 7ᵇ med. — 8ᵇ med. *la tur.*]
39) Dei Ecclesia] Reb.: Ecclesia Dei
40) historiae a cond. mundo] Reb.: a cond. mundo historiae
41) *vnnd wer — geben,*] Reb.: Et est optandum, vt nostris seculis ha mus legendas Patriarcharum, qui fuerunt ante diluuium, ibi poterimus v quomodo vixerint, quid docuerint, et quid passi fuerint. Verum Deus

dicentes: Ego docui et passus sum, tantum 15, 20, 30 annos, illi uero septingentos, octingentos, uel etiam [42] ultra uixexerunt. *Es mus gelitten sein.* [43]) *e*) Nam sicut hordeum et linum multa patitur, antequam ad usum et causam finalem [44] perueniat: Ita Christiani coguntur multa ferre, *müssen geseet, gejeten, geroeffelt, geröst, geschwungen, gehechelt, gespunnen, gewirckt, gebleicht* etc. *werden,* [45]) quia mortificatio praecedit glorificationem. Rom. 8.

Martinus Lutherus multa legebat in legendis cum suspirio dicens. Ach quam dormierunt Episcopi, admittentes illos errores in Ecclesiam. Fuit tempus irae diuinae, ubi amissa Biblia *fol. 43b*] mendacia docerentur. Nos iam Dei gratia habemus uerbum. Deus nostri misereatur. Nam ubi est uerbum syncerum, ibi non potest non esse Spiritus Dei. [46])

Postea interrogatus, quae legendae essent canonicae aut apocryphae, respondit, paucissimas [47]) esse ueras aut [48] synceras. Martyrum legendas minus esse suspectas, qui sanguine testati sunt fidem. Anachoritarum et Monachorum esse monstrosas, quia plerumque prodigiosa miracula et opera in illis sunt, de abstinentia, modestia, ieiunio, insolita, miraculosa. [49] *Es hat das hertzlein.* Caro *kan niergent rectificirt werden.* [50]) Si reijcitur Anachoritarum haeresis, tunc homines fiunt Sodomitae. Si laudatur modestia, efficiuntur hypocritae et superbi, utrinque peccatur, sed tamen tolerabilius est, ut Gerson ait, [51]) peccare prodigalitate, quam tenacitate Nam si peccatur, [52]) crapula, *So kan mans mit krankheit, tun,* [53]) *fasten ausbüssen,* [54]) quod autem tenuitate [55]) ex-

---

cogitauerit, posteri non intelligent, ideo dilumo operiam, reseruabo mihi, donec conueniemus vna, Prophetae, Apostoli, alijque homines sancti longe praecellent eos

42) septingentos — etiam] Reb.: 800. et

43) *Es mus* etc.] Reb.: oportet pati.

44) et causam fin.] *ap.* Reb. *desunt.*

45) *müssen — werden,*] Reb.: sunt prius semmandi, euellendi, ventilandi, carmandi, nendi, texendi et dealbandi,

46) Dei.] Reb.: sanctus.

47) paucissimas] Cod. *calami err.*: pacissimas

48) ueras aut] *ap.* Reb. *desunt.*

49) insolita, miraculosa.] Reb.: insolito, miraculosa, etc.

50) *Es hat — werden.*] Reb.: Nil esset nisi dolor cordis caro non potest rectificare.

51) ut G. ait,] Reb.: (vt inquit Gerson)

52) peccatur] Reb.: peccatum

53) tam] *quid hoc scriptionis compendium significet, nescio; etiam* Reb. *hanc vocem praetermisit.*

54) So *kan — ausbüssen,*] Reb.: aegrotando, ieiunando, sanabitur.

55) tenuitate] Reb.: tenaciter

e) N. M. *in* Cod.: Christiani multa patiuntur.

hauritur, *der kan sich nirgent erholen.* [56]) Ego multum tribuo illis sanctis, qui obscure et communi more uixerunt, sine ostentatione hypocritica.

Sancta Elisabeth nata est [57]) anno 1207. disceptantibus de imperio, Ottone et Philippo, nec uixit [58]) ultra 24 annos aetatis, postea [59]) quinque annos post mortem a Gregorio nono canonizata est, ubi [60]) inuocata est a multis, qui illam uiuentem nouerant. Sanctam Annam, auiam Christi [61]) dixerunt tres habuisse [62]) maritos, iuxta hos uersiculos:

Anna solet dici tres concepisse Marias,
Quas genuit uiro [63]) Ioachim, Cleophae [64]) Salomeque.

Cum tamen Salome sit nomen mulieris. Ita praedicabatur de Ioannis Euangelistae nuptijs, quod [65]) sponsus fuerit Magdalenae, [*fol.* 44ª] sicut in prosa canitur. Tu lene pectus coniugis liquisti, secutus Messiam. Deinde legitur in Missali [66]) species et numerus [67]) missarum infinitus, qui cultus tantum [68]) propter lucrum a Papa institutus [69]) est. Multa dixit Martinus Lutherus *von der gemeine woche,* [70]) ubi singulis diebus uigiliae et missae pro defunctis canebantur, et cranarium, *das bein haus* [71]) fumigabatur.

DE EXTREMO IVDICIO. *)

Iudicium Dei iam fit per [72]) Euangelium, in ultimo die reuelabitur, ubi Christus fulgure [73]) in ictu oculi ueniet, o-

*) Reb. I, fol. 48ª lin. 19. — fol. 51ª lin. 17. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 296 sqq. cap. 51.

56) *der kan* etc.] Reb.: hoc nusquam vires recuperare potest.
57) nata est] Reb.: nota est.
58) uixit] Reb.: vix
59) postea] Reb.: postquam
60) ubi] Reb.: ibi
61) auiam Chr.] *a* Reb. *absunt.*
62) tres hab.] Reb.: habuisse tres
63) uiro] *ap.* Reb. *non legitur.*
64) Cleophae] *sic scripsi;* Cod.: Cleophe; Reb.: Cleopha
65) quod] Reb.: qui
66) Missali] *sic* Reb.; Cod.: missalia
67) et numerus] Reb.: numerusque
68) tantum] Reb.: tamen
69) institutus] Reb.: constitutus
70) *von der g. w.*] Reb.: de generali septimana,
71) *das b. h.*] *haec a* Reb. *absunt.*
72) per] *ap.* Reb. *deest.*
73) fulgure] *sic* Cod.: Reb.: cum fulgure

mnes rapiens sibi in occursum, *das heist* [74]) iudicare uiuos et mortuos. *Es ist* in Apocalypsi *kommen bis auff das weisse pferdt*, [75]) non diu restabit mundus, *ob gott wil, nicht vber hundert Jar,* [76]) ubi Deus suos ab omni malo liberabit. Amen. Dixit Philippus Melanthon. Iudicium suum esse de extremo die. octoginta Iubileos a condito mundo usque ad Christum fuisse. quod facit 4000 annos. His elapsis in proximo iubileo natum fuisse Christum, a cuius natiuitate nunc sunt 1532. ha mundus durauit fere annos 5640. [77]) mundumque [78]) duraturum sex mille annos [79]) multorum opinio est, restant adhuc quadringenti et aliquot anni. Sed Deus decurtabit dies. [80]) Nam sicut lex Moysi citius data elapsa [81]) erat ante tempus, ita aduentus Christi extremus [82]) decurtabitur. *das wan gott beginnet tzu rumoren, so eilet er darvon.* [83]) sicut cum Babylon ferit. [84])

8) *Mollers — haben.*] Reb.: malers, qui Lipsiae curru discesserat, et reliquerat post se herum suum, quem ad alteram diem cum Christiano aurifabro versus Dieben per pedes illum sequi oportuit, si mihi fecisset, ego illo gratias egissem.
9) *Ein knecht* etc.] Reb.: seruus debet manere in suo seruitio.
10) Elect. Sax.] *ap.* Reb. *haec verba cum subsequentibus in eadem linea leguntur, non vero tanquam inscriptio iis superposita sunt.*
11) *das — tzerstieben.*] Reb.: haec sunt monasteria vilissima, quae a se ipso intereunt.
12) Robertus] Reb.: Rupertus
13) bona Ecclesiastica] Reb.: Ecclesiastica bona
14) dubie] Reb.: dubio
15) est] *a* Reb. *abest.*
16) Fr. 2. Imperatore,] *sic* Reb.: Cod.: Fr. imperatore secundo
17) Domini] *a* Reb. *abest.*
18) *vnd — 18 Jar,*] Reb.: et vixit Franciscus in suo ordine 18. annos.

sub Ottone, duodecim sub Friderico. Deinde mortuus est. In somno apparuit papae, manu calicem tenens, sanguine e latere suo implens. [19] *Ists nicht ein fein regiment, das mit treumen vnnd lugen anfehet?* [20] Ideo papa non est imago, [21] sed simia Dei. Summa, ipse uult esse Deus et Caesar, sicut Innocentij Tertij [22] uox sonat: Aut ego adimam Philippo diadema, aut Philippus mihi. o) Ach tales historiae essent conscribendae. Ego si essem iunior, [23] χρονικὸν conscriberem.

Regnum papae superstitione, non legibus constitutum [24] consistit. Inter monachos praedicatores et Minoritae summi auxiliatores fuerunt ipsi papae. Dominicastri [25] et praedicatores fuerunt Atlantes gloriosi, [26] qui suam gloriam ex aliorum ignominia inclarescere uolebant, [27] neque poterant ferre homines doctos. *Ich mein, sie haben sich an* Reuchlino Capnione *redtlich verbrandt.* [28] Multa contra me machinati sunt, sed non sine ipsorum malo. In futuro concilio multa praesument [29] suis clamoribus cum caeteris Papistis. Summus [30] ipsorum clamor erat: Quid est Biblia et scriptura? [31] Ecclesiae et concilijs est obediendum, *damit werden sie vns wollen vberschreien*, [32] quia ipsi arrogant sibi [33] ius et superattendentiam in omnes homines, et iudicium sibi arrogabunt supra [34] pios, sicut etiam prophetis accidit. qui coacti sunt succumbere. Hierem. 29. [35] ubi loquitur contra Zephaniam sacerdotem: Dominus te constituit in spectatorem in sua domo supra [34] omnes prophetantes et arreptitios, cur

---

19) sanguine e latere suo implens.] Reb.: et sanguine, implens e latere suo.
20) *Ists — anfehet?*] Reb.: Nonne praeclarum est imperium, quod sumit initium suum a somnijs et mendacijs.
21) imago,] Reb.: imago Dei,
22) Tertij] *ap.* Reb. *deest.*
23) essem iunior,] Reb.: iunior essem,
24) constitutum] *a* Reb. *abest.*
25) Dominicastri] *sic scripsi;* Cod.: Domini Casni
26) praedicatores et Minoritae — gloriosi,] Reb.: Praedicatores et Minoritae summi auxiliatores fuerunt, Atlantes gloriosi,
27) uolebant,] Reb. *typ. err.*: volebat,
28) *Ich mein — verbrandt.*] Reb.: existimo illos egregie illusos esse per Reuchlinum Capnionem.
29) praesument] *sic scripsi;* Cod.: praesummebunt, Reb.: praesumebant
30) Summus] *sic* Reb.: Cod.: Summis
31) Quid est — scriptura?] *ap.* Reb. *desunt.*
32) *damit — vberschreien,*] Reb.: hoc clamore putant se nos vincere,
33) arrogant sibi] Reb.: sibi arrogant
34) supra] Reb. *utroque loco*: super
35) Hierem. 29.] *sic recte* Cod. (*conf.* 29, 25—29.); Reb.: Ierem. 9.

o) *N. M. in* Cod.: Papa *vnnsere herrgotts affe.* Innocentij III, uox indigna pontifice.

non etiam arguis, dicunt, [36] Hieremiam de Anathoth. [37] Ex illo loco clarum est, sacerdotes in summo officio collocatos, sua authoritate abusos contra pios prophetas, ergo [38] ita fiet, quod impij pijs insultabunt, *fol. 63b*] sub specie pietatis et ordinariae potestatis. [39]) Beatus, qui non fuerit scandalizatus. Summa, monachi habuerunt summum priuilegium a papa supra Episcopos, *sie ketten einen Bischoff nicht angesehen*, [40]) erant immediate sub Papa. Episcopus Meresburgensis contentionem habuit [41]) cum Benedictinis. Papa uolens [42] causam componere, scribebat [42] Romanam sedem non posse hos clamores ferre. Ideo Episcopum humiliabat etc. [43])

In Italia est ordo fratrum ignorantiae, qui iurant in sanctam ignorantiam, omnes quaestiones ignorantia [44]) defendentes, legebant Mum: simus pro sumpsimus. Ille certus ordo fratrum ignorantiae fuit in Italia, [45]) quamuis [46]) omnia monasteria merito hunc titulum gloriari possent, ubi tantum ad lectionem, non ad intellectum respexerunt, dicentes: Esto non intelligas uerba scripturae et orationis, attamen Spiritus sanctus intelligit, et Diabolus intelligens fugit. Haec fuit summa propositio omnium monachorum, odisse bonas artes et studiosos, ita concludentes: Si ille frater studuerit, tunc dominabitur nobis. Ordinis Praedicatorum Dominicastri optimi fuerunt et docti, sed superbi et inflati. Minoritae uero superstitiosi et indocti *Solltten vnnd woltten nicht gelerdt sein*, [47]) contemnentes doctos, sicut turba mei conuentus me odio habebat, propter studia dicentes: Sic tibi, sic mihi, saccum per uaccum, tantum Arithmeticam, non Geometricam proportionem obseruabant, alieni a distributiua iustitia, non habentes rationem ingeniorum et corporum. Hinc orti sunt Domini Teutonici, *die teutzsche herren*, [48]) et fratres ignorantiae portentosum genus hominum. Nam secundum Aristotelem omnes homines naturaliter [49]) de-

---

36) dicunt,] Reb.: (dicunt)
37) Anathoth.] Reb.: Anath.
38) ergo] Reb.: Igitur
39) potestatis.] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest*.
40) *sie ketten — angesehen*,] Reb.: Episcopum non inspexissent.
41) habuit] Reb.: habebat
42) uolens ... scribebat] Reb.: voluit ... scribens
43) humiliabat etc.] Reb. *male*: humiliebat (*omisso* etc.)
44) ignorantia] Reb.: ignorantiae
45) legebant — Italia,] *haec ap.* Reb. *desunt*.
46) quamuis] *sic recte* Reb.: Cod.: quamquis
47) *Solltten — sein*,] Reb.: (nolunt enim, nec debent habere eruditionem aliquam)
48) *die teutzsche herren*,] *haec a* Reb. *absunt*.
49) naturaliter] *ap.* Reb. *deest*.

siderant scire, amor sensuum cupit exerceri, soli monachi sunt monstrosi contra naturam, plane nihil nouerunt de tribus istis hierarchijs, Ecclesiastica quae docet, Politica quae defendit, Oeconomica [50] quae alit et [fol. 64a] fouet. At monachi otiosum uitae genus egerunt, sicut Petrus eos definit, uoluptates pro delitijs habentes, *do regiren die sieben todt sunden mit gewalt.* [51] Nulla est pestilentior superbia, quam in monasterijs, contra primam tabulam, auaritia insaturabilis, luxuria, et [52] pollutiones infinitae, odia insanabilia, quibus se mutuo mordebant, ita crapula et accidia [53] eorum est manifestissima etc. [54].

Anno 38. 9. Nouembris Martinus Lutherus dicebat de disciplina monastica, apud iuuentutem necessaria, ut afficerentur conscientia, *Wann eines einen pfennig stele, so muste es in die helle faren.* [55] iam proh dolor, mundus ita [56] insanit, *wan man 100000 fl. stele, nemen sie ihnen kein gewissen drüber, die kloster haben ein feinen ankunfft gehabt,* [57] quia fuerunt scholae, sed superstitio et fiducia operum *hat alles onngluck angerichtet. Es ist des teuffels ardt.* [58] Franciscani *p*) initio hunc titulum iactarunt secundum Euangelium Christi, tamen nihil de fide, de spe, charitate et ueris bonis operibus docuerunt, sed tantum de fictis operibus frigidissimis, de obedientia, paupertate, castitate uouerunt, quae omnia fere in baptismo iurauimus. Vixerunt autem in summis delitijs per hypocrisin, *greiffen kein gelt an.* Interim ditissimi et nummosi fuerunt in summa quiete. [59] *Die schendtliche muncherey hat tzeitlich angefangen,* [60] quando [61] homines nego-

50) Oeconomica] *sic recte* Reb.: Cod.: Oeconomia
51) *do regiren — gewalt.*] Reb.: ibi septem peccata mortalia summum locum possident.
52) et] *a* Reb. *abest.*
53) accidia *i. q.* acedia *significat* tristitiam, anxietatem, taedium. *Vide* Car. Dufresne Dom. Du Cange Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis *s. v.* acedia.
54) etc.] *ap.* Reb. *deest.*
55) *Wan — faren.*] Reb.: si aliquis abstulerat nummum, ad inferos descendere cogebatur,
56) ita] *ap.* Reb. *deest.*
57) *wan man — gehabt,*] Reb.: si modo aliquis 100000. florenos, tamen illi bonam conscientiam habere putant, monasteria bonam habuerunt originem,
58) *hat alles — ardt.*] Reb.: est index omnium malorum, est Diaboli mos,
59) Franciscani — quiete.] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
60) *Die schendtliche — angefangen,*] Reb.: impijssima vita, et turpissimus status monachorum mature incepit,
61) quando] Reb.: quia

p) *N. M. in* Cod.: Gall. 6. portantes stigmata Domini nostri Hiesu Christi etc. *des rümeten sie sich.*

tia publica, quae erant molesta et odiosa, fugiebant sub specie *pietatis*. At illae [62]) tres hierarchiae a Deo ordinatae sunt *pijssime*. [63]) Heidelbergae in quodlibeto, [64]) disputatum et responsum est, Diabolum autorem monachorum esse, qui Deum autorem sacerdotum imitari uolens, ***hat er die platte tzu gros gemacht, da war ein münch daraus worden.*** [65]) Verum est figmentum, nam monachus neque ad Ecclesiam neque politiam, neque oeconomiam [66]) utilis est, ***drumb mus der teuffel münche machen,*** [67]) [*fol. 64b*] qui obscurant opera Dei. In Ecclesia nihil docebant pie. Politiam blasphemabant, [68]) de coniugio frigidissime sentiebant et docebant, nam stante coniugij ordinatione, monachatus nihil fuisset. Ideo Satan pulcherrima specie coelibatus, diuinam Dei ordinationem, coniugium obscurauit. Si in Ecclesia pie et synceriter de coniugio docuissent, [69]) ***solten der monche vnnd nonnen viel weniger sein gewest.*** [70])

Praeterea impijssimam habuerunt persuasionem, si quis cucullum indueret etiam mortuo, a peccatis liberaretur. [71]) Ita cucullum aequarunt, imo praetulerunt meritis [72]) Christi, ***das heist*** abominatio [73]) in loco sancto, ut Paulus inquit: Rursus crucifigentes sibimet ipsis filium Dei, sanguinem filij Dei polluentes. Et Petrus: [74]) Negantes Dominum, qui eos mercatus est. ***das sint die rechten*** [75]) fructus originalis peccati, in prima tabula, qui [76]) homines induratos, impoenitentes in malitia sine conscientia retinent. Stoici sine affectibus esse uoluerunt, fingentes indolentiam. Quidam Stoicus infirmus et

---

62) At illae] *sic scripsi*; Cod. *male*: ad illae; Reb.: At ille
63) pijssime] Reb.: pijssimae.
64) quodlibeto] *sic scripsi*; Reb.: quo libeto: *etiam in* Cod. *primum erat scriptum*: quo libeto, *quod deinde interposita littera* t *mutatum est in*: quotlibeto
65) *hat er — worden.*] Reb.: modum in tonsura non obseruauerat, Monachum postea fecerat.
66) neque politiam, neque oeconomiam] *sic* Reb.: Cod.: politiam aut oeconomiam
67) *drumb — machen;*] Reb.: ideo Diabolum monachos gignere oportet.
68) blasphemabant,] *sic scripsi*; Cod.: blasphemabunt, Reb.: blasphemant,
69) de coniugio docuissent,] Reb.: docuissent de coniugio,
70) *solten — gewest.*] Reb.: non fuisset tantus numerus, tantaque multitudo monachorum et monialium.
71) c. indueret etiam mortuo, a peccatis liberaretur.] *sic scripsi*; Cod.: c. indneeret etiam mortuis a peccatis liberaretur; Reb.: c. indueret, ita mortuus a peccatis liberaretur.
72) meritis] Reb.: merito
73) *das heist* abominatio] Reb.: haec est vera abominatio
74) Et Petrus:] Reb.: et vt Petrus,
75) *das — rechten*] Reb.: Hi sunt verissimi
76) qui] *sic recte* Reb.; Cod.: quae

impatiens sua indolentia satis est irrisus. [77]) Hos monachi imitati sunt, [78]) qui peiores illis fuerunt, suis regulis summum bonum et salutem quaesiuerunt, dicentes: Si uixeris secundum [79]) hanc regulam, promitto tibi uitam aeternam. Ideo docuerunt: Si uis cognoscere Christum, *vnnd dein hertz behalten reine, so bleib alleine*, [80]) noli te sociare hominibus, [81]) *wie ein Nicklas bruder*. [82]) Est autem plane diabolica persuasio, pugnans cum prima et secunda tabula. *q*) Prima requirit fidem et timorem Dei, [83]) secundum praeceptum, uult praedicari et laudari Deum coram hominibus, inter [84]) homines non in angulum fugiendum. Nam nos non debemus ab hominibus separari, sed illis associari. [85]) Item pugnat contra coniugium et politiam, et uitam Christi, qui non libenter solus erat, [86]) cuius conuersatio erat seditioni [*fol.* 65ᵃ similima. *Dan es lieff immer volck vmb ihn, war nimmer alleine*. [87]) nisi quando orabat. Qui dicunt: *Bleib gerne alleine, so bleibet dein hertz reine*, [88]) peccant. Nam Deus suam Ecclesiam praedicatione et communione coniunxit.

Martinus Lutherus miserabilem Papistarum abominationem [89]) recitauit, quod monachi in prima professione mutatis suis nominibus, recepti sunt in ordinem, quo manifeste [90]) testabantur, professionem monasticam [91]) aequari Baptismo Christi, *pfu dich, sollen wir menschen tandt gottes Sacramenten gleichen vnnd vortziehen*, [92]) et sanguinem Christi ita pedibus conculcare. Augustinus Himmel proprio nomine Hen-

---

77) Quidam — irrisus.] *a* Reb. *absunt.*
78) sunt] *ap.* Reb. *deest.*
79) secundum] Reb. *typ. err.:* secundam
80) *vnnd — alleine,*] Reb.: et cor seruare purum et immaculatum, tunc vitam solitariam elige,
81) hominibus,] Reb.: humilibus,
82) *wie — bruder.*] Reb.: ceu frater Nicolaita.
83) Dei] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
84) inter] Reb.: et inter
85) nos non debemus ab hominibus separari, sed illis associari.] Reb.: non debemus nos separare ab hominibus, sed illis nos associare.
86) erat,] *sic* Reb.: *in* Cod. *primum erat scriptum:* est, *quod deinde mutatum est in:* erat,
87) *Dan es — alleine,*] Reb.: semper habebat magnam multitudinem circum se, nunquam erat solus,
88) *Bleib — reine,*] Reb.: Semper solus eris, et purum cor retine his,
89) Papistarum abom.] Reb.: abominationem Papistarum
90) manifeste] Reb.: manifestissime
91) monasticam] Reb.: monachorum
92) *pfu dich — vortziehen,*] Reb.: phui, nonne summum est dedecus nugas hominum verbo et Dei Sacramentis antepouere et aequiparare,

q) *N. M. in* Cod.: Contra solitarios: *ap.* Reb.: Solitaria vita impia.

ricus dicitur ex Baptismo. Henricus [93] Dietmarsch Ditmariae combustus dicitur [94]) Ioannes. Ioachim Schnabel. Ioannes dicitur. [95]) Ideo monachatus est impia conditio, quae contra Deum doctrina et uita [96]) peccat. Nam monachatus non est studium sacrae scripturae, sed obscuratio.

Nullus enim ibi studet, sed tantum certis horis murmurat, nisi quis singulare donum legendi scripturas habuerit, ut ego habui. [97] Arbitror, quod luxus aulae, et malitia mundi, bonos aliquot [98]) homines in monasteria compulit, et tamen interim nihil nisi hypocrisin praestabant, quemadmodum Chrysostomus dicit: Rex corona fulget, monachus uero [99]) externis uirtutibus. Debuisset dicere: hypocrisi, non uirtutibus, quasi Deus respector personarum illius cucullum [100] eligeret, et regis catenam reijceret. Rex et magistratus cogitur in summis heroicis uirtutibus quotidie procedere, optimi autem monachi [1]) priuatas uirtutes pro tempore et arbitrio praestant. Summa. Baptismus et Christianismus debet esse supra [2]) omnes monachos, *sie sein wie from vnnd heilig sie wollen.* [3]) Econtra Schwermerij nostri plane reijciunt scripturam, ut [*fol.* 65ᵇ] Monetarius [4]) omnia ad suum spiritum applicabat, et Wittebergenses fures scripturae appellabat. [5] Sicut nunc noster Iacobus Schenck Antinomus: *Ich habe auch einen köpff. Die bettel konige*, reges cappacei et simacei [6]) ita sunt inflati, ut etiam ab imperatoribus et regibus adorati sint, ut scribitur de Constantino Imperatore, qui ad sanctum Antonium Anachoretam [7]) scripsisse fertur, ut pro se suisque tribus filijs oraret etc. *das volt noch wol einen munch auffblasen.* [8])

In Gallia tanta fuit superstitio, ut omnes fere serui monachatum eligerent. Ideo Rex coactus fuit [9] prohibere mo-

93) Henricus] Cod.: Hennericus, Reb.: sic Henricus
94) Ditmariae combustus dicitur] Reb.: proprio nomine (Ditmariae combustus) dicebatur
95) dicitur.] Reb.: dicitur, etc.
96) doctrina et uita] Reb.: doctrinam et vitam
97) ut ego habui.] Reb.: sicut ego, Dei gratia, habui.
98) aliquot] Reb.: aliquos
99) uero] Reb.: autem
100) cucullum] Reb.: cucullam
1) monachi,] Reb.: monachi, pro tempore,
2) supra] Reb.: super
3) *sie sein — wollen.*] Reb.: etiamsi sint pijssimi omnium.
4) Monetarius] Reb.: Muntzerus
5) appellabat.] Reb.: appellauit.
6) *Ich habe* — simacei] Reb.: et ego caput habeo. Reges cappacij et simacij
7) Anachoretam] *sic scripsi*; Cod.: Anachoritum, Reb.: Anachoritam
8) oraret — *auffblasen.*] Reb.: oraret, certe hoc monachum adhuc intumescere faceret.
9) Ideo Rex coactus fuit] Reb.: Vt Rex coactus fuerit

nachatum, Gallia alioqui est superstitionibus [10]) sepulta, sicut et [11]) Itali aut sunt superstitiosissimi, [12]) aut Epicurei. Nam minima pars Italorum credit resurrectionem mortuorum. [13]) estque vulgata vox in Italia euntium ad templum: Eamus ad communem errorem, et non est mirum, quod Ecclesiae sunt [14]) desertae pastoribus, quia ibi populus est ingeniosus, obseruans Papae insolentiam et scandala, et monachorum turbam ineruditam, qui omnem religionem pro fabula irrident. Monachi passi sunt ruinam per doctrinam Euangelij, unde non sunt iterum resurrecturi, nam manente articulo iustificationis, *wirdt niemandt leichtlich ein munch werden.* [15]) Postquam [16]) enim haec scandalosa doctrina operum semel est patefacta, *so liget die muncherey, do müssen die bettel konige verseigen,* [17]) qui olim regibus et imperatoribus insultabant. Ideo nunc fremunt monachi, quod non defenduntur, quorum olim fuit magna autoritas. Papa plus [18]) metuebat eos, quam reges et Episcopos. Nam monachi habebant applausum vulgi, quod facile potuerunt papae conciliare [19]) aut auertere. Ideo monasteria optima aucupia fuerunt. Rex Angliae monachos defendens, nihil aliud agit, quam quod corpus papae [*fol. 66*ᵃ] uexat, animam uero eius confirmat. Si Papa noluerit expellere conuentuales, *wirdt er ein fein spiel tzurichten.* [20]) Nam ipse eos roborauit, *Er hat sie fest gemacht.* [21]) in sinum suum eos suscepit, deditque illis summos protectores Cardinales, *Wan er sie nun wollte austreiben, sollte ein fein spiel werden.* [22]) omnes contra ipsum conspirarent, et principes contra papam concitarent. Nam principes, reges, etiam ipse Caesar *haben munche tzu beicht vattern*, a quibus persuadentur. Iulius Papa, homo satis contumax et diabolus incarnatus, extrema sententia secum decreuit reformationem Franciscanorum, ut illas sectas in regulam uniformem redigeret,

---

10) est superst.] Reb: superst. est
11) et] *a* Reb. *abest.*
12) superstitiosissimi,] Reb.: superstitiosi,
13) resurr. mort.,] Reb.: mort. resurr.,
14) sunt] *sic* Reb.: Cod.: sint
15) *wirdt — werden.*] Reb.: nemo tam facile fieret monachus.
16) Postquam] Reb.: Posteaquam
17) *so liget — verseigen,*] Reb.: interibunt monachi, et reges eorum, qui mendicitate acquisierunt bona mundi, siccabunt,
18) plus] *sic recte* Reb.: Cod.: solus
19) papae conciliare] Reb.: conciliare Papae
20) *wirdt — tzurichten.*] Reb.: egregium factum instituet.
21) *Er — gemacht,*] Reb.: et stabiliuit
22) *Wan er — werden.*] Reb.: si nunc expelleret eos, quid boni inde prouenire putas?

At monachi reges et principes incitabant, qui pontifici literis resistebant, Iulius uero neglectis literis in sententia procedere *noluit*. tandem Cardinalis quidam ingenti Franciscanorum supplicatione motus, 80000 coronatos obtulit, respondit papa persuasus: Quis potest pugnare contra tot armatos? Quid nunc fieret in tot destruendis fratribus conuentualibus? ***Ob man auch die*** Conuentuales ***embstosse***, tamen regalia et principalia monasteria, ***fürsten klöster*** [23] mox simul euanescerent, per motus populi. ***dan wan man den hundt an lappen lernet kauen, frist er balt das fleisch auch.*** [24]) Summa, monachi iusto odio persequuntur, etiam ab ipsis [25]) pastoribus Ecclesiarum, quia omnia commoda sibi uendicant, tantum Baptismum reliquerunt parochis, caetera omnia commoda sine laboribus sibi arrogarunt, suisque superstitionibus Ecclesiae ministeria oppresserunt. Ideo ante nostra tempora ironice dictum est [26] de *monachis*, et ipsi inter se irreconciliabili odio flagrabant. *Dominic*astri et Franciscani ***emb der ersten erbteilung willen,*** [27] ubi alter corium, alter carnes uituli *fol. 66b*] seruauit, illi oua, hi gallinas comederunt. [28] Matrona pia, vidua consulis Hondorffij. [29]) dicebat de fallacijs monachorum minoritarum [30]) qui patrem et matrem illius agonizantes de testamento solicitassent, cumque [31]) ipsa patris nomine 400 florenos Gardiano commendasset, [32]) iurare coacta est se nemini dicturam, et ita patre mortuo [32a]) pecuniam retinuerunt, contra ius haeredum. Tandem magistratus persuasione ipsa monachorum furtum reuelauit. Respondit Martinus Lutherus, Talia exempla infinita fuisse, et tamen neminem fuisse illos accusare ausum. [33]) Recitauit [34]) historiam cuiusdam monachi, qui nobilem morientem acclamasset: ***Juncker wolt ihr das vnd das vnserm Conuent geben?*** [35]) sed cum ille loqui non posset, nutu signi-

23) Nam principes, reges — ***fürsten klöster***] Reb.: Quid etiam fieret in destruendis tot fratribus conuentualibus, si illa destruerentur, tunc regalia et principalia Monasteria.
24) ***dan wan — auch.***] Reb.: Nam si canes corium dentibus comminuere incipiunt, mox et carnes comedere discunt:
25) etiam ab ipsis] Reb.: ab ipsis etiam
26) ironice dictum est] Reb.: dictum est ironice
27) ***emb — willen,***] Reb.: propter primam diuisionem haereditatis.
28) comederunt] Reb.: ederunt.
29) Hondorffij,] Reb.: Horndorffij.
30) minoritarum] *a* Reb. *abest.*
31) cumque] Reb. *male:* eumque
32) commendasset,] Reb.: commendasset.
32a) patre mortuo] Reb.: mortuo patre
33) Illos accus. ausum.] Reb.: ausum illos accusare.
34) Recitauit] Reb.: Recitabat
35) ***Juncker — geben?***] Reb.: Domine nobilis, visne nostro conuentui dare hoc et hoc,

ficauit, monachus ad filium conuersus dixit: Ecce pater consentit. Econtra filius ad patrem morientem [36]) dixit: Pater estne uoluntas uestra, ut hunc monachum per gradus deijciam? [37]) Cum pater idem signum dedisset, *gab er dem mönche sein lohn die treppen hienunter.* [38]) Illae [39]) rapinae immensae fuerunt. In Lombardia apud Padum est monasterium S. Benedicti locupletissimum, *das alle Jar 36000 ducaten hat,* [40]) in quo tantae sunt delitiae, *das sie Jerlich 12000 Ducatenn auff die gastung wenden, 12000 ducaten auff gebeu,* [41]) tertiam partem ad conuentum, in quo ego Martinus Lutherus fui honorifice tractatus. Ah cultus Dei non consistit in diuitijs secundum tritum prouerbium. Religio mater peperit diuitias, postea filia deuorauit matrem, uidelicet religionem. [42]) *Was soltten die σκυθρωποὶ* [42a]) id est, attoniti monachi angelici *sein?* [43]) Cum Hiesus Christus [44]) Dei filius syncerissime et simplicissime in forma humana conuersatus est, inuentus ut homo nos miseri homines peccatores econtra efficimur angeli portentosi et diabolici. Nam monachi sub specie pietatis uersutissimi sunt, praecipue in Italia, ubi sunt uaferrimi, si uero a Germanis agnoscuntur, [*fol. 67a*] optime irridentur. Ita quidam Carthusianus scelestissimus, qui semper clam secum [45]) scortum aluit in cella, tandem egressus monasterio est factus [46]) apostata, rediens postea ad papam, in culinam prius uenit, cumque omnes eum fugerent, et a papa occidendum putarent, dixit: *gebet mir ein gutte suppen vnnd trincklein weins, darnach woltte er seine sache wol ausrichten.* [47]) Deinde bene potus ante papam procidit in terram, clamans: [48]) misericordia, misericordia, misericordia. Quem cum papa pedibus trusisset: Quid uis? Cupio emen-

---

36) morientem] *ap.* Reb. *deest.*
37) deijciam] Cod. *calami err.*: dijciam
38) *gab er — hienunter.*] Reb.: monacho dabat praemium suum, et deijciebat illum per gradus,
39) Illae] Cod. *male:* Ille
40) *das — hat,*] Reb.: quod per singulos annos 36000. ducatos haberet,
41) *das sie — gebeu,*] Reb.: quorum 12000. collocantur ad conuiuia, 12000. ad aedificia irrogantur.
42) uidelicet religionem.] *a* Reb. *absunt.*
42 a) *σκυθρωποὶ* (*i. e.* morosi, iracundi)] *sic scripsi;* Cod. *male: σχκήτροποι*
43) *Was soltten — sein?*] Reb.: quomodo deberent *σκήτροποι*, id est, attoniti monachi fore Angelicos.
44) Christus] *ap.* Reb. *deest.*
45) secum] Reb.: securus
46) est factus] Reb.: factus est
47) *gebet — ausrichten.*] Reb.: vos mihi bonam offulam et haustum vini porrigite, postea ego causam meam efficiam.
48) clamans:] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*

dari sanctissime papa, et sic absolutus exiuit, *Schlugk ihm ein klippichen.* [49] dicens in culina: *sagte ich nicht, ich woltte meine sache wol ausrichten, ihr solt euch nichtes bekommern?* etc. [50])

FACVLTATES PAPAE. [51]) *)

Quidam interrogauit Martinum Lutherum, An uerum esset papam a Constantino Imperatore ita dotatum esse, ut ipsi gloriantur. Respondit Martinus Lutherus, figmenta esse. Hoc legitur, Constantinum multa pauperibus distribuisse, multis eleemosynis illos honorasse, quibus Episcopos praeposuit, et ita facti sunt Domini, *landt rund stette hat er ihnen nicht gegeben.* Totus mundus miratur, unde papa Dominium adeptus sit. Nam papae non fuerunt olim Domini Caesarum, sed a *Caesaribus* substituebantur. Lotharius, Saxoniae Dux et *imperator*, papae electionis ius ademit, *dan es war ein ewiger kriegk in der weltt*, sed fraude iterum ad se retrahebant papae, ut tandem Caesares confirmarent, quod primum factum est in electione Caroli magni, quem successione haereditatis *in imperatorem* elegerunt. *Da bleib* Imperium *ein tzeit lang* in posteris, quibus deficientibus papa iterum arrogauit sibi ius eligendi. Deinde successit Otto Caesar, qui septem electores [*fol. 67*^{b}] constituit, *macht des krieges ein Ende*, aliquod [52]) perpetuum dissidium fuit inter papas. Magnum igitur mendacium est donatio Constantini, qua papa dimidium de Imperio Romano sibi arrogat. Etiamsi factum esset, tamen non fuisset in potestate imperatoris, neque conuenit papae iuxta dictum Christi: Vos autem non sic. Papatus *ist eitel gestolen ding rund gut, mus wider gestolen werden*, neque prodest ad aliquem Ecclesiae aut politiae usum. Aristoteles inquit, Cursum naturae initio esse tardissimum, sed in fine uelocissimum et ad ruinam tendere. Ita his [53]) quindecim annis papatus superbissime creuit. Ante annos triginta nullus sacerdotum duo beneficia audebat habere, quae fuerunt intollerabilia, nunc infinita habent et tres Episcopatus (Moguntinus).

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 195 sq. cap. 27. §. 35—38.

49) *Schlugk* etc.] Reb.: in contemptum Papae.
50) *sagte ich* — etc.] Reb.: nonne dicebam me bene efficere causam meam, sine vestra cura.
51) Facultates Papae.] *integrum hoc caput sic inscriptum ap.* Reb. *h. l. deest.*
52) aliquod] *sic scripsi*; Cod. *habet scriptionis compendium vocis*: aliqu
53) his] *sic scripsi*; Cod.: hic

PAPISTARVM VITIA ET LIBIDINES. *)

Paulus papa Tertius, sororem suam formosissimam papae prostituit, et ita meruit Cardinalatum. Illico coniugem suam reliquit, quia prius erat coniunx, filium habens, qui nunc est Cardinalis. Tanta est papae turpitudo, quae superat omnem humanam cogitationem, non abstinuit a sacerdotum concubinis, tanquam leno accipiebat stipendia a pueris natis *einen fl.. die kochinne ein schock, das nennet man die milchpfennige*, a matre sexagenam. [54] *r*) Eo tandem peruenit, ut omnes sacerdotes concubinas sine pudore secum alerent, qui olim maxime uitabant scorta. Erphordiae concubinae clericorum in nuptijs et balneis summo honore afficiebantur. Domina Decanissa, [55] Praepositissa. Ideo Doctor Staupitius Episcopo Moguntino ioco obiecit, eum maximum esse lenonem in Germania, quia nullus leno in ditissimo lupanari quinquaginta *fol. 68ª*] florenos annuatim haberet, ipse uero quingentos et ultra. Episcopus ridens dixit: illa sunt pretia [56] scribarum in cancellaria.

Canonicus Wirtzburgensis sponso cuidam subdito suo nouam nuptam rapiens inquit: [57] Si placet tibi permitte, et habes gratiam apud me tuum Dominum, [58] sin minus, *so must du es dennoch leiden.* [59] Respondit Martinus Lutherus: *Das sein* [60] Sodomitica clamantia in coelum peccata, et sicut Genes. 6. dicitur: Acceperunt in uxores quascunque uolebant. etiam sanguinis reuerentia neglecta. Quid est, quod Papistae Ecclesiam gloriantur, cum sint hostes Ecclesiae, inexperti sacrae scripturae. *s*) Biblia a papa, Cardinalibus [61] et Episcopis nunquam fuit lecta, imo alienissima. Imo sedent ociosi, opulenti, sua potentia freti, nihil minus quam Dei uoluntatem considerant, *Wie denn* Erasmi Dialogus de Iulio *wol anzei-*

---

*) Reb. I, fol. 74ª lin. 19. — fol. 75ª lin. 9. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 246 sqq. cap. 27. §. 130. 131.

54) *einen fl.* etc.] Reb.: florenum, a concubina solidum.
55) Domina Decanissa,] Reb.: Domina, Decanissa,
56) pretia] Reb.: praemia
57) rapiens inquit:] Reb.: rapuit, inquiens:
58) tuum Dominum,] Reb.: Dominum tuum,
59) *so — leiden.*] Reb.: tamen hoc pati te oportebit.
60) *Das sein*] Reb.: haec sunt
61) papa, Cardinalibus] Reb.: Cardinalibus, Papa

r) *N. M. in* Cod.: Sicut pastor Welensis, Bartholomeus Franciscus.
s) *N. M. in* Cod.: M. Anthonius Lauterbach *ich war schon* Baccalaureus, *noch hat ich mein leben lang keinen spruch aus der* Biblia *gehort. Es war mir ein seltzam dingk.*

get, [62] qui odibiles Papistas perfecto odio oderat, uitia, [63] *non* doctrinam. Saducaei longe meliores fuerunt [64] Papistis, *qui* tamen aliquam habuerunt iustitiam. At Papistae plane *sunt impij*, blasphemi, Sodomitae. ***ruser lieber herrgott behüt uns vor ihrer heiligkeit.*** [65]) Vigilemus et oremus contra securitatem, [66]) ex qua oritur ingratitudo, deinde contemptus, deinde blasphemia, postea persecutio, ***schmeist man mit freuden drein, so füret uns der teuffel hinan*** ad extrema. [67] In Concilio Lateranensi, [68]) quod fuit Anno Domini 1515 sub Iulio et desiit sub Leone, ibi decretum est, ut crederent resurrectionem mortuorum, et cuilibet Cardinali tantum quinque pusiones [69] et Ganymedes concedebantur. Sed postea [70]) Leo X. correxit hoc decretum [*fol. 68*^{b}. ***Es mus uns dahinder sein.*** Ergo sequitur confusio. Oremus igitur, ipsi corruent, qui talia defendere uolunt etc.

CVM IMPERATOR VENIRET AVGVSTAM.
PAPISTAE CLAMARVNT: SALVATOR VENIT. [68]

PAPISTARVM FVROR ET PERTINACIA. *)

Aduersariorum uerbi natura non est humana, sed plane **diabolica**. Homo facit, quantum homo potest, sed quando [71]) **Diabolus** eum obsedit, tunc oriuntur inimicitiae inter eum et **semen mulieris**. Genes. 3. Summa, prima tabula habet contra se [72]) diabolos, [73]) secunda habet contra se [72] homines.

Tertia Aprilis [74]) Literae ex Lipsia ab honorifico ciue Gengelbach Martino Luthero mittebantur, quibus significabat

---

*) Reb. l. fol. 75^{a} lin. 10. — fol. 80^{a} lin. 3. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 259 sqq. cap. 27. §. 150–163.

62) *Wie — antzeiget,*] Reb.: sicuti Erasmi Dialogus de Iulio satis indicat,
63) uitia,] Reb.: vitam,
64) fuerunt] Reb.: sunt
65) *ruser — heiligkeit.*] Reb.: Deus noster auertat, ne illorum sanctitate participes fiamus.
66) contra securitatem,] Reb.: contra sanctitatem illam, et contra mundi securitatem,
67) *schmeist — ad extrema.*] Reb.: tum sequuntur bella, et sic Sathan nos seduxit ad extrema.
68) In Conc. Lat.] *haec et quae sequuntur usque ad verba:* „Salvator venit." *ap.* Reb. *non leguntur.*
69) pusiones] *sic scripsi;* Cod.: puserones
70) postea] Cod. *male:* posteo a
71) quando] Reb.: cum
72) habet contra se] Reb. *utroque loco:* contra se habet
73) diabolos,] Reb.: Diabolum,
74) Tertia Aprilis] *ap.* Reb. *desunt.*

Ducem Georgium [75] per senatum Tyrannide [76]) omnes eijcere, qui non uellent traditionibus papisticis esse subiecti, maximeque ad usum unius speciei [77] cogere uellet, si quis hoc recusans moreretur, is mane in caruca [78]) sine comitatu populi sepeliebatur, *auffs vnngewcihete* [79]) sicut contigit nuper Doctori Specht [80]) pie defuncto. Deinde plus 80 personis a senatu examinatis, [81]) ut a Lutherana secta deficerent, [82]) sed Dei gratia omnes fere constantes [83] confessi sunt, et Gengelbach respondit: *Ich habe gebeicht, vnnd beichte gerne, ist mein groster trost,* [84]) sed sacramentum utriusque speciei nondum accepi, *Wiels aber noch thun, wiels gott.* [85]) Deinde scripsit Martino Luthero: *Mein datum ist tzum dohre hinaus, gott stercke mich.* [86]) Deinde legit schedulam, in qua erat horrendum exemplum cuiusdam aurifabri, [87] ciuis [88]) in Mersburgk, qui ab Episcopo eo redactus esset, ut Euangelium recantaret, et sacramentum utriusque speciei sumptum pro summa haeresi damnaret, cum tota Lutherana doctrina, Deoque gratias [*fol. 69*ᵇ ageret pro sua poenitentia, et si iterum deficeret, se omnibus modis cruciandum offerre. *da schicur er bei gott vnd allen seinen heiligen.* [89]) Tertio legit schedulam impressam Episcopi [90]) Misnensis Schleinitz, [91]) qui promulgat se pueros confirmaturum ad Pascha in Meissen, [92]) ut eo confluerent, miris modis confirmationem extollens, sed satis pueriliter, ne dicam impie. Ad haec [93]) respondit Martinus Lutherus: *das wirdt nicht gut Ende nemen, sie werden damit*

---

75) Ducem Georgium] Reb. *habet siglas:* D. G.
76) Tyrannide] Reb.: Tyrannidem
77) maximeque ad usum unius speciei] Reb.: maxime autem ad vnius speciei vsum
78) caruca] (*i. e.* rheda, vehiculum opertum)] *sic* Cod.: Reb.: curruca
79) *auffs vnng.*] Reb.: in locum obscoenum,
80) nuper Doctori S.] Reb.: D. Specht nuper
81) personis a. s. examinatis,] Reb.: personas a. s. examinatas,
82) ut a L. s. deficerent,] *sic* Reb.: Cod.: a L. s. ut deficerent.
83) constantes] Reb.: constanter
84) *Ich habe — trost,*] Reb.: ego confessus sum, et libenter confiteor, estque maximum meum solatium,
85) *Wiels — gott.*] Reb.: verum Deo volente accipiam.
86) *Mein — mich.*] Reb.: haec verba, decreui me abire hinc, Deus me corroborare velit.
87) cuiusdam aurifabri] Reb.: aurifabri cuiusdam
88) ciuis] Reb. *typ. err.:* cuius
89) *da — heiligen.*] Reb.: iureiurando affirmabat.
90) Episcopi] Reb. *typ. err.:* Episcopis
91) Schleinitz] *ap.* Reb. *deest.*
92) *Meissen,*] Reb.: Misnia.
93) Ad haec] Reb.: At hoc

tzu trumern gehen. [94]) pugnant enim contra conscientiam. prius confessi sunt nos non esse haereticos, dicunt Dei uerbum esse, [95] sed tamen uolunt repugnare [96]) paci Caesaris, nihil proficientes. Mirabilis Dei potentia, quo plus furiunt et insaniunt, eo magis Christus regnat, ut Psal. 110. Dominare in medio inimicorum tuorum, quasi dicat: *Ihr must mich haben, ihr wollet, aber wollet nicht.* [97]) Et experiemur intra decennium stante mundo, quomodo Euangelium se ulciscetur contra impietatem Papae, Episcoporum et Cathedralium Ecclesiarum, *Tumbkirchen.* [98]) qui cognitam, confessam [99] ueritatem fatentur, dicentes: *Es ist war,* [100]) sed quia non est approbatum, neque nobis placet, ideo nolumus [1] recipere, neque alijs permittere uolunt ad conseruandas suas opes. Missa enim et coelibatus sunt duae columnae papatus, quas Samson Christus mouet, ruent cum magna iactura mundi. Sathan *het mir viel tzu schaffen geben,* [2]) nisi Doctor fuissem Theologiae. Non enim leuis res est, [3]) mutare illam totam religionem papatus. Ad haec D. Ionas: ualde mirum, quod Sathan nos impugnet, cum tamen testimonia sacrae scripturae iudicium Dei [4] supra illos reueletis. Respondit Martinus Lutherus: Nos libenter papae [5]) et Episcopis obediremus, sed detrectant istam nostram obedientiam. Sed hoc agunt, ut Christum negemus. Deum mendacem testemur, et Euangelium haeresin *fol. 69b*] dicamus. Voui in primo praecepto et in Baptismo, *das ich an ihm fest hallten vnnd glauben wiel,* [6] Et in omnibus tentationibus renouatur Baptismus, et uotum. *sie hetten mich sonst getodttet.* [7])

Literae a Torga uenerunt indicantes uiginti tres Christianos [8]) a Turca Constantinopolim abductos, primum priuatim

---

[94]) *das wirdt — gehen,*] Reb.: Haec illorum impietas finem foelicem non habebit, illi cum sua impietate omnino peribunt.

[95]) uerbum esse,] Reb.: esse verbum.

[96]) uolunt repugnare] Reb.: nolunt, repugnant

[97]) *Ihr must — nicht.*] Reb.: vos citra voluntatem vestram me habere nequisse habebitis.

[98]) *Tumbkirchen.* *haec vox in solo* Cod. *h. l. legitur.*

[99]) confessam] Reb.: et confessam

[100]) *Es ist war.*] Reb.: verum est.

[1]) nolumus] *sic* Reb.: Cod.: nolumus

[2]) *het — geben.*] Reb.: multa mihi negotia imposuisset.

[3]) est] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*

[4]) testimonia sacrae scripturae iudicium Dei] Reb.: sacrae scripturae iudicium

[5]) papae] Reb.: Papis

[6]) *das ich — wiel,*] Reb.: me in Deum credere, et constanter apud eum perseverare.

[7]) uotum, — *getodttet.*] Reb.: votum sumptum, interfecissent me omnino

[8]) Christianos] *hoc nomen in* Cod. *prius omissum deinde supra lineam rubro colore adscriptum est.*

docuisse, deinde publice in templo ipsorum [9] fidem in Christum confessos esse. [10] et iussu Machometi [11] dissectos. Respondit Martinus Lutherus: Si hoc uerum est, *so wirdt das Christen blut vber den Turcken schreien,* [12] sicut Ioannis Hus sanguis supra [13] Papistas. Nam Christi regnum sanguine madet, neque Tyrannide delebitur, uno occiso Christiano multi oriuntur [14] intereuntibus Tyrannis.

D. Sebaldus Noribergensis Martinum Lutherum interrogauit, an Dux Georgius serio [15] Euangelium persequeretur. Respondit, eum ita excaecatum esse, ut agnitam ueritatem ferre non possit. Primum odio quodam [16] repugnauit mera ex malitia, [17] coecitate et amentia a Deo percussus est, ut palpet nunc in meridie, ut ueritatem amplius uidere [18] non possit, et mendacium pro ueritate osculari cogitur, tenebras pro luce adorare. Est autem duplex lapsus, primus ex infirmitate, ut est Petri, Pauli, etc. Hunc boni consulit Deus. condonando dicens: Quia agnoscis me Dominum, uerbo credis meo, [19] mihi [20] debitum honorem tribuis. *fare hin, es sey dir vergeben.* [21] Secundus ex pertinacia, ut si quis fatetur et dicit: *Ja das ist gottes wordt, ficht vnd strebet gleichwol darwider,* [22] ut Dux Georgius facit.

Obiecit quidam, eum politice ordinarie regere. Respondit Martinus Lutherus: Esto, *was liget vnserm herrngott* [*fol. 70*ᵃ] *daran.* [23] Nam hac specie solet dementare mundum. Saul, Achab, et multi alij impij [24] reges floruerunt fortuna, eorumque consilia prospere successerunt, regna fuerunt florentissima. Econtra regnante Dauide pijssimo rege, qui satis erat fortunatus foris, cum subegerat Moab, [25] Phi-

---

9) ipsorum] Reb.: suam
10) esse] *a* Reb. *abest.*
11) Machometi] *sic* Cod. (*pro:* Muhammedis), Reb.: Mahometis
12) *so — schreien,*] Reb.: sanguis Christianorum Turcam accusabit.
13) I. H. sanguis supra] Reb.: Iohannes Huss super
14) oriuntur] Reb.: creantur
15) serio] *a* Reb. *abest.*
16) quodam] Reb.: quidem
17) mera ex mal.] Reb.: apertae veritati, quam veram approbauit, cum vere scienter repugnauit ex mera malitia.
18) uidere] Cod. *calami err.:* uideri
19) credis meo,] Reb.: meo credis.
20) mihi] Reb.: mihique
21) *fare — vergeben.*] Reb.: abi sint tibi peccata remissa.
22) *Ja — darwider,*] Reb.: hoc est verbum Dei verum, et tamen contra illud clamat et pugnat,
23) *was — daran.*] Reb.: quid ad Dominum nostrum haec.
24) impij] *ap.* Reb. *deest.*
25) Moab,] Reb.: Moab, Ammon.

listeos, Edom, Syrios. Attamen domi erat infoelicissimus, [26]) omnia plena erant [27] scandalis propter adulterium, caedem, seditionem motam ab Absolone, quanquam igitur [28] non adeo prospere regnauit, ut alij impij reges, quoad externam [29]) speciem, *hat er doch gottes wordt, vnnd brach vnserm herrngott damit das hertze* poenitendo, *das die andern nicht theten.*

Die papisten rennen mit Ernst tzur hellen. [30]) uidentes enim nostram iustam causam et innocentiam, *bekennen auch, das sie vnnrecht habenn,* [31]) attamen deliberato contra nos concludunt. *Wollen vnns* simpliciter *todt habenn vnnd sich doch gar nichtes bessern.* [32] Sed ipsi desperantes uolunt nos secum trahere in perniciem. *Es wirdt aber ein vngleich gang sein.* [33]) ipsi ad inferos, nos ad coelum. Ideo Paulus Ephes. 4. Iusto nomine eos appellat ἀπηλγηκότες, [34]) qui dedoluerunt, qui agnitum errorem uolunt defendere et ueritatem extirpare. Tale exemplum nunquam legi. Caiphas et Pharisaei tamen retinuerunt [35] cogitationem iustitiae legis, omnes haereses habuerunt persuasionem ueritatis. At Papistae αὐτοκατάκριτοι, [36]) id est, suo [37]) ipsorum iudicio damnati, amiserunt iustitiae et persuasionis cogitationem, scienter et prudenter in Spiritum sanctum peccant. *Sie wollen die offentliche hure eine reine Jungfraw verteitigen, kompt nun der Jüngste tag nicht, so kompt er niemer mehr.* [38]) Saepius mecum noctu delibero, maximis sudoribus et angustijs, quomodo illis possit succurri, ut [*fol. 70*[b] poenitentibus relinquerentur bona et honores, *aber es wiel nicht sein.* [39]) poenitere nolunt, sitientes nostrum sanguinem, sicut Episcopus Moguntinus dixisse fertur: Quid disputatis. *Wir wissen wol, das wir*

---

26) infoelicissimus,] *sic recte* Reb.: Cod.: foelicissimus.
27) omnia plena erant] Reb.: omniaque erant plena
28) seditionem — igitur] Reb.: seditionem Absolonis, igitur
29) externam] Reb. *male:* extremam
30) *hat er doch — hellen,*] Reb.: attamen verbum Dei habebat, et Deum ad misericordiam mouebat, poenitendo, quod caeteri non faciebant, papistae cum vi quadam ad inferos cursitant.
31) *bekennen — habenn,*] *haec ap.* Reb. *neque germanice, neque latine leguntur.*
32) *Wollen — bessern.*] Reb.: quaerunt nostrum interitum, nec se emendare volunt.
33) *Es — sein,*] Reb.: verum impar erit iter.
34) ἀπηλγηκότες (Ephes. 4, 19.)] Cod. *male:* ἀπυλγηκότες.
35) tamen retinuerunt] Reb.: retinuerunt, tamen
36) αὐτοκατάκριτοι] *sic scripsi;* Cod.: αὐτοκατάκρηται. Reb.: ἀντοκατάκρηται
37) suo] Reb. *typ. err.:* sub
38) *Sie — mehr.*] Reb.: publicam meretricem tanquam virginem castam defendere volunt. Si nunc dies extremus non venerit, nunquam certe veniet.
39) *aber — sein,*] Reb.: verum hoc fieri non vult,

enrecht haben. [39a]) Et Episcopus Saltzburgensis cum Phil. Melanthone contulit, triplicem uiam et rationem concordiae praescribens. Prima, *Wan ihr Lutherischen thet, was wir woltten, das kont ihr nicht thun.* Secunda, *Wan wir Euer lehre folgeten, das wollen wir nicht.* Tertia [40] transactio inter utrosque est impossibilis, quianeutra pars alteri cedit. Ergo alter alterum perdet. Vos infirmi Lutherani pauci, nos copiosi et securi, etc.

Nunquam credidissem, *das ich solche greuliche wordt erleben solt, gott helff vns* [41]) a scandalis et omnibus malis. Esto, papistae glorientur [42]) nostram doctrinam olim perituram, sicut Arrij, qui uero regnauerunt quadringentos [43]) annos. Respondit Martinus Lutherus: Arrij Secta durauit trecentos fere [44]) annos. Sed quia erat haeresis, cecidit. Aduersarij autem coguntur etiam nostra conuicti [45]) approbare, et res ipsa et [46]) ueritas adest, illorum autem mendacia etiam in lucem prodierunt.

Martinus Bucerus scripserat Martino Luthero concilium Vincentijs esse finitum, Cardinales discessisse, et in [47]) multis magnis ciuitatibus Euangelium magna constantia diuulgari, ut Placentiae, Bononiae. [48]) Papam ideo mirum in modum furere, qui Germanum quendam Corfentium [49]) nomine, bona fide Romam uocauit, quo cum uenisset, accessurus Papam in itinere de ponte in Tiberim praecipitatus est. [50]) Respondit Martinus Lutherus: Haec est fides Italica papistarum [51]) bene ei, qui illis [52]) non confidit. Si uero in Italia praedicando Euangelium firmi durauerint, *so wirts viel blut kosten.* [53]) Considerate *fol. 71a* quaeso quid in dies in Germania contra [54]) nos consultent, *das wir keine stunde fur ihnen sicher*

---

39 a) *Wir — haben.*] Reb.: errorem nostrum bene nouimus.
40) *Wan ihr — Tertia*] Reb.: si vos Lutherani quae vobis placent effeceritis, verum hoc facere non potestis. Secundo si nos susciperemus vestram doctrinam, hoc facere volumus (*typ. err. pro:* nolumus). Tertio
41) *das — vnns*] Reb.: tanta horrenda verba in lucem prouenisse, me vivente, liberet nos Deus
42) glorientur] Reb.: gloriantur
43) qui uero regnauerunt quadr.] Reb.: qui fere regnauerat 400.
44) trecentos fere] Reb.: fere 300.
45) nostra conuicti] Reb.: inuiti nostra
46) et] Reb.: ac
47) in] *a* Reb. *abest.*
48) Bononiae.] Cod. *calami err.*: Banoniae.
49) Corfentium] Reb.: Corfontium
50) praecipitatus est.] *sic scripsi;* Cod.: praecipitatum fuisse, Reb.: praecipitauit.
51) fides Italica pap.] Reb.: Italica papistarum fides,
52) ei, qui illis] Reb.: illi, qui eis
53) *so — kosten.*] Reb.: plurimorum sanguis effundetur.
54) contra] Reb.: econtra

sein, [55]) tantum hac aetate infinita stratagemata in multis locis contra nos [56]) concluserunt. Nisi Dominus pro nobis uigilaret, *so hetten wirs lange verschlaffen*. [57]) Sicut hisce diebus Landgrauius Munster ut Dominus occupauit, Episcopo consentiente, quam ciuitatem Caesariani [58]) miris modis occupare conati sunt. Impossibile enim [59]) est papam quiescere, etiamsi damnum illatum tulerit, tamen ignominiam uindicare conabitur fraude et dolis. Est [60]) enim leo et draco, ui et dolo pugnans. Facilius est Leònem uincere quam Draconem. Ita Augustinus dicit de diabolo, illum Leonem tempore Martyrum, Draconem tempore Haereticorum fuisse. Ergo uigilemus, *ob wir gleich am Leibe* papatum *gemarttert haben*, [61]) attamen anima eius uiuit. Oremus igitur assidue et fortiter, non enim habemus bellum cum carne et sanguine. Rex Angliae contemnit papae corpus, quia [62]) excommunicationem et canonizationem eius reiecit, [63]) et iugum eius excussit, sed doctrinam adhuc osculatur. *Der bapst wirdts ihm nicht schencken*, [64]) insidijs et dolis cum adorietur, quia defectio illius regis in regno [65]) papae summum esset scandalum. *Solden dornach die andern konige wol auch also thun*. [66])

Anno 39. die [67]) 21. Ianuarij. D. [68]) Caspar Zinerus uocatus in pastorem Fribergensem, aduenit, quem Martinus Lutherus ad illam uocationem uerbo Dei animauit, ut Deum inuocaret (quia illius esset opus ut [69]) coeptum promoueret, nosque omnes idoneos ministros conseruaret, promittens ex mandato electoris quam primum uisitatores eo uenturos, ad executionem registrationis, [70]) ut Harpyijs bona Ecclesiastica rapientibus resisteretur. *Es leget sich der teuffel rberal in*

---

55) *das — sein*,] Reb.: quod ne horulam vnam ab insidijs aduersariorum nostrorum tuti simus.
56) in multis locis contra nos] Reb.: contra nos in multis locis
57) *so — verschlaffen*.] Reb.: nos diu perijssemus.
58) Caesariani] Reb. *male*: Caesaria in
59) enim] *a* Reb. *abest*.
60) Est] Reb. *male*: et
61) *ob wir — haben*,] Reb.: etiamsi nos papatum in corpore cruciauimus,
62) quia] Reb.: qui
63) reiecit,] Reb.: reijcit,
64) *Der — schencken*,] Reb.: Papa non condonabit illi,
65) regno] Reb.: Regnum
66) *Solden — thun*.] Reb.: forsan alij reges, postea simili ratione facerent.
67) die] *ap.* Reb. *deest*.
68) D.] *a* Reb. *abest*.
69) ut] Reb.: et
70) registrationis,] Reb. *typ. err.*: irgistrationis

wegk, [71]) ut impediat uerbi cursum. [72]) Ideo nobis uigilandum [*fol. 71b*] et orandum nobiscum, ingratitudine, [73]) securitate, falsis fratribus, homines alienando. Ecclesiam perturbant [74]) apud exteros Tyrannide, *dan man hat in* Gallia *so viel Christen ertzurget, das der konig den Sorbonisten vnnd parlamentsherrn hat endtlich verbitten müssen. Also auch die ketzermeister in* Hispanijs, *wan sie einen ergrieffen haben, so hat ihn der keiser nicht konnen los bitten, tzu Paris haben sie einen burger vmb eines einigen worts willen* Verbo Dei consentientem *fur seinem haus an einen schnel galgen gehenckt vnd darnach verbrandt, Einen buchbinder, das er das newe testament gebunden, verdampt vnnd ertzürgen lassen, sie haben bluts gnug vergossen,* [75]) tempus esset poenitentiae. Etsi multos sectarios et seditiosos simul occiderunt, attamen multis innocentibus non pepercerunt. Nam inter Christianos semper sunt haeretici et econtra, *das einer mit dem andern entgelten muss.* [76]) Insignis est malitia et impietas papistarum, qui (ut Dux Georgius) fateri coguntur, nostram doctrinam esse uerum [77]) uerbum Dei, attamen impugnant dicentes: *Wan sie es lehreten, so wer es recht, nun wir es sagen, so mus es falsch sein.* [78]) Hoc est regnum mundi *vnnd des teuffels Cantzley,* [79]) ubi concesso antecedente, negatur consequens. Est enim peccatum non erroris, sed obstinatae malitiae. Nam ipsa ratio concludit: *hats gott gebotten, so sol mans billich halten,* [80]) neque Dux Georgius ferret, *das ein amptman sein gebot verachten sol,* [81]) qui tamen multos abstrahit ab obedientia uerbi Dei. Et D. Petrus Eisenbergk Dresdensis pastor,

---

71) *Es — wegk,*] Reb.: diabolus vndique dat operam.
72) uerbi cursum.] Reb.: cursum verbo Dei.
73) orandum nobiscum, ingratitudine] Reb. *male:* orandum. Nobiscum in gratitudine
74) perturbant] *sic* Cod.: Reb.: perturbat (*scil.* Diabolus)
75) *dan man hat — — vergossen,*] Reb.: in Gallia enim tanta multitudo Christianorum interfecta est, quod regem, haec crudelia facta Sarbonistarum, prohibere oportebat, sic persecutores in Hispania, si hominem Christianum arripuerint, tunc Caesar illum liberare non potuit. Parisijs ciuem propter vnicum verbum, verbo Dei consentiente, in patibulum pro suis foribus suspenderunt, et postea combusserunt. Ciuem qui ligabat liberos, propterea quod nouum Testamentum ligauerat, interfecerunt et sic multum sanguinis effuderunt,
76) *das — muss.*] Reb.: sic pij cum impijs poenam luere oportet,
77) esse uerum] Reb.: verum esse
78) *Wan — sein.*] Reb.: aduersarij enim et Papistae, putant illorum doctrinam veram esse, et nostram doctrinam reijciunt et contemnunt.
79) *vnnd — Cantzley,*] Reb.: et Diaboli grammatophylacium,
80) *hats — halten,*] Reb.: si Deus praeceperit, merito est seruandum
81) *das — sol,*] Reb.: quod praefectus aliquis suum contemneret mandatum,

summus Euangelij persecutor, dicitur post mortem Ducis [82] Georgij resipiscere noluisse, se [83] excusans coactum multa fecisse, [84] sed nunc obtemperaturum Euangelio, ut in officio [fol. 72a] maneret. Tales sunt uentriculi papistici, sua non Dei quaerentes, *auff die ist nicht tzu bawen.* [85]

Libellus publice excusus Martino Luthero a comitijs [86] mittebatur, in quo truculenta historia, et uariae literae sanguinis plenae descriptae fuerunt, quo libro lecto Martinus Lutherus admirabundus dixit: Miraculum Dei est, qui hasce literas ita seruauit, ut in publicum ederentur, quibus papistarum sanguinolentae et truculentae deuotiones manifestantur, et tanta mendacia contra sanam Christi [87] doctrinam, conficta euulgantur. Deo sit laus, qui pro suis dormientibus uigilat, [88] illorum autem cursum et impetum [89] remoratur et impedit. Erat enim depicta uirgo Eua a Drotz, [90] cum qua Dux Bruns. Henricus [91] genuit tres liberos in uirginitate, et quinque post *mortem.* Haec est uirtus et pietas patronorum Ecclesiae Catholicae. [92] Duo oppida Galliae, quibus praefuit Sadoletus Cardinalis, propter Euangelium concremata sunt, ita ut nulli infanti sit parcitum. Ideo Caluinus migrauit per [93] Heluetiam, hortans Heluetios ne huic consentirent tyrannidi, et potius fidem renuntiarent. Respondit Martinus Lutherus: Haec sunt horrenda. Caluinus est uir doctus, sed ualde suspectus de errore Sacramentariorum. *Ach lieber gott, erhalt uns bei deinem wordt.* [94] Melius est nos patientia uincere, quam tumultum concitare in Germania. *Dan* Germania *ist ein gros* corpus. *wan das recht rege wirdt, kans nicht ohne grossen schaden abgehen.* [95] Experti sumus in tumultu rusticorum in exigua causa, quanta seditio breui tempore crescebat. *Sueige dan, wan nun* principes *vnnd* status *tzusamen theten* nobis tacentibus. *Ach die papisten habens nicht damit angericht,*

---

82) mortem Ducis] Reb. *male:* mortem. Dic.
83) se] *in* Cod. *deest.*
84) coactum multa fecisse,] Reb.: quod coactus multa fecisset.
85) *auff — bawen.*] Reb.: in illos non est confidendum.
86) Mart. Luth. a comitijs] Reb.: a comitijs M. L.
87) Christi] *ap.* Reb. *deest.*
88) dorm. uigilat,] Reb.: vigilat dorm.,
89) et impetum] *a* Reb. *absunt.*
90) virgo Eua a Drotz,] Reb.: Eua a Droth.
91) Dux Bruns. Henricus] *sic* Reb.: Cod. *h. l. habet siglas:* D. H.
92) Catholicae.] Reb.: Romanae.
93) per] Reb.: in
94) *Ach — wordt,*] Reb.: ah bone Deus serua tu nos in verbo tuo.
95) *Dan — abgehen.*] Reb.: Germania est corpus magnum, si bellum incepent, absque periculo et damno non fiet.

ob sie vns Wittenbergischen oder Sachsen gar ausstilgeten, [96] Tunc ex scintilla [*fol.* 72^{b}] incendium paraturi essent. Oremus pro pace et illorum conuersione. Ipsi enim malunt nobiscum perire [97]) et funditus deleri, tale est odium illorum.

DEFENSORES ET MINISTRI PAPAE. *)

Nos habemus maximos confutatores nostrae Apologiae. Fabrum, Eccium, Cochlaeum. Faber scribit contra articulum iustificationis, Eccius de potestate papae, et humanis traditionibus, Cochlaeus contra coniugium sacerdotum et de inuocatione sanctorum. Ipsi iam appellant Missam sacrificium mysteriale, [98]) *aber last sie hergehen, ich wil ihnen die stelzen bestreichen.* [99]) Peruersi nebulones dolose iam reuocant. Missam sacrificium mysteriale uocantes, quod nunquam nobis concessissent, qui hactenus Missam appellarunt [100]) sacrificium ex opere operato, iustificatorium, satisfactorium, placatorium, uendibile, *damit haben sie den leutten das gelt abuexiret.* [1]) Sed cum iam Mysteriale esse appellant, id est, significatiuum, *es bedeuts nur.* [2]) tunc non est uerum sacrificium, *so wirdt das volck nicht daran glauben,* [3]) *wirdt das angewantte gelt wider wollen haben.* [4]) quia non sit uerum sacrificium, *Ich wiel ihnen recht schreiben, was* sacrificium mysteriale *heist.* [5])

Martinus Lutherus multa [6]) loquebatur cum D. Ge. [7]) Pontano, de summa impudentia Cochlaei, qui saepe magna

*) Reb. I, fol. 80^{a} lin. 4. — fol. 85^{b} lin. 13. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 271 sqq. cap. 28.

96) *Sweige dan — ausstilgeten,*] Reb.: quid fieret, si principes et status inter se conuenirent, et vnanimes essent vobis tacentibus. Papistae certe nullam inde gloriam recuperabunt, etiamsi nos Vitebergenses et Saxones penitus delerent ac interimerent.

97) perire] Cod. *calami err.*: periri

98) Ipsi — mysteriale] *a* Reb. *h. l. absunt.*

99) *aber last — bestreichen.*] Reb.: accedant modo papistae, aperietur per me illorum nequitia, ego bene illos excipiam.

100) appellarunt] Reb.: vocarunt

1) *damit — abuexiret.*] Reb.: hisce fabulis et mendaciis apertis extorquerunt pecuniam ab hominibus.

2) *es bed. nur.*] *haec tantum in* Cod. *voci* significatiuum *addita sunt.*

3) *glauben*] *hoc verbum in* Cod. *omissum ipse addidi.*

4) *so wirdt — haben.*] Reb.: tunc homines illis inposturam non credent, et pecuniam prius expositam recuperare conabuntur.

5) *Ich — heist.*] Reb.: ex literis meis illis declarabo, quid sit sacrificium mysteriale.

6) multa] *ap.* Reb. *deest.*

7) D. Ge.] Cod. *omittit*: Ge.; Reb. *habet*: Du. Ge.

iactaret de sua disputatione, quem Eccius loquentem Augustae [8]) deridebat, *wie* [9]) *macht er sich also grob erfur vnnd vnerschembt*, [10]) ut suis nugis papistas confundat. [11]) *Aber das buchlein macht mich reisig, sol mich viel dinges erinneren, die in ausschoss sollen erfur komen* [*fol. 73ª*] *weil ers nicht vergessen wiel, so wollen wirs wol gedencken.* Respondit Martinus Lutherus: *Er heist mich einen wechsel balck vnnd bademagt son*, [12]) quae duo non possunt [13]) esse in eodem homine. Ille enim *ein wechsel balck ist* transmutatus, pro uero homine alius. Hic naturalis filius. *Es heist* sus *ein sawe*, Grobianus *ein schwein, es wundert mich, das du so grob magest sein.* [14]) Sed hic uidetis prudentiam Ducis Georgij. *Er wirdt so viel gewinnen, als vor Frieslandt, von dannen er seinem narren pastor eröbriget.* Ideo ei Lipsiae saepius obiecit in disputatione: ego non sum pastor *ein hierlte*, Sed sum [15]) Caesar *der grosse schatz aus Frieslandt, was hastu sonst raus bracht?* Dux Georgius *trugk einen narren in seinem wammest hienein.* [16])

Ich wiel dem Cochlaeo *auff sein buch wider mich geschrieben* [17]) *nicht andtwortten, dan er viel tzorniger werden*

---

8) **loquentem** Augustae] Reb.: Augustae loquentem
9) **wie**] *sic scripsi;* Cod.: *wt*
10) *wie — vnverschembt,*] Reb.: Iam tam impudenter procedit,
11) confundat.] *sic* Reb.; Cod.: confunderet.
12) *Aber das — son,*] Reb.: Verum iste libellus non facit equestrem, multarum rerum me memorem reddit, quae in lucem adhuc procedat, si ille obliuisci non vult, et nos oblivioni tradere volumus. Vocat me puerum subposititicm, et filium balneatricis,
13) possunt] *sic* Reb.: Cod.: possum
14) Ille enim — *magest sein.*] Reb.: Ille enim transmutatus est, hic naturalis est filius, video quod sus et grobianus sis, miror quomodo tam impudens esse poteris.
15) sum] *sic scripsi;* Cod.: cum
16) Sed hic uidetis — *hienein.*] *haec ap.* Reb. *non inveniuntur.*
17) *auff sein buch wider mich geschrieben*] *haec spectant ad huncce librum:* Sieben kopffe Martin Luthers, von acht he- | hen sachen des Christlichen glaubens, durch Doct. Jo. Eccleum. 1529. *Infra haec est figura* Lutheri septicipitis. *In fine epistolae nuncupatoriae auctoris leguntur:* Geben zu Dreßden am ersten tag Aprilis. 1529. 5 plagg. litt. A—E sign., 20 foll. non num., quorum ult. pagina vacat. 4°. *Aut ad huncce ab illo diversum:* Sieben kopffe Martin Luthers, von sieben sach | en des Christlichen glaubens, durch Doct. Jo. Eccleum. 1529. *Sub hoc titulo, qui rubro colore impressus est, eadem est figura* Lutheri septicipitis. *In fine epistolae nuncupatoriae auctoris leguntur:* Geben zu | Dreßden am .xxi. tag May im. 1529 jare. *In fine libelli est* hagnae typographi *subiuncta hac* Clausula: Gedruckt zu Dreßden durch Wolff- | gang Stöckel. 1529. 5 plagg. litt. a—e sign., 20 foll. non num., quorum ultimum vacat, 4°. (*Uterque libellus in* Bibliothecae Guelferbytanae volumine, *quod signatum est:* 236. 22. Th., *invenitur.*)

wirdt, dan so ich ihm andtworten würde, wils alleine darumb thun, das er nicht die Ehre erlange, welche er durch mein schreiben sucht. vnnd gefelt mir sonderlich wol, das er mir sieben köpff malet, aber das ist schande, das sieben köpffe nicht einen hals konnen tzu wege bringen, oder eines halses werdt sein. [18] Aiunt iuniorem Marchionem uiso hoc libro dixisse: Oho si Lutherus nunc septem [19]) capita habet, inuictus erit, quem hactenus uno capite non potuerunt uincere etc. [20]

Hactenus nullum habui Antagonistam, qui in ipso statu mecum digladiaretur. *Allzeit sein sie* [*fol. 73*[b]] *beseit ausgeloffen vnnd nicht auff dem platz bliben. Gott hat mir die gnade verliehen, das ich stedts* in statu *perharre* dicens: *davon ist der handel, hie gielts treffens, hie stehe ich, ich lauffe ihnen nicht nach, denn welcher den ander Jagt, wurdt auch müde.* [21] Ita conclusi Eccium primatum Petri probantem:

Petrus ambulauit supra [22] mare.
Mare est mundus.
Ergo Petrus est princeps Apostolorum. [23])

Ibi eum ex Bernhardo deridebam, [24]) quod Apostolos mundum appellasset, conclusus exclamabat: O uos sancti patres, uidete importunitatem, qui patris uestri Bernhardi sententiam reijcit, qui Spiritum sanctum habuit, *Do bleib ich aber stehen, lies* Bernhardum Bernhardum *sein.* [25]) et exposui. Petrus ambulauit supra [26]) mare, id est, conculcat mundum. Ita tribus horis disputaui cum Eccio claro uerbo et patrum dictis [27]) sua dicta ex patribus collecta refutans. At homo ille uanus

---

18) *Ich wiel dem C. — werdt sein.*] Reb.: Ego Cochleo in librum contra me scriptum nequaquam respondeam et eo vehementius, ad iram promouebitur, quam si illi respondeam ob hanc causam non faciam, ne ad tantos honores, quos in scriptis meis sibi acquirere putat, perueniat, et valde mihi placet hoc, quod me septem capitibus pingit, verum dedecus summum est septem capita vnum non habere collum.

19) nunc septem] Reb.: 7. nunc

20) non pot. uincere etc.] Reb.: vincere non potuerunt.

21) *Allzeit sein sie — müde.*] Reb.: Omnes proripiebant se et non persequebant, ego Deo iuuante, solus perstiti in statu dicens, de qua re agitur, hic non est ludendum, huc ego progredior, illis non insequor, ille enim qui insequitur alterum, postremo quoque defatigetur.

22) supra] Reb.: super

23) Apostolorum.] *sic* Reb.: Cod.: angelorum.

24) deridebam] Reb.: deridebant,

25) *Do — sein,*] Reb.: verum ego immotus in mea sententia persistebam, et Bernhardum, manere Bernhardum permisi,

26) supra] Reb.: super

27) dctis] Reb. *typ. err.*: pietis

exclamauit: Domine Doctor, uos semper petitis [28] principium. Aderat quidam Licentiatus iuris homo senex mihi applaudens, qui cum suam causam proponeret, Eccius uero aliena diuerat. extra causam, ibi Licentiatus respondit: *Herr gockter, ich gön euch der mühe wol, das ihr vber berge vnd thal loffet, aber hie ist der platzt, da wir treffen sollenn.* [29]) Ideo in statu persistendum est, [30]) sed ipsi habent conscientiam. *wan er harret der streiche nicht.* [31]) Errores suos confiteri nolunt. Sicut ego ingenue fateor, me in multis errasse, quae extra fidem sunt, sed in rebus fidei (Dei gratia) semper constanter docui. Econtra errores confitendi [*fol. 74ª*] sunt, quid enim tam est [32]) humanum, quam errare? *das wollen die bosse wichter nicht thun.* [33]) Arrogant sibi nomen nostrum, et diuersum docent. Quilibet conijcere potest, si conuenieremus concorditer, [34]) *so würden wir wider einander nicht schreiben.* [35]) Ergo tu Cellari scribe contra eos. et illorum technas reuela.. [36])

Ich hatte niemer mehr gemeinet, das der Emser so giefftig vnnd bose gewest were, als ich itzt sehe, er hats besser gewust, dan er geschrieben hat, als ich sehe in seinem Newen Testament, do er von nodt wegen meine translation mus gebrauchen vnnd gebraucht hat. Aber das er Hertzog Georgen gunst behielde, hat er bis weilen wieder sein gewissen ein wordt geendert, vnnd sein vnnutz geschwetz dabei in margine *geschlagen, aber wem er gedienet hat, der wirdt ihn auch itzunde lohnen.* [37]) Caesar Carolus dixit: Frater meus Ferdi-

---

28) petitis] *sic recte* Reb.: *in* Cod. *primum erat scriptum:* perditis, *cuius verbi littera* r *deinde rubro colore deleta, sed littera* d *non emendata est.*

29) *Herr — sollenn.*] Reb.: Domine Doctor, concedo tibi vt huc illucque in scriptura cursites, verum nihil facit ad propositum, hic enim est locus aggrediendi,

30) est] *a* Reb. *abest.*

31) conscientiam. — *nicht.*] Reb.: conscientiam ream, in certamine non persistunt,

32) tam est] Reb.: est tam

33) *das — thun.*] Reb.: Verum malignissimi nebulones nolunt hoc concedere.

34) concorditer] *in* Cod. *haec vox in contextu verborum omissa in margine rubro colore adscripta est h. l. interponenda.*

35) *so — schreiben.*] Reb.: tunc nos inuicem scriptis non ita pugnaremus.

36) reuela.] Cod. *calami err.:* reuola.

37) *Ich hatte niemer — lohnen.*] Reb.: Embserum adeo perfidum et maligosum fore nunquam credidissem, sicuti nunc experior, melius sciuit quam scripsit, quemadmodum in suo nouo testamento video, vbi necessitate coactus, mea translatione vsus est, verum ne gratiam D. Gregorij amitteret, ipse interdum contra conscientiam verbum mutauit, et in margine, impiam et quidem animi sui sententiam apposuit, verum illi cui seruierit, solatium illi dabit.

nandus Fabrum et Eccium magni aestimat, ***sollen sie den Christlichen glauben verteitigen?*** [38]) Nam unus indies est [39] ebrius, alter est scortator [40] et stolidus. t)

Martinus Lutherus dicebat Latomum Hispanum [41]) omnium Antagonistarum suorum fuisse constantissimum, cuius status principalis erat: Quidquid est [42]) ab Ecclesia receptum, hoc non est reijciendum. Hoc erat argumentum plausibile, quemadmodum [43] Iudaei clamabant: populus Dei, [44]) filij Abrahae, Templum Domini. Ita papistae nunc clamant: Ecclesia. Ecclesia non potest errare. ***das ist das hochste argument, damit sich die propheten vnd Aposteln geschlagen haben,*** [45]) ut Moses Deut. 32. Prouocauerunt me in eo, qui non est Deus, prouocabo eos [*fol. 74b*] in gente stulta. Item Paulus: Qui in abscondito Iudaeus est, est populus Dei. Item Esaias: Gentes sperabunt [46]) in nomine eius. Ideo [47]) Papistae sic argumentantur: Impossibile est Deum relinquere suam Ecclesiam, quia dicit: Ero uobiscum usque ad consummationem seculi. Ergo [48]) Ecclesia non potest errare. Respondeo: *das* uobiscum ***mus man wol distinguiren,*** [49]) quae scilicet sit uera [50] Ecclesia, an sint afflicta corda, an pusiones [51] illi Romani. Sadoletus homo ingeniosus et eruditus, quem papistae [52]) in numerum Cardinalium receperunt, [52]) ut contra nos scriberet. Sed nullus in eo est [53] intellectus, ut clare conspicitur in Commentario supra [54]) 54. Psalmum [u] : ***Ach lieber herrgott, hielff du,*** [55] spiritus tuus bonus [56]) deducat

38) ***sollen — verteitigen?***] Reb.: illine fidem catholicam defendere debuerunt.
39) indies est] Reb.: est indies
40) est scortator] Reb.: scortator est
41) Hispanum] *ap.* Reb. *deest.*
42) est] *a* Reb. *abest.*
43) quemadmodum] Reb.: sicut
44) populus Dei,] Cod.: populus Dei, populus Dei,
45) ***das ist — haben,***] Reb.: Hoc summum illorum est argumentum, quo se, Prophetas et Apostolos vicerunt, vt putant
46) sperabunt] Reb.: superabunt
47) Ideo] Reb.: Igitur
48) Ergo] Reb.: igitur
49) ***das — distinguiren,***] Reb.: vobiscum illud bene distinguendum est,
50) scilicet sit uera] Reb.: videlicet vera sit
51) an pusiones] *sic scripsi*; Cod.: an puserones, Reb.: an vero puserones
52) papistae ... receperunt,] Reb.: papa ... recepit,
53) in eo est] Reb.: est in eo
54) supra] Reb.: super
55) ***Ach — du.***] Reb.: Quam aliena et absurda inferat in psalmum, ach bone deus tu nobis auxiliare,
56) bonus] *a* Reb. *abest.*

t) *N. M. in* Cod.: Iudicium Caroli Quinti de Fabro et Eccio.

u) *N. M. in* Cod.: Hanc enarrationem psalmi Erasmus in Epistola quadam magnifice extollit.

nos in uiam rectam. [57]) Papistae uero superbi et indocti Ecclesiam Dei regere non sufficient, nihil enim scribunt, nihil legunt, sed sumno fastu in possessione sedentes uociferantur, Decreta patrum non esse in dubium reuocanda, non esse disputandum de decidiuis, ***sonst müsten sie allein einem iedern*** fraterculo ***auffspringen.*** [58]) Ideo [59] papa plenus daemonibus suam Tyrannidem defendit canone: Si papa etc. [59a]) Vbi clare ponitur: Si papa totum mundum, et cateruatim innumerabiles animas in mancipium gehennae duceret, attamen non esse illi contradicendum. Hoc est horribile, quod propter illius autoritatem animas nostras [60]) perdere debeamus, [61]) quas Christus suo pretioso sanguine [62]) redemit. Qui dicit: Oues, [63]) quae ueniunt ad me, non ejiciam foras. Econtra papa: sic uolo, sic impero, pereatis potius [64]) quam mihi resistatis. Ideo plenus est diabolorum papa, quem nostri principes adorant, quapropter uerbo et oratione extinguendus est.

[*fol. 75ª*] Caesar Pflug homo non insipiens praefectus Lipsiensis magnum thesaurum sibi collegit, superbe dixisse fertur Euangelio reuelato: ***Es müssen müssige Leutte sein, die sich umb solche sachen bekümmern.*** Ita Rudolff a Buna: ***Ich weis nicht, ob 5 bücher oder 6 bücher Mosi sein, darumb ich mich nicht bekümmere, wans fünff Schlosser, dörffer, Hengste tzu heuffen antreffe, wüste ich bescheidt,*** [65] sed de scriptura nemo me interroget. [66])

D. Martinus Lutherus Eccium [e]) a donis naturalibus excellentibus commendauit, eumque [67]) non serio pro papatu

57) uiam rectam.] Reb.: rectam viam.
58) ***sonst — auffspringen.***] Reb.: alias cuilibet fraterculo inseruire cogerentur.
59) Ideo] Cod. ***calami err.***: Ide
59a) canone: Si papa etc.] ***Hic canon, qui incipit a verbis***: Si papa suae et fraternae salutis negligens, ***legitur in*** Decreti Parte I. Dist. XL. c. 6. (***vide*** Corp. iur. canon. ed. Richter. P. I. p. 126 sq.). ***Quapropter in marg.*** Cod. ***adnotatum est:*** Dis: 40.
60) animas nostras] Reb.: nostras animas
61) debeamus,] Reb.: debemus,
62) pretioso sanguine] Reb.: sanguine pretioso
63) Oues] Reb.: oues meas
64) sic impero, pereatis potius,] Reb.: sic iubeo, potius peccatis
65) ***Es müssen müssige — bescheidt,***] Reb.: homines forsan erunt otiosi, qui de hac re solliciti sunt, Ita resp. a B. Nescio, an sint 5. aut 6. libri Mosi, ideo de hisce rebus non sollicitor, si de rebus ageretur ciuilibus de 5. villis, et de 5. arcibus, tunc et ego respondere et indicare possem.
66) nemo me interroget.] ***sic scripsi;*** Cod.: nemo me interrogat, Reb.: me nemo interroget.
67) eumque] Reb.: eum

e) *N. M. in* Cod.: Eccius neutralis.

pugnare, sed pro utraque parte, propter uentrem papae magis assentitur. Est enim plane porcus. *Er neme gelt vnd hielte es mit den Turcken vnnd Tattern.* [68]) nam in comitijs Augustanis dixisse fertur, cum repulsam esset passus canonicatus, qui alteri quadringentis florenis uenditus erat, iracunde erupit: *Ich kenne das babstumb wol. So ihm der Luther nicht tzu viel gethan hette*, [69]) facile assentirer. Neutralis [70]) est perniciosissimus. Nam Athenienses neutrales capite plectebant, [w]) qui utrinque [71]) gloriam quaerebant. Eccius ille in disputatione et collationibus est facundissimus et persuasibilis. in praedicando et scribendo plane friget.

Carolus a Miltiz. *des babst mutter*, [72]) superbissimus suum patrimonium sex mille florenis [73] uendidit, in Italiam [74]) pergens, apud papam altiora quaerens. *war sein* Cubicularius *gewest.* [75]) Redijt ex Italia praesumens sese me abducturum hinc in Italiam. secum afferens rosam auream Electori a papa donatam, qui habuit secum septuaginta breuia, *gleits brieffe*, [76]) tandem in legatione Episcopi Moguntini in Rheno miserrime [77]) submersus est. Emserus inuitauit Martinum Lutherum Dresdae in suam domum *x*) *fol.* 75[b]] duosque subornauit, *Ein grauen münch vnd Magister Weissestadt*, qui eum uexarent, disputantes de indulgentijs, conferendo cum eo de papistarum erroribus dicens: *Diese sache ist aus keiner gutten meinunge entsprungen.* Haec uerba postea obiecit Luthero de sua causa dixisse, ubi eum uocauit Bohemum et Hussitam. At Lutherus respondit: Errores Bohemorum non defendo, sed ideo Bohemos non contemno, *Weren die Böhmen so gar böse, so müste man keine böhmischen kese, groschen, freiczelein bei sich wissen.* At Emserus secum apud se habuit Bohemicum scortum. Ideo motus fulminauit postea in Lutherum. [78])

68) *Er neme — Tattern.*] Reb.: ipsi [*pro:* ipse] acciperet nummos et assentiretur Turcis et Tartaris,
69) *Ich kenne — hette,*] Reb.: Papatus mihi optime notus est, si modo Lutherus nimium non fecisset,
70) Neutralis] Reb.: id est, neutralis
71) utrinque] Reb.: vtriusque
72) *des b. mutter,*] Reb.: Mater papae
73) florenis] Reb.: florenorum
74) in Italiam] Reb.: in Italia
75) *war — gewest.*] Reb.: suus fuerat cubicularius,
76) *gleits br.*] Reb.: literas tuti itineris,
77) in Rheno miserrime] Reb.: miserrime in Rheno
78) Emserus inuitauit M. L. — — in Lutherum.] *haec h. l. ap.* Reb. *non inveniuntur.*
w) *N. M. in* Cod.: Atheniensium mos aduersus neutrales.
x) *N. M. in* Cod.: Emserus inuitat Lutherum ad coenam. *tzu alden dresen war sein orden* Luthe:

Mentio fiebat Georgij Wicelij amarulentissimi apostatae. quem in tumultu [79]) Thuringicae seditionis mortis reum Martinus Lutherus liberauit, et pastorem Ecclesiae Nmecensis confirmauit, qui iterum deficiens, omnes articulos confessionis Augustanae [80]) impugnaret, mirisque calumnijs blasphemaret. Respondit Martinus Lutherus: Ideo eorum libros non lego, qui tanta amarulentia et blasphemia contra uerbum et propriam conscientiam scribunt, neminem aedificantes, sicut et Cochlaeus argumentatur: Articulus de trinitate in scriptura nusquam [81]) est expressus, et tamen creditur. Ergo et humanis traditionibus extra uerbum est credendum. Wicelius plenus est errorum et blasphemiarum sine fine, et tamen in honore uersatur, iam laudans [82]) aduersarios nostros, Iacobum Schenck et Ioannem Agricolam nobis in opprobrium, quasi recte docuissent hominem semel conuersum non posse amplius peccare, sed quidquid faceret, bonum esse. [83]) *Aber es ist S. Paulo nicht anders ergangen.* [84]) Faciamus mala, ut eueniant bona. Oremus contra illorum blasphemias. *fol. 76a*] cumque audiret Wicelium a Lipsiensibus uocatum, propterea quod ex [85]) insaturabili odio, Euangelium cauillaretur. Respondit Martinus Lutherus: Habete patientiam, pessimus ille nebulo, et *αὐτοκατάκριτος*, [86]) seipsum iudicans, non est dignus, ut illi respondeatur. Nouit enim se defendere causam iustissimam contra suam conscientiam. [87]) Ingratissimus nebulo, reus mortis, [88]) nostro beneficio seruatus et honorifice prouisus, non [89]) soluit praemium, habebit suum iudicem certissime, *wolt nicht gros gelt nemen eines einigen büchleins wider ihn tzu schreiben*, [90]) talis nebulo non est timendus, sed contemnendus. *Er wirdt sampt allenn papisten mit seinem schelten vnnd lestern nicht viel gewinnen noch ausrichten.* [91]) Nos hoc agere debemus, illis blasphemantibus, debemus ta-

---

[79]) tumultu] *sic* Reb.: Cod.: seditione
[80]) conf. Aug.] Reb.: Aug. conf.
[81]) nusquam] *sic* Reb.: Cod.: nunquam
[82]) laudans] Reb. *typ. err.*: ludans
[83]) esse.] *sic scripsi*; Cod. *et* Reb.: esset.
[84]) *Aber — ergangen.*] Reb.: verum sancto Paulo non aliter euenit,
[85]) ex] *a* Reb. *abest.*
[86]) αὐτοκατάκριτος,] *sic scripsi*; Cod.: αὐτοκατάκριτος, Reb.: ἀυτοκατακριτος
[87]) contra suam conscientiam.] Reb.: qui contra suam conscientiam agit.
[88]) reus mortis,] Reb.: mortis reus,
[89]) non] *sic* Cod.: Reb.: nunc
[90]) *wolt nicht — schreiben,*] Reb.: ego magnam summam pecuniae non sumerem, vt vnicum librum contra illum in lucem aedere permitterem,
[91]) *Er wirdt — ausrichten.*] Reb.: ipse et omnes papistae, cum eorum cremationibus non multum lucrentur, nec rem aliquam praeclaram efficerent.

cere, orare et benedicere, *vnnd nicht holtz tzum fewer tragen.* [92]) Meum igitur consilium est, eiusmodi impijssimis hominibus nihil respondere. Cum iterum diceretur, Wicelium esse Lipsiam [93]) receptum, respondit Martinus Lutherus: Gaudeo eum ibi esse quasi in muscipula captum, [94]) quia ipse est plenus pessimarum opinionum, quas traxit ex Campano *nider lender*, [95]) qui omnes Euangelistas carpsit, *sie hetten nichts recht geschrieben.* [96]) si erumpet, suum praemium habebit. Nam Campanus *y*) scripsit librum hoc titulo: Contra omnem post Apostolos mundum. *Es ist viel auff einem biessen gefast*, qui nunc diminutus est capite. [97])

Wicelius *aber helt hinder dem berge, drumb sindt seine predigten so kalt*, [98]) frigide docet, quia non audet proferre, *gehet wie ein gespantter hase*, [99]) *z*) timet auditorum iudicium, eius oratio non est libera, sed carcere ligata. Oratorum [100]) autem uerba, qui alios mouere debent, [1]) debent esse optima et liberrima, syncere docentes. At [2]) isti semigraeculi [*fol. 76b*] et arrogantes ingenio faciunt, [3] sicut Carolostadius cum suo τοῦτο fecit [4]) per αὐτός. Summa, Spiritus docet, non lingua, sed lingua adiuuat spiritum, sine quo uerba sunt uana, quae fiunt rebus, non res uerbis. Sicut Imperatori Sigismundo accidit in Concilio Constantiensi, ubi dixit: Nolumus habere Schismam. [5]) Orator uero dixit: Non Schismam, [5]) sed Schima. [5]) Ille econtra: Si sumus Dominus iurium, id est, rerum, multo magis Grammatices, id est, uerborum. Sed papistae eum captiuarunt. *Er must einen diakon rock antziehen, vnnd das Euangelium lesen in der Christmesse.* Et ita omnis

92) *vnnd — tragen.*] Reb.: nec lignum ligni opponere [*pro:* igni apponere].
93) esse Lipsiam] Reb.: Lipsiam esse
94) captum,] Reb. *typ. err.:* captam,
95) *nider lender,*] Reb.: germano inferiori,
96) *sie — geschrieben.*] Reb.: quasi nihil certe scripsissent,
97) *Es ist* — capite.] Reb.: nimium certe una voce assumptum est, qui nunc diuinitus est capite plectendus.
98) Wicelius — *kalt,*] Reb.: Wicelius aperte non loquitur veritatem, ideo conciones suae adeo frigidae sunt,
99) *gehet — hase,*] Reb.: tanquam lepus ligatus incedit,
100) Oratorum] Reb.: Oratoris
1) debent,] Reb.: vult,
2) At] Reb. *male:* ad
3) faciunt] Reb.: vocant
4) fecit] Reb.: facit
5) Schismam . . Schismam . . Schisma.] *sic scripsi;* Cod.: σχημαμ.. σχησμαμ . . σχησμα.

y) *N. M. in* Cod.: Campanus infra fol. 222. (*cuius loco scribendum erat:* Campanus infra fol. 230a med. — 232a extr., *quae* Rebenstockius *mutato capitum ordine exhibet* T. II. fol. 31a—33a).

z) *N. M. in* Cod.: Prouerbium Luthero usitatum.

imperator factus est Ecclesiae Romanae diaconus, Rex uero Romanorum subdiaconus. Mox miser imperator factus est infoelicissimus contra Turcam et Germanos, regnum Bohemiae corruit plane uastatum, quod olim erat celeberrimum, ita ut Ladislaum optimum regem interficerent, et pellionem, militem strennuum, auum Ducis Girsing eligerent in regem. Tandem Mathiesco rege defuncto Bohemiae regnum cessauit. [6]

Georgij [7]: Wicelij Tesserathecae [8]) afferebantur Martino Luthero, quibus papam et Lutherum conciliare uoluit mera [9]) arrogantia. Dixit Martinus Lutherus: *Wenn das* Wicelius *bei dem babst kan tzu wege bringen,* [10]) tunc a parte nostra plus illi concedam quam exigunt, istae propositiones 28 non adeo ex deuotione quam ex pauore sunt conflatae. Nam Lipsienses fortassis [11]) nolunt gratificari Duci Georgio, qui alioqui Euangelium odio habent, *dan diese lehre ist nicht angenehme fur die Leipsischen wucherer.* [12] Studiosus quidam, nomine Lemnius, [13]) poëta impudentissimus, poëma edidit, quod Martino *fol. 77a*] Luthero offerebatur, in quo scripto non pepercit sexui uirginum et matronarum, conductus a papistis, Euangelij doctrinam blasphemauit. Dicebat Martinus Lutherus: Mendacijs et clamore contra nos agunt papistae. Ideo Christus consolatur: Beati, cum maledixerint uobis homines, gaudete et exultate etc. *solche bucher, die Vincel, Löffel, Tölpel, Lemnius schreiben, sollen mich nicht blode machen.* [14] Sed contra Lemnij epigrammata obscoenissima, iam fugitiui, Ecclesiam

---

6) Sicut Imperatori Sigismundo — — cessauit.] *haec h. l. ap.* Reb. *non leguntur.*

7) Georgij] Reb. *male:* Gergorij

8) Tesserathecae] *sic scripsi*; Cod.: Tessaradecae; Reb.: Thessaratheca — (*In* Ge. Th. Strobelii *dissert.:* »Etwas von Georg Wicels Leben, und Schriften.« *quae exhibetur in eius libro:* Beyträge zur Litteratur beſonders des XVI. Jahrh. Bd. II. St. 1. Nr. VI. p. 209—271. *nullum inveni librum illo titulo inscriptum.*) — *Conf.* libr. Luther's Tiſchreden herausg. v. Förſtemann u. Bindſeil. T. III. p. 278—281. T. IV. p. 23 sq.

9) mera] *sic* Reb.: Cod.: mero

10) *Wenn — bringen,*] Reb.: Si Wicelius apud Papam hoc efficere potest.

11) fortassis] *a* Reb. *abest.*

12) *dan — wucherer.*] Reb.: haec enim doctrina Lypsensibus foeneratoribus non est grata.

13) nomine Lemnius.] Reb.: Lemnius nomine — (Vide Strobelii dissert.: »Leben und Schriften Simonis Lemnii,« *quae legitur in eius libro:* Neue Beyträge zur Litt. beſ. des XVI. Jahrh. Bd. III. St. 1. Nr. I. p. 3—156.) — *Conf.* Lutheri colloquia german. a Foerstemanno meque edita T. III. p. 275—277.

14) *solche — machen.*] Reb.: Hi libri a Wicelio, Cochlaeo, Tolpellino et Lemnio scripti nihil omnino me debilitare debent.

publicis [15] concionibus hortatus est. Videtis fratres, quam [15a] nos petat Diabolus, [16] qui omnibus aduersarijs sumus scopus, quibus contradicitur, ad [17] hoc assuefieri debemus. Nebulones istos papistae clam [18] alunt apud nos non discendi, sed exploraudi gratia, quo nos impugnent, sed cum nos praedicamus hunc Dominum [19] Christum, ipsi nos insectantur, ut leo rugiens, quapropter non turbemini in istis, praecipue cum Christus nos admonet: si essetis de mundo, mundus quod suum est diligeret. Sed mementote uos [20] non meliorem fortunam habituros, quam Christus paterfamilias habuit. Videtis, quod iste nebulo, *der lecker* [21] nobis detraxit, aduersarios nostros laudando, sanctos Episcopos uocat, sed nolumus, ut posthac in hac schola suum stylum [22] exerceat. Papistae nostrum sanguinem cupiunt, iurati contra nos proditores alunt. Sicut latro ille Hallensis multum Germaniae prodesse posset, sed quia papae iurauit, doctrinam nostram, quam confitetur ipse ueram, damnat. Nam [23] ferre non possunt, ne consilia ipsorum intereant, et cum pessimi sint, meliora monentem [24] sequi nolunt, [25] non alia de causa moti, quam quod nos miseri sumus, [26] ipsi uero potentes et magni. Scitis *fol. 77b*] Salomonem dicere: Qui iustificat impium, et condemnat [27] iustum, abominabilis est uterque [28] coram Deo et hominibus. Nos ideo hic sumus, praedicamus et loquimur, [29] ut aduersemur papistis, neque in perpetuum tacebimus, iustificando papam. [30] Si hoc audire nolueris, discedas hinc Halam, pereas cum impijs. Principes seculares non tam [31] sunt decepti, ut ipsi Episcopi, qui papae iuramento sunt obligati, ideo illos pronuntiamus aduersarios et hostes religionis, ut res ipsa loquitur. Qui uero suis uer-

---

15) publicis] Reb.: in Publicis
15a) quam] Reb.: quomodo
16) petat Diab.] Reb.: Diabolus petat,
17) ad] *sic* Reb.; Cod.: At
18) papistae clam] Reb.: clam Papistae
19) Dominum] *sic* Reb.: Cod.: hominem
20) uos] Reb.: nos
21) *der lecker*] *a* Reb. *absunt.*
22) in hac schola suum stylum] Reb.: suum stylum in hac schola
23) Nam] Reb.: nostra
24) meliora monentem] Reb.: monentem meliora
25) nolunt] Reb.: volunt
26) sumus,] Reb.: simus,
27) condemnat] *sic* Reb.: Cod.: contemnat
28) uterque] *ap.* Reb. *deest.*
29) praedicamus et loquimur,] Reb.: loquimur et praedicamur,
30) papam.] Reb.: Papa.
31) tam] Reb.: tantum

sibus et scriptis eos [32]) extollunt, nihil faciunt, quam quod Euangelium laudent, [33]) et rursus uituperent, [33]) irridentes nos et Ecclesiam nostram. Facile credo hic multos [34]) esse speculatores, quos nihil curamus, audiant nos et obseruent, publice enim profitemur, disputent econtra. Sed quod ita nos decipere uolunt, et laudare hostes nostros, [35]) non patiemur, sufficit eos hic inter nos uiuere, ut speculatores nequissimos. Sed illa encomia Episcoporum gladio uitam nostram petentium, et animas mendacijs occidentium, ab illis scribi [36]) non patiemur. Nam Salomon inquit: Pereat impius et peruersus laudator. Haec ideo dico, ut sciatis, quod nos ad hoc uocati simus [37]) in lucem, ut Petrus inquit, [38]) in qua Christum confiteamur. Cum igitur habeamus [39]) tantos hostes, diabolum et illius asseclas nos persequentes intus et foris, tolerandum est. Perfer et obdura, proderit dolor hic tibi [40]) olim. Christus est scopus, qui petitur, sed non omnes tangunt scopum hunc, [41]) maneamus [42]) nos constantes illis pereuntibus. *vnnd last das röchlein verrichen*, [43]) et cauete illorum praua colloquia. Hanc exhortationem habuit Martinus Lutherus in templo, in die Trinitatis, euulgato publice suo mandato typis excuso [44]) contra calumnias Simonis Lemnij. *fol.* 78ª] Dicebatur de quodam insigni papista, qui lucrifactus Euangelio, religioni nostrae accessisset. [45]) Respondit Martinus Lutherus: Tales optimi sunt, qui docere et pugnare possunt contra errores expertos, non temere currunt, sed utrimque exercitati fiunt pugnaces. Talis fuit S. Paulus, qui acerrimus fuit Pharisaeus. Tandem Christum optime et syncerissime docuit contra omnem Iudaismum et legis iustitiam. Neutrales uero, qui uentris [46]) causa loquuntur, ineptissimi sunt, sicut fuit Faber Constantiensis, qui Spirae in Comitijs publica concione haec uerba effudit: *Ehe ich den Lutherischen glauben wolt annemen, so wolt ich lieber den turckschen gott annemen, dan*

---

32) eos] Reb.: illis
33) laudent, .. uituperent,] Reb.: laudant, .. vituperant.
34) hic multos] Reb.: multos hic
35) nostros] *ap.* Reb. *deest.*
36) scribi] *sic recte* Reb.; Cod.: scribere
37) simus] Reb.: sumus
38) ut P. inquit] Reb.: (vt P. inquit)
39) habeamus] Reb.: habemus
40) proderit dolor hic tibi] Reb.: labor hic tibi proderit
41) scopum hunc,] Reb.: hunc scopum,
42) maneamus] *sic* Reb.: Cod.: moneamus
43) *vnnd — verrichen,*] Reb.: et contemnamus hunc fumum.
44) euulgato publice — excuso] Reb.: euulgata et publice excussa
45) accessaset.] Cod. *male:* accedisset.
46) uentris] Cod. *calami err.*: ventri

die turcken halten noch Ceremonien mit fasten, beten vnnd andern gutten wercken. [47] Respondit Martinus Lutherus: Vereor, ne cum Caipha prophetauerit, ut uelis nolis, cogaris fidem Turcarum suscipere, antequam ad cognitionem ueritatis [48]) peruenias. [49])

MORTES PAPISTARVM. *) [50])

Pauci praesentia Dei miracula obseruant. Videte, quomodo Papistae intereant. Episcopus Treuirensis post coronationem Ferdinandi, summo pauore ex uno haustu mortuus est. Ernestus Comes Mansfeldensis, qui summo zelo Caesare aduenient[e] [51]) acclamauit: Saluator uenit, importune dicens, [52]) cum audiret canere psalmum: [53]) *Ein feste burck ist vnser gott* etc. *Ich wiel die burck helffen verschiessen, vnnd wil wider den Luther in dem kriege ersterben.* [54]) Hic in triduo mortuus repertus est.

Comes de Werttenbergk [55]) insignis aduersarius Augustae in comitijs subitanea morte perijt.

Doctor Matthias, filius Henningij, qui primitias suas Erphordiae ante comitia celebrauit, ad exemplum papisticae [*fol.* 78[b]] ueritatis, misere est mortuus. [56]) Nam Erphordienses tria eius scorta cum ipso in lupanar [57] ducentes, in eius [58]) conspectu conspurcarunt, *fureten ihn in einem langen mantel mit hienein*, [59]) et eodem anno moerore confectus est et consumptus. [60])

---

*) Reb. I, fol. 85[b] lin. 14. — fol. 87[a] lin. 7. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 282 sqq. cap. 29.

47) *Ehe ich — wercken.*] Reb.: Priusquam ego fidem Lutheranorum profiterer, crederem prius in Deum Turcarum, Turcae enim ieiunant, orant, et multa bona opera praestant.
48) cognitionem ueritatis] Reb.: veritatis cognitionem
49) peruenias.] *sic* Reb.: Cod.: peruenies.
50) Mortes Papistarum.] Reb. *habet hanc inscriptionem:* Mortes et interitus aliquot Papistarum.
51) Caesare aduenient[e]] *sic* Cod.: Reb.: Caesari aduenienti
52) S. uenit, importune dicens,] Reb.: S. venit oportune, dicens:
53) canere psalmum:] Reb.: Psalmum canere,
54) *Ein feste — ersterben.*] Reb.: Deus nostrum refugium, ego hoc firmum aedificium Bombardis frangere, et in bello contra Lutherum primus esse volo.
55) de Werttenbergk] Reb.: de Werdenburg
56) est mortuus.] Reb.: mortuus est.
57) lupanar] *sic scripsi*; Cod.: Lupinar, Reb.: lupaner
58) eius] Reb.: omnium
59) *fureten — hienein,*] Reb.: et illum induto pallio introducebant.
60) confectus est et consumptus.] Reb.: consumptus est.

Item cancellarius Treuirensis, Caesar Pflug, etc. [61] omnes mortui sunt sine crux et sine lux. Ita alijs accidet. [62]) Dux Georgius non ita peccat, cui res est seria, non iocosa.

Nobilis quidam papista Asman Ziegler paucis diebus mortuus desperasse dicitur, et in agone ferociter haec uerba dixisse: *teuffel do hastu meine seele.* Respondit Martinus Lutherus: Horrenda sunt exempla irae diuinae prius etiam experta. Nam praefectus quidam Venetorum cum obsideret urbem quandam et ante expugnationem moriturus, horrendas blasphemias effudit in Deiparam Virginem putanam, *schalt sie mit der grossen* etc. *vnd S. Petern mit den grossen* etc.

Item alius Italus moriens: mundo opes, uermibus corpus, sathanae animam commendo. Maxime enim sunt blasphemiae in Italis, quorum mores Erasmus optime nouit, quem Itali non excitant, ne crabronem illum prouocent. *Er würde ihnen solche stück fein wissen furtzuhaltenn.* [63])

Nihil iniustius est [64]) arrogantia hominis ignaui, [65] *Wan einer ein dinck nicht kan noch weiss, vnnd wils dennoch konnen.* [66]) Ita Papistae meis utuntur uerbis ad suum propositum contra me. Sicut Lipsiensis ille concionator meam Postillam praedicauit contra me, qui a Deo ita punitus est, ut in ambone, [67] Dominica post Nat. [68] Christi apoplexia tactus sit, cum assereret operum iustitiam ex historia Hannae, locus, tempus, persona, et uerba iram Dei in illo declarant, [69] *das der man auff diese tzeit auffm predigtstul vber dieser materia geschlagen sei.* [70]) [*fol. 79*[a] Ita Magister Adamus Budissina scripsit Witebergam urbanum quendam ab Euangelio defecisse, et factum esse pastorem in Kunewalde, qui impudenter contra Dei uerbum [71]) blasphematus sit, execrans sese, si illam Lutheranam doctrinam [72] approbaret, fulmine prosternendum esse. Eo ipso die tempestas ualida uenit. Is consternatus

---

61) etc.] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
62) accidet.] Reb.: accidit.
63) Dux Georgius non — — — *furtzuhaltenn.*] *haec h. l. ap.* Reb. *non inueniuntur.*
64) est] *ap.* Reb. *deest.*
65) hominis ignaui] Reb.: in homine ignauo,
66) *Wan — konnen.*] Reb.: si quis rei alicuius ignarus est, et tamen doctissimus omnium videri vult.
67) ambone] ambo, *vox mediae et infimae latinitatis, significat* pulpitum, tribunal Ecclesiae, ad quod gradibus ascenditur.
68) Nat.] *sic* Reb.; Cod.: natalis
69) in illo declarant,] Reb.: significabant, et in illo declarabant,
70) *das der — sei.*] Reb.: hominem illum apoplexia in suggestu tactum esse.
71) Dei uerbum] Reb.: verbum Dei
72) Luth. doctr.] Reb.: doctr. Luth.

suorum uerborum [73] memor, accurrit [74]) in templum, ***hat lassen tzum wetter leutten,*** [75]) orans ante summum altare, fulmine tactus est usque ad syncopen, [76] recreatum [77]) aliquo modo, domum ducere uoluerunt, ibi inter ductores in coemeterio [78]) secundo fulmine ictus est, ***oben tzum haupte hinein vnnd vnden tzum geschefftе wider aus, vnnd gar versenget.*** [79]) Haec sunt irae Dei signa, [80] sed mundus neque iram, neque misericordiam Dei respicit [81]) ***Es seint tzeichen tzum Jüngsten tagē.*** [82])

Philippus Melanthon historiam recitauit, quae Brettae in patria sua facta fuerat, ubi puella de turri delapsa incolumis permansit et illico in altum respexit metuens ne pater uidisset. Respondit Martinus Lutherus: ***da ist kein teuffel gewesen, sondern ein Engel Gabriel.*** [83]) Ita parochus quidam in Frideburg [84]) in Marchia prope Franckfordiam, Euangelium ante nouem annos publice calumniatus est, ***do die schweis krankheit regirtte,*** [85] dixit Deum nouissimis [86]) plagis mundum punire, ***dan sie hetten neuen glauben vnnd falsche lehre.*** [87]) Ideo deberent in obedientia matris [88]) Ecclesiae permanere, et constituit [89]) proximum diem, quo supplicationibus et litanijs processiones [90]) habere uellet, contra hunc morbum, eodem die pastor mane mortuus est, et processio [*fol. 79*] facta est funebris. Respondit Martinus Lutherus: Talia exempla essent digna obseruatione, ubi uidemus potentiam Dei praestantissimam.

Anno 26. [91]) Monachus quidam in concionibus Apostolum

---

73) suorum uerborum] Reb.: verb. suorum
74) accurrit] Reb.: currit
75) ***hat — leutten,*** ***haec ap.*** Reb. ***non leguntur.***
76) tactus est usque ad syncopen (Cod. ***male:*** sincopin),] Reb.: tactus in συγκοπήν incidit,
77) recreatum] Reb.: recreatum deinde
78) coemeterio] ***sic scripsi;*** Cod.: Cemiterio, Reb.: caemiterio
79) ***oben — versenget.***] Reb.: per verticem capitis inferius exiit per pudenda, et tandem funditus interijt.
80) sunt irae Dei signa,] Reb.: irae Dei signa sunt,
81) mundus neque iram — Dei respicit,] Reb.: neque iram — Dei respicit mundus,
82) ***Es seint — tage.***] Reb.: sunt signa quae diem nouissimum indicant.
83) Philippus Mel. — ***Gabriel.***] ***haec h. l. ap.*** Reb. ***non leguntur.***
84) Ita parochus quidam in Frideburg] Reb.: Item Parochus in Fridenberg
85) ***do — regirtte.***] Reb.: cum regnabat morbus Anglicus,
86) nouissimis] Reb.: nouis
87) ***dan sie — lehre.***] Reb.: haberent enim nouam fidem et nouam doctrinam.
88) matris] Reb.: veteris
89) constituit] Reb.: conspicuit
90) processiones] Reb.: processionem
91) Anno 26.] Reb.: Item Anno 26.

Paulum spermologum et mendacem appellauit, illi non esse credendum, quia dixisset: Gaudete cum gaudentibus. Ille mox extinctus est. Doctor quidam Silesius [92]) acerrimus Papista in Academia Regiomontana in disputatione hoc argumentum protulit: Testamentum humanum non licet mutare, multo minus diuinum. Coena Domini sub utraque specie est testamentum [93]) Dei, ergo [94]) non mutandum. Cumque iam finis esset disputationis, exiens ciuitatem cum quodam ciue optimate, dixit: Placetne tibi mea disputatio? [95]) Optime, inquit ille, [96]) et leniter tangens scapulas illius dixit: Seruus sciens uoluntatem domini duplo uapulabit. [97]) Postridie Doctor ille subitanea morte perijt

ROMA. *)

Praesentibus Licentiato Liborio Magdeburgensi [97a]) et Magistro Georgio Spalatino Martinus Lutherus dicebat: *Weil mich euser herrgott in das scheutzlich vnnd hesslich geschefft wider den bapst tzu schreiben bracht hat, wolt ich nicht viel gelt dafür nemen, das ich* Romam *nicht gesehen vnd gehort het, ich müste mich sonst immer besorgen, ich thete ihnen gewalt.* [98]). Sed quae uidimus, loquimur et testamur.

Bembus, uir doctissimus, cum Romam bene considerasset, dixit, Romam esse sentinam pessimorum hominum et totius orbis. Et alius scripsit:

Viuere qui sancte uultis, discedite Roma,
Omnia hic licent, non licet [99]) esse probum.

Fuerunt ante tempora Euangelij euulgati saepius, qui [100]) illius malitiam perstrinxerunt, sententijs et carminibus taxan-

*) Reb. I, fol. 87a lin. 8. — fol. 90a lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 684 sqq. cap. 77.

92) Silesius] *sic* Reb.; Cod.: Schlesiacus
93) testamentum] *sic* Reb.: Cod.: sacramentum
94) ergo] Reb.: igitur
95) mea disp.?] Reb.: disp. mea?
96) ille] *a* Reb. *absest.*
97) uapulabit.] Cod. *male:* uapilabit,
97a) Magdeburgensi] Reb.: Magd.: Cod.: Medeburg. — *Conf.* Lutheri colloq. germ. a Foerst. et me edita IV. p. 684.
98) *Weil mich — gewalt.*] Reb.: Quia a Deo opti. max. ad hoc negotium horrendum contra Papam calamum dirigere, et errores suos verbo Dei refutare, sum vocatus, non sumerem certe magnam summam pecuniae, quin Romam vidissem, alias semper starem in periculo et timore, me illos iniuria afficere, et vi quadam cum illis agere.
99) licent, non licet] *sic scripsi;* Cod.: licent, non libet, Reb.: licet, non licet
100) qui] Cod. *male:* quae

tes. Versus: amor [1] mundi caput est et bestia terrae. Et ipsa Roma [*fol. alter.* 79a] [2] ut Ludouicus Minorita, et Egidius Augustinianus [3] et alij pij praedicatores experientia testati [4] sunt. Fundamentum inferni appellata est, sed nomen Papae est: Noli me tangere. *Man hat balde die strapkorde* [4a] *mit ihnen gehandelt,* [5] Et duo praedicatores inuenti sunt mane excisis [6] linguis insertis in culum ipsorum. [7]

Deinde recitauit historiam de Iudaeo quodam, qui Christianam religionem recipere [8] uoluit, sacerdoti confessus petens se prius Romam uisurum, et caput Christianismi inspecturum, antequam baptizaretur. Cuius propositum cum sacerdos obnixe conaretur impedire, timens, ne scandalis Romae conspectis absterretur. Iudaeus uero Romam profectus, cum satis horrenda et scandalosa ibi [9] uidisset, ad sacerdotem redijt, et baptizari petijt, dicens: *Nun wiel ich gerne der Christen gott anbeten,* [10] quia satis propitius est. *Kan er solche büberey tzu Rom erleiden,* [11] facile potest omnia scelera mundi [12] ferre. Nam noster Deus satis iratus est, qui nos populum suum uarie cruciauit.

Martinus Lutherus narrauit de situ Romae, quam quatuor hebdomadibus cum summo periculo perlustrasset, et illum locum esse *das altte Roma.* Nam celeberrima aedificia a Gottis plane esse diruta. In monte Capitolino esse monasterium Minoritarum. Montem Tarpeium dixit altiorem Auentino, Capitolino, Quirino. Deinde dixit de structura theatri, cuius muri et fundamenta adhuc adessent, esse rotundam figuram et structuram fere quindecim gradibus gradatim in circuitu

---

1) amor] *haec vox in* Cod. *rubrâ lineâ subnotata est, et supra eam rubro colore adscripta explicatio:* id est Roma
2) *Is qui foliorum numeros adscripsit, numerum* 79 *duobus foliis seu sequentibus inscripsit; quapropter* folium alterum eodem numero 79 instructum *a praecedenti folio* 79. *sic distinguo.*
3) Augustinianus] Reb. *male:* Augustianus
4) testati] Reb. *male:* testata
4a) *strapkorde*] *haec vox derivata a v.* strappare (*i. e.* sursum deorsum agitare) *et* chorda, *significat* tormentorum speciem (pendulas, trochleas tormentorum). *Conf.* Luth. colloq. germ. a Foerst. ed ma edita IV. p. 695. nota 6.
5) *Man hat — gehandelt,*] Reb.: Nam qui mala loquuntur, Papa illos suspendio perire oportet.
6) excisis] Reb.: praecisis
7) insertis in culum ipsorum.] Reb.: et in culum insertis.
8) recipere] Reb.: suscipere
9) ibi] *ap.* Reb. *deest.*
10) *Nun — anbeten,*] Reb.: Nunc demum Christianorum Deum adorabo,
11) *Kan er — erleiden,*] Reb.: Si tanta scelera quae Romae ferre potest,
12) scelera mundi] Reb.: mundi scelera

deuatis, capacem esse ducentorum millium hominum. Postea fuit de coemeterio Calixti, in quo multa millia martyrum essent sepulta. [13]) Roma ter est [14]) expugnata a Germanis, *fol. alt. 79b*] Longobardis, Gottis et Vandalis. Ita et [15]) Papa hodie impugnatur. Nam ciuitas, quae hodie cernitur, plane est [16] cadauer priorum monumentorum. *do itzundt heuser stehen, sint tzuuor die techer gewest, so tieff liget der schut,* [17]) quod facile apparet uersus Tiberim, *do sie tzuen Landes knecht spisse hoch schut hat.* [18]) Habet nunc suam pompam, papa ornatissimis equis praecedentibus triumphat, et sacramentum in equo [19]) ornato uehit, nihil ibi laudandum, quam consistorium et Curia Rotae, ibi in causis optime [20]) proceditur. *Es hat aldo ein trefflliches hart regiment,* [21]) ubi iudex qui Patasell dicitur, trecentis ministris circumit. *noch ist ein stuotes leben, wesen vnnd morden do.* [22]) Nam ubi uerbum Dei floret, ibi etiam est concordia sine legibus.

Anno 1527. Roma capta est per exiguum exercitum a Duce de Borbon, [23]) in loco munitissimo. Cum Romani et ipse Papa securi essent, ac in templo, quo uix effugit [24]) Papa, tam densa fuit [25]) nebula, ut hostes facile [26]) murum transcenderent. Cardinales spoliarunt, papam captum 300000 ducatis sese liberantem dimiserunt, egregiae Bibliothecae perierunt, *die Copisterey worden pferde streuen.* [27]) Multi Romani miserrime tunc perierunt, exceptis qui erant Caesariani, et Columneser, Vrsiner, [28]) prior Caesariana, altera inimica [29]) exteris adhaeret. Paulus Papa fuit Vrsinus, *der*

---

13) Mart. Lutherus narrauit — sepulta.] *haec h. l. ap.* Reb. *non inveniuntur.*
14) est] *a* Reb. *abest.*
15) et] Reb.: a
16) plane est] Reb.: est plane
17) *do itzundt — schut,*] Reb.: In quo loco iam sunt instructa aedificia, ibi antea tegmenta fuerunt, tantam profunditatem vallum habet,
18) *do sie — hat.*] Reb.: quo in loco vallum vrbis longitudine duarum lancearum in altum erectum est.
19) sacramentum in equo] Reb. *male:* sactamentum, in quo equo
20) optime] Reb. *typ. err.:* optima
21) *Es hat — regiment,*] Reb.: valde seuera et dura habetur ibi gubernatio,
22) *noch ist — do.*] Reb.: Attamen Roma est vera spelunca latronum.
23) Borbon,] *sic* Reb.; Cod.: barbon
24) effugit] Reb.: effugeret
25) fuit] Reb.: erat
26) facile] *sic* Reb.; Cod.: faciles
27) *die C. — streuen,*] *Idem ap.* Reb. *non leguntur.*
28) Caes., et Columneser, Vrsiner,] Reb.: Caesariani et Columneser, quod fatale malum est huic ciuitati. Sunt autem Romae quae nationes et progenies celeberrimae, inter se inimicissimae, Columneser, Vrsiner,
29) inimica] *sic* Reb.; Cod.: minima

itzige auch. [30]) Dixitque [31]) de thermis Diocletianis, quarum aquaeductus fuit per 25 miliaria germanica ex Neapoli, [32]) in domum egregie constructam, ibi fuerunt diuitiae mundi, ubi fecerunt quidquid libuit.

92) *oder — tzeichen.*] Reb.: alias signum esset malum.
93) uitam tranquillam] Reb.: tranquillam vitam
94) dicebat] Reb.: dixit
95) Dei] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

econtra non redderent, sed malum pro bono referrent. ***Es ist ihnen das leihen gleich als das gegebene vnd gefunden.*** [96]) Plurimum deceptus sum ab importunis mendicis, [97]) dicens de quodam, cui uestes et sumptus curasset, ***machelohn vnd scherlohn***. [98]) et tamen impijssimus fuisset nebulo, in causa conscientiae simulanter eum accesserat, consolationem petens. Post aliquot hebdomadas rediens ad nuptias mendicauerat, me insigniter [99]) decepit, paulo post patibulo [100]) suspensus est. [1] Saepius a talibus deceptus sum, ***meinet, alle leutte weren so einfeltig als ich.*** [2] Ita D. Valentinus Mellerstadt [3] multis sua pecunia inseruijt, sed non sine summo suo detrimento. ***Es heist, wan ich einem leihen wiel, so sol er wider geben. Leihen vnnd geben ist tzweyerley.*** [4]

SCANDALA. *)

In Ecclesia Dei offensiones [5] multo sunt atrociores et [6]) periculosiores, quam apud gentes. Nam Christiani cum degenerant, magis impij sunt quam gentes. Ideo Hieremias Threnorum 4. lamentatur, iniquitatem filiae populi sui maiorem factam, quam Sodomorum, sicut et Christus deplorat. Et Ezech. dicit, uos iustificastis [7] peccatis uestris Sodomam. [8]) ***Es mus also sein,*** [9]) in propria uenit, et sui eum non receperunt, ***das macht warlich die fromen gantz vngeschickt,*** [10] ut mallent se mortuos. Sicut hodie experimur, multos ex nostris alios [11]) offendere. Vt Comes de Mansfelt. [*fol. 90* [1] Alber-

*) Reb. I, fol. 99ᵃ lin. 26. — fol. 99ᵇ lin. 26. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 24 sqq. cap. 41.

96) ***Es ist — gefunden.***] Reb.: Nullum facerent discrimen inter datum, [illegible] inuentum.

97) mendicis] Cod. ***calami err.***: mendacis

98) ***machel. v. scherlohn,***] Reb. ***pro his habet***: etc.

99) me insiguiter] Reb.: insigniter me

100) patibulo] Cod. ***calami err.***: patibula

1) suspensus est.] Reb.: est suspensus

2) ***meinet — ich.***] Reb.: omnes enim homines simplicitate praeditos esse ego, putabam.

3) Mellerstadt] Reb.: Mallerstat

4) ***Es heist — tzweyerley.***] Reb.: Aliud enim est dare, aliud mutuo dare. Ego si mutuo do alicui, mutuatum reddere debet.

5) offensiones] Reb.: scandala et offensiones

6) atrociores et] *a* Reb. ***absunt.***

7) uos iustificastis] Reb. ***male***: nos iustificatis

8) Sodomam.] Reb.: Sodomam, etc.

9) ***Es — sein,***] Reb.: Ita fieri oportet,

10) ***das — vngeschickt,***] Reb.: Hoc pios valde perturbat,

11) alios] Cod. ***male***: alio

[12] multos adeo offendit, ut fratrem illius acerbum papi-
m ei praeferant. [13] Ideo orandum contra scandala [14]
genter: Sanctificetur nomen tuum. Nam ex optimis crea-
is Dei pessima oriuntur, ex Ecclesia haeretici, ex angelis
han, ex Apostolis proditor, ex Hierusalem, quae erat focus
habitatio Dei, [15] propheticidae. Ideo Paulus inquit: Ex
bis surgent uiri peruersi. Ideo Ecclesia nullam habet spe-
m [16] et successionem, quia ex Roma summa prophana-
, ex pulcherrimis uirginibus meretrices, ex maritis adulteri,
eselbigen interna scandala *thun altzeit den grosten schaden
nd stossen die fromen vorn kopff.* [17] Ideo Christus dicit:
e mundo a scandalis.

IDOLATRIA. *)

Cum uerus et salutaris cultus sit unum solum Deum, ti-
ore, dilectione, fiducia colere, iuxta illud: Non habebis
eos [18] alienos. Item, Diliges Dominum Deum tuum ex to-
) corde etc. [19] Hic cultus cordis internus, cum externa
ia λατρεία dicitur. At Diabolus cor hominis peruersum a
ero Deo, ad creaturarum confidentiam [20] propellit, ut Hie-
mias conqueritur cap. 2. Dereliquerunt me fontem aquae
uae. [21] cisternas sibi fodientes. Item Secundum numerum
uitatum suarum [22] habuerunt Deos, quae defectio dicitur
olatria, non tantum illa crassa adoratio multorum idolorum,
atuarum, imaginum, etc. sed omnis cultus superstitiosus sine
andato Dei excogitatus. Sicut uana fiducia operum, merito-
m, diuitiarum, gloriae, potentiae, foederum. *Wir wollen
klechts abgottisch sein*, [23] ut tempore Ezechielis accidit, *da*

---

*) Reb. I. fol. 99b lin. antepen. — fol. 102b lin. 22. — *Conf.* Luth. colloq
germ. I. p. 281 sqq. cap. 5.

12) Albertus] *ap.* Reb. *deest.*
13) praeferant.] Reb.: praeferam,
14) scandala] Reb.: scandalum
15) quae erat f. et h. Dei,] Reb.: (quae fuit f. et h. Dei)
16) spem *(quae vox in* Cod. *sigla:* spem̄ *indicatur)*] Reb.: spem
17) *dieselbigen — kopff.*] Reb.: interna illa scandala semper maximum infe-
runt damnum, et corda piorum maxime perturbant.
18) Deos] Cod. *male:* Deo
19) etc.] *a* Reb. *abest.*
20) confidentiam] Reb.: fiduciam
21) uitae,] Reb.: vitae,
22) suarum] Reb. *male:* tuarum
23) *Wir — sein,*] Reb.: Nos omnino idolatria sectari volumus,

got durch den propheten must sagen: wiltu Ja abgotter anbeten, so bete sie in aller teuffel namen ahn. [*fol. 90b*] sunt [24]) minae ex coelo Dei, *aber es stehet darbei geschrieben:* [25]) Non inuanum sumet nomen Dei, imo punietur. Idolatrae [26]) habent ingenium musicum. *Wan sie gott haben wil in seinem* cultu, *so kan man sie nicht dartzu bringenn.* [27]) Deus praescribit nobis modum, tempus, locum sui cultus. *das wollen wir nicht.* [28]) Quando Deus non uult, tunc spontaneis cultibus eum quaerimus. *so sol er dan vnser wartten, das verdreust vnsern herrn gott.* [29]) Nam idolatria est exasperatrix, irritatrix, prouocatrix irae Dei. Ideo Deus dicit: Elegerunt sibi uias suas, ego autem prouocabo eos in inuentionibus suis. [30]) Omnes uictoriae sunt imagines Christi uictoris, facillime incidimus in idolatriam, quia natura omnes idolatrae sumus, [31]) et quia idolatria nobis agnata est, ideo nobis arridet et maxime placet. In Genesi legitur de Iacob, quod [32]) abstulit Deos [33]) alienos. Non est cogitandum, quod tantum unum atque alterum idolum confregerit, sed quod in uniuersum falsum cultum mutarit. *da wirdt sein ein wesen gewest.* [34]) Dixit D. Ionas, quod illa abrogatio idolorum *sey ein gantzer* Lutheranismus *gewest. es sey offte gefallen.* [35]) Sicut scribitur de Enos Genes. 4. quod primum inceperit [36]) inuocare nomen Domini. Nam cultus Dei per Cain uiolatus erat, *der ein bosewicht war, vnd wolts nicht sein,* [37]) imo inflatus incedebat uerbis patris, qui dixit: [38]) Quicunque occiderit Cain, septuplum punietur. Illa promissio *hat ihn nur hartneckiger gemacht, vnd wird also ein feiner schemender werckheiliger ge-*

---

24) *da got — ahn*, sunt] Reb.: cum Deus per Prophetam dicere cogebatur, si tu alienos Deos et idola adorare vis, adora in nomine omnium Diabolorum. Sicut

25) *aber — geschrieben:*] *haec ap.* Reb. *neque germ. neque lat. leguntur.*

26) Idolatrae] Reb.: Idolatriae

27) *Wan sie — bringenn.*] Reb.: quomodo Deus illas in suo cultu requirit. tamen eo deduci non possunt.

28) *das — nicht.*] Reb.: verum nobis hic modus non placet.

29) *so sol — gott.*] Reb.: tunc nos expectare debet, hoc Deum nostrum male habet.

30) suis.] *a* Reb. *abest.*

31) omnes idolatrae sumus,] Reb.: idolatrae sumus omnes,

32) quod] Reb.: qui

33) Deos] Cod. *male:* Deo

34) *da — gewest.*] Reb.: haec certe fuerit res periculosa.

35) *sey ein — gefallen.*] Reb.: totus fuerit Lutheranismus, et saepius cecidit.

36) inceperit] Reb.: coepit

37) *der — sein,*] Reb.: qui fuerat vir impius, et tamen pietatem simulabat,

38) qui dixit:] *a* Reb. *absunt.*

vest sein, [39]) ut noluerit esse impius. Magnum fuit in Veteri Testamento, quod Deus certo se alligauit [40]) loco, ubi coli uellet, primo in Sichem, Silo, deinde in Gibeon, ultimo Hierosolymis in templo. Hoc postea imitati Graeci et aliae gentes, etiam aedificarunt [*fol. 91*[a]] fana in certis locis, suis idolis, ut Ephesi Dianae, in Delphis Ioui. *dan wann vnser herrgott ein kirchen bauet, so bauet der teuffel ein Capellen henach.* [41]) Sic et illud habent a Iudaeis ad imitationem Sancti Sanctorum, ut etiam sua [42]) loca, ubi oracula dabantur, tenebricosa et obscura facerent. Fuit autem Sanctum Sanctorum tenebricosum ad significandum regnum fidei, quod nulla ratione humana et inquisitione, sed sola fide comprehenderetur. [43]) Ita et gentes Iudaeos imitatae [44]) suos filios immolabant, *den es ist ein trefflich* cultus *gewesen*, [45]) coram prudentia carnis, mactare filios, quasi dicerent: *ketten wir was liebers, wir woltens auch daran wagen.* [46]) Postea fiebat sermo de humanis hostijs, quae adhuc hodie extarent. Carolus [47]) Imperator hoc seculo abrogauit, et in eorum locum [48]) monasteria Minoritarum instituit.

Dicebant etiam in aula Ferdinandi esse sacerdotalem uestitum istius impietatis, qui ex uersicoloribus pennis [49]) auium sit contextus, manicis paruis, auro et gemmis ornatus, eo uestitu sacerdos ornatus, reuelationem expectat. Deinde eligit puerum aut alium hominem mactandum, et [50]) sacrificandum, magna populi reuerentia. Respondit Martinus Lutherus: Non est mirum tales cultus iam [51]) florere, cum in populo Dei, uiuentibus sanctissimis prophetis Esaia et Hieremia, etc. illa idolatria floruerit, cum qua prophetae ad mortem usque [52]) luctati sunt. Nam idolatria semper habet summam speciem, ita ut seditionis accusentur, qui illam impugnant.

---

39) *hat ihn — sein,*] Reb.: illum confortauit et indurauit, et ita verus fuerit statuarum cultor,
40) alligauit] Reb.: alligauerit
41) *dan wann — henach.*] Reb.: Vbi enim verbum Dei prure praedicatur, ibi Sathan zizania admiscit (*pro:* admiscet).
42) sua] Reb.: sana
43) comprehenderetur.] Reb.: comprehenduntur.
44) imitatae] Reb.: imitati
45) *den es — gewesen,*] Reb.: praeclarus enim fuit cultus,
46) *ketten — wagen.*] Reb.: si chariora his haberemus, illa quoque ad mactandum traderemus.
47) Carolus] Reb.: Carolus quintus
48) locum] Reb.: loco
49) pennis] *sic* Reb.: Cod.: uarijs
50) et] Reb.: aut
51) iam] Reb.: nunc
52) ad mortem usque] Reb.: usque ad mortem

Exod. 32. de uitulo erecto Iudaei non uoluerunt alium Deum edere aut plures Deos, sed tantum uoluerunt Deum [*fol. 91*^{b}] et cultum eius uariare, aliter quam Moyses praescripserat illis. Non omnes, sed praecipui et pars populi consenserunt. significarunt Deum uelle coli et placari [53] hostijs uitulorum, quae immolationes ante legem Moysi fuerunt, ut hic cernitur, ortae a patribus, cultus uituli Iudaici ab Aegyptijs deductus, qui coluerunt Apim, [54]) et Israelitae simul ut Stephanus Acto. 7. ostendit. Cultus autem ille Aegypti a Ioseph sumptus est, qui immolauit boues et uitulos. [55]) Cultus Baal Peor *wirdt gleich gewest sein vnsern walfartten vnnd kirmessen.* [56]) Primum sacrificarunt, deinde epulati sunt, postea *hinder die pusche gegangen vnd scortirt. Also seint die walfartten auch gewesen in den puschen*, [57]) duobus aut tribus miliaribus ab oppidis, et cum duo non possent conuenire, occasionem ibi inuenerunt, inde quaerunt [58]) sub specie religionis. Baal Peor non fuit cultus, quemadmodum Iudaei ad inuidiam Ethnicorum scribunt, [59]) *das man habe vor ihm das arssloch auffgesperret vnnd geschissen* etc. [60]) quia omnis idolatria habet speciem sanctitatis et religionis. [61]) Sed puto talem fuisse, ut apud nos, Valentini, Ciriaci, Antonij, Rochi, et similium, *das sie gott nicht mit pestilentz, kaldem brant, Valtens sichtumb verterben wolte.* [62])

Bernhardus [63]) a Milo D. Martino Luthero misit oblongam schedulam, in qua mira et superstitiosa pictura erat contra omnia uulnera. Respondit Martinus Luthierus: Haec superstitio frequens est, apud Tartaros, Turcas, [64]) gentes et tandem ad Christianos peruenit. Maximilianus [65]) in re militari maxime fuit superstitiosus, in periculis uouebat Deo, et

53) coli et placari] *sic scripsi;* Cod. *male:* Coeli et placati
54) Apim,] *sic scripsi;* Cod. *male:* Apini,
55) Exod. 32. de uitulo erecto — — et uitulos.] *haec h. l. ap.* Reb. [illegible] *inveniuntur.*
56) *wirdt — kirmessen.*] Reb.: similis fuit nostris peregrinationibus et [illegible] crificationibus.
57) *hinder die — puschen,*] Reb.: inter frutices scortati sunt. Sic fue[illegible] peregrinationes inter frutices
58) inde quaerunt] *a* Reb. *absunt.*
59) cultus, quemadmodum ... scribunt,] Reb.: cultus (quemadmodum ... [illegible] bunt)
60) *das man* — etc.] Reb.: vt ventrem coram illo exonerauerit,
61) speciem sanct. et rel.] Reb.: sanctitatem et religionis speciem.
62) *das sie gott — wolte.*] Reb.: ne Deus illos peste et alijs calamitat[illegible] seu morbis punire vellet.
63) Bernhardus] Cod. *male:* Bernhardum
64) Tartaros, Turcas,] Reb.: Turcas, Tartaros,
65) Maxim.] Reb.: Maximilianus Imperator

mactabat, quicquid primum occurreret, [66]) et retulit historiam de quodam Tartaro, qui egregiam puellam [*fol. 92ᵃ*] captam in praeda et dilectissimam coactus fuit occidere et mactare. Nos Christiani habemus magnum [67]) priuilegium pugnando contra hostes, uidelicet fide per orationem, cum impij de fide et oratione [68]) nihil nouerunt. Ideo ortae sunt multae superstitiones et mactationes apud gentes. Iephtha, [69]) super quem Spiritus Dei irruit, Iudicum 11. superstitiosum et stultum fecit uotum post uictoriam, ita ut filiam occideret. [70]) Si hic pius aliquis adfuisset, admonere eum potuisset suae stultitiae: Iephtha, [71]) non debes filiam occidere secundum tuum uotum, [72]) quia lex habet ἐπιείκειαν [73]) *du hasts nicht also gemeinet.* [74]) Ita Ionathan [75]) est liberatus a uoto [76]) Saulis. *Also lest gott seine heiligen nerren,* [77]) et ibi uictoria [78]) miserabilem peperit casum, quod ille praeclarus et sanctus *ait* heroica uirtute praeditus ita errare debuit. Ibi recitauit historiam Iephthae, [79]) quomodo fuerit reiectus a suis, et deinde in periculo reuocatus, et quomodo illos obseruauerit Schibole, [80]) *es ist doselbst der welt laufft.* [81]) Historiae ueteris Testamenti praeclarissimae sunt, sed [82]) nobis legentibus plane mortuae.

Magister Vitus interrogauit, quis mos fuerit deflendi uirginitatem, cur filia Iephthae duos menses uirginitatem suam deplorauerit? [83]) Respondit Martinus Lutherus: Ideo quod debuit mori sine prole, *welches der groste iamer bei den Ju-*

---

66) occurreret,] *sic recte* Reb.: Cod.: occuret,
67) habemus magnum] Reb.: magnum habemus
68) de fide et oratione] Reb.: de oratione et fide
69) Iephtha,] *sic scripsi;* Cod.: Iephte, Reb.: Nam Ieptae
70) stultum fecit — occideret.] Reb.: stultum votum fecit, ita vt post victoriam filiam occideret.
71) potuisset — Iephtha,] *sic scripsi;* Cod.: potuisset suae stulticiae Iehpte, Reb.: potuisset Ieptae,
72) filiam occidere secundum tuum uotum,] Reb.: occidere propriam filiam tuam secundum votum tuum,
73) ἐπιείκειαν] Cod. *male:* επειείκιαν
74) *du hasts — gemeinet.*] Reb.: tu non ita sensisti.
75) Ionathan] Cod.: Ionathas
76) a uoto] *sic* Reb.: Cod.: uoto
77) *Also — nerren,*] Reb.: Sic Deus sanctos suos grauiter labi permittit,
78) victoria] Reb. *typ. err.:* viforia
79) Iephthae,] *sic scripsi;* Cod.: Iepte,
80) Schibole] *sic* Cod.; i. e. *voce* Schibboleth *ab hostibus pronuntianda, conf.* Iud. 12, 6.
81) Ibi recitauit — *laufft.*] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
82) sed] Reb.: et
83) virginitatem suam deplorauerit?] *sic scripsi;* Cod.: uirg. suam deplorauit, Reb.: deplorauerit suam virginitatem?

den war, [84]) sicut in Anna matre Samuelis. [85]) Nam stei odiosa res est, [86]) praecipue sapientibus coniugatis, concu facile sedatur etiam in scortatione, sed proles est suauissi pignus coniugij. *Es ist die beste wolle vom schaffe.* [87])

Magnus liber Guilhelmi Postelli [88]) Galli offerebatur tino Luthero, quem scripsit de concordia orbis. Ibi lal bat, [89]) ut articulos [90]) fidei ex ratione et natura [91]) prob ut Turcas et [92]) [*fol. 92*[b]] Iudaeos et omnes homines cor teret, utcunque diuerso cultu in unam fidem congreg Respondit Martinus Lutherus: *Es ist tzu viel auff einen b gefast.* [93]) Alij ante nostra tempora etiam libros scripsi Theologicos, quibus conabantur [94]) fidem Christianam bare ex ratione naturali. Sed huic Gallo accidit iuxta uerbium: Galli carent cerebro. [95]) *Es werden noch sch mer komen,* [96]) qui omnium generum idolatrias applicare debunt ad praetextum fidei.

Philippus Melanthon recitauit se audiuisse ex merc quodam, qui in India uidisset serpentes adorari, et quo gentem Draconem summo cultu uenerati fuissent. Mu per sectas deuotissimus est, fulgentibus caeremonijs ga *Siehet wie ein weinen vnnd heulen bei den ein segen der nen war, wan man* regnum mundi *sang*, et omnem orn saeculi contempsi. [97]) Ah quantae lachrimae fuerunt, parentes suos liberos cremarunt Moloch. horrendum pro sacrificium, ubi parentum *φιλοστοργία* [98]) haud dubio [99] gens fuit, *dan sie sindt Ja nicht stock vnnd klotzer gewes*

---

84) *welches — war,*] Reb.: quod inter Iudaeos extrema fuit calamitas
85) in Anna m. S.] Reb.: in Hanna m. S. videmus.
86) est] *sic* Reb.; *a* Cod. *abest.*
87) *Es ist — schaffe.*] Reb.: optima enim de oue lana.
88) Postelli] *sic* Reb.; Cod.: posthelij
89) laborabat,] Reb.: laborat,
90) articulos] Cod. *male:* articulus
91) ex ratione et natura] Reb.: ex natura ex ratione
92) et] *a* Reb. *abest.*
93) *Es ist — gefast.*] Reb.: Nimium in hisce suis scriptis fecit.
94) conabantur] *sic scripsi;* Cod.: conabuntur, Reb.: conabatur
95) prouerbium: Galli c. cerebro.] Reb.: prouerbium (Galli c. cerebro)
96) *Es werden — komen,*] Reb.: Schwermeros futuros esse certissim
97) *Siehet wie* — contempsi.] Reb.: videte tamen quantae lachrimae debantur sub consecratione virginum monialium, praesertim si ea cantio mundi.
98) *φιλοστοργία*] Reb. *falso:* *φυλαστοργία*
99) dubio] Cod. *male:* dubiae
100) *dan sie — gewest.*] Reb.: non enim bruta animalia, sed homines f

IRA. *)

Deus uillis cordis affectus indidit, respondentes sensuum obiecto. Hi motus per se non sunt mali, nisi accidentaliter per peccati concupiscentiam. Nam ira est aliquando zelus ut [1] Psalm. 4. Irascimini et nolite peccare. Item Paulus: Sol non occumbat etc. Triplex igitur ira [2]) est. Oeconomica *ist nur vnnsers herrngotts büchsen spiel, das giebet nur ein rutten oder schlag,* [3]) sed politica ira *nimpt weib vnnd kindt hinweg* [4] per caedes et bella. Deinde [*fol. 93a*] est Ecclesiastica ira, *do gielt es die sele vnnd helle.* [5] Ira optimo loco est donum Dei, *vnnd wer tzu rechter tzeit schelden kan mit rechten wortten, ist grosse kunst, wan ich tzornig bin, so las man mich nur tzufrieden vnnd verschnauben.* [6]) Quia multa mihi occurrunt saepius, quae me irritant, ita quoque [7]) alijs contingere puto. *darumb sol man einem tzornigen raum geben.* [8] ego nullum magis [9]) remedium habeo, quam iram. Si bene scribere, orare et praedicare uolo, oportet me esse iratum. *do erfrischt sich mein gantz geblutte,* [10]) acuitur ingenium et tentationes omnes [11]) cedunt. *tzornet gott mitt euch, so ist der sachen balt radt.* [12]) quia Deus est misericors, sed si tu cum Deo, non est remedium.

ARROGANTIA. **)

DEFINITIO ARROGANTIVM. [13])

Est quoddam genus hominum sapientissimorum, qui sibi

---

*) Reb. I, fol. 102b lin. 23. — fol. 103a lin. 19.

**) Reb. I, fol. 103a lin. 20. — fol. 103b extr. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 416. cap. 21. §. 108. 107. 106.

1) ut] *a* Reb. *abest.*

2) ira] *ap.* Reb. *deest.*

3) *ist nur — schlag,*] Reb.: est tantum leuis aliqua castigatio, quae interdum fit virgis,

4) *nimpt — hinweg*] Reb.: auffert liberos et vxores

5) *do gielt — helle.*] Reb.: per hanc anima aut liberabitur ab inferno, aut inferno deputetur.

6) *vnnd wer — verschnauben.*] Reb.: et magna est ars, irasci verbis praemeditatis et tempore oportuno. Ego si iratus fuero, mecum multa agere pati non possum.

7) quoque] Reb.: et

8) *darumb — geben.*] Reb.: Quare irascenti cedendum est,

9) *magis*] *sic* Cod.: Reb.: melius

10) *do — geblutte,*] Reb.: tunc sanguis meus refrigeratur,

11) omnes] *ap.* Reb. *decet.*

12) *tzornet — radt,*] Reb.: Si Deus vobiscum irascitur, tunc huic rei facile medendum est,

13) Definitio arrog.] *haec verba, quae in* Cod. *tanquam specialis inscriptio priori generali subiuncta sunt, ap.* Reb. *in margine leguntur.*

soli uidentur sapere. caeteris omnibus reiectis. omnia impugnant et irrident, *lassen nichtes recht sein den das iknen gefelt.* [14] Multa contulit cum Licentiato Amsdorffio de arrogantia, summa peste Ecclesiae. si in praedicatorem cadat. Zuinglius illa seductus est. qui quidquid uolebat. faciebat, sicut translatio [15]) illius in prophetas superbissima indicat. Omnia audebat contemnere, principes et potestates, ideo scripsit: *Ihr fromen fürsten. ihr wolt mir vortzeihen, das ich euch ewer tittel nicht gebe, dan die fenster sein auch durchleuchtig.* [16]) Ita Monasterienses arrogantia arserunt *fol. 93b*] et multi alij. Item Ioannes Agricola *Ein stoltzer boser kopff.* [17]) Ambitio est ignis consumens. Scriptura sancta tradita est ad ignominiam carnis, ideo [18]) non in ea nostra gloria quaerenda est.

Martinus Lutherus legit Terentium [19]) cum scholijs I. Riuij [20]) doctissimi, in fronte. Respondit: Non mirum est, Agricolam [21]) esse arrogantem, *Es ist kein wunder, ob Junge gesellen etwas von sich hallten, wan aber wir allten viel von vns hallten woltten,* [22] satis est ridiculum. Terentius non potest Germanice transferri, lingua enim nostra non patitur, est nimis dura, sed Gallice [23] fieri posset, quia lingua illa [24]) est blandior. Humiliatio hypocritarum, arrogantissima est superbia, sicut Pharisaeus sese humiliabat [25]) Deo gratias agens. Sed mox iterum conspurcauit, eum diceret: Non sum sicut caeteri. Arrogantes scioli similes sunt Icaro uolanti in coelum, sicut dicitur:

Si uis bene ambulare, non debes nimis alte uolare.
Si nimis alte uolas, tunc debes comburere pennas.

---

14) *lassen — gefelt.*] Reb.: et nihil rectum esse dicunt, nisi quod placeat illis.
15) translatio] Cod. *calami err.:* translantio
16) *Ihr fromen — durchleuchtig.*] Reb.: pij vos principes, veniam mihi dare velitis, quod titulum conuenientem vobis non tribuo, quia et fenestrae suam habent perspicuitatem.
17) *Ein — kopff.*] Reb.: superbissimum et pessimum caput.
18) ideo] Cod. *calami err.:* Ide
19) Terentium] Reb.: Terentij Comediam
20) I. Riuij] Reb.: I. R.
21) Agricolam] Reb.: R.
22) *Es ist — woltten,*] Reb.: non est mirum adolescentes quandam habere arrogantiam et superbiam, verum si nos senes iuuenes in sua arrogantia imitari volumus,
23) Gallice] Cod.: Gallicae
24) lingua illa] Reb.: illa lingua
25) humiliabat] Reb.: humiliauit,

TRISTITIA, LAETITIA. *)

Quo quis magis in tristitia et affectibus uersatur, eo plus trumenti habet in eo [26]) Sathan. Nam affectus nostri sunt trumenta, quibus Sathan ad nos peruenit. *da, da es nast, mag man leichtlich gissen, wo der zaun bose ist, da kan n balt hinüber.* [27]) Ita ubi tristicia est, Sathan habet suum [28]) itum. Ergo orandum ut [29]) cum pijs conuersandum. Phipus [*fol. 94a*] Melanthon [30]) ualde tristis erat propter generi Georgij Sabini inobedientiam, qui [31]) filiam suam uoluisset ittenbergam proficisci, cum tamen mater et liberi Halam [32]) uiam profecti, eam adducere debuissent ad consolandum trem. Ista proterua Sabini inobedientia socerum ita perturauit, ut non admitteret aliquam [33]) consolationem, solitarius mnium hominum consortia uitaret. Ideo Martinus Lutherus isertus colloquebatur cum D. Crucifigero, D. Loch, [34]) et Ilichio, de illius miseria et tristitia, quod solus [35]) ita affligetur, cum hominum conuersationem quaerere deberet, *frist n sein hertz abe.* [36]) Ego etiam (inquit) [37]) summus saeius patior tentationes et tristitias, illico quaero hominum colloquia, et infima ancilla saepius me consolata est. *So gar t ein mensch nicht sein mechtig,* [38]) cum tristis est et sos, [39]) etiamsi sit bene munitus [40]) scriptura. Christus non ustra suam Ecclesiam [41]) congregat uerbo, Sacramentis, rationibus, cantilenis, *Wiel sie nicht in die winckel stecken.* [42]) aleant monachi et [43]) anachoretae [44]) Sathana inuenta, [45])

*) Reb. I, fol. 104a lin. I. — fol. 105a lin. 19. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 165 sqq. cap. 26. §. 81—83.

26) habet in eo] Reb.: in eo habet

27) *da, da es — hinüber.*] Reb.: Vbi enim terra est humida, ibi facile suffundere et sepem facile in loco corrupto transcendere possumus.

28) habet suum] Reb.: suum habet

29) ut] Reb.: et

30) Phil. Mel.] *ap.* Reb. *desunt.*

31) qui] Reb.: quia

32) Halam] *ap.* Reb. *deest.*

33) aliquam] *a* Reb. *abest.*

34) D. Loch,] Reb.: D. L. Loch,

35) solus] Reb.: plus

36) *frist — abe.*] Reb.: et cor sibi corradit.

37) Ego etiam (inquit)] Reb.: Ego, inquit, etiam

38) *So gar — mechtig,*] Reb.: adeo homo non est sui iuris,

39) et solus,] Reb. *male:* soluus,

40) sit bene munitus] Reb.: bene munitus sit

41) suam Ecclesiam] Reb.: Ecclesiam suam

42) *Wiel — stecken.*] Reb.: illas in angulos abdere non vult,

43) et] *a* Reb. *abest.*

44) anachoretae] *sic scripsi;* Cod. *et* Reb.: Anachoritae

45) inuenta,] Reb.: inuenti,

qui extra omnes pias conditiones et ordinationes Dei sunt. Nam oportet quenquam hominem iuxta creationem, [46]) aut oeconomicum aut politicum aut Ecclesiasticum esse. Extra has conditiones non est homo, nisi ipse sit exemptus mirabiliter. [47]) Omnibus modis uita solitaria in tristitia fugienda est. Omnis tristitia a diabolo est, qui ipse [48]) est Dominus mortis. Ac tristitia erga Deum est certissimum opus diaboli. Proinde si tibi mala cogitatio [*fol. 94b*] incidit de Deo, quasi nolit tui misereri, aut uelit te perdere et [49]) occidere, cum tales cogitationes tibi inciderint, iam esse moriendum, conclude illico: illa tentatio est Diaboli, non est ex Deo, quia [50]) Deus non contristat, neque [51]) terret, neque occidit, sed est Deus uiuorum, quapropter misit filium suum unigenitum, non ad terrendum, sed ad consolandum. Ideo Christus mortuus est, ut esset uictor mortis, et homines iustificaret, destruendo mortem. Vbique igitur scriptura sic loquitur: Gaudete, confidite, laetamini, ego uici mundum et [52]) mortem, aculeus mortis in me est fractus et hebetatus. Itaque cogitandum in talibus tentationibus, te non esse amplius filium hominis, sed Dei per fidem in Christum, [53]) cuius nomine baptizatus es, mors non potest [54]) te damnare, sed Sathan tantas consolationes nobis incidere non permittit de Deo, [55]) et in tentationibus tales cogitationes de Deo obscurantur, et non indunt. Nam cor humanum ita captum lege, morte, peccato, inferno est, ut articulum iustificationis ac fidei: Credo in Hiesum Christum, admittere non possit. Contra [56]) omnis laetitia et pax a Deo est, [57]) ipse Spiritus sanctus enim [58]) animosus est. *er ist der mut vnnd trost* [59]) in periculis et tentationibus mortis, *Spricht mutig heraus*: *Weg sünde, tod, teuffel vnnd helle, las mich tzufrieden, du hast kein wil an mir, wilttu mich nit lebendig lassen, so sterbe ich, mein tod aber wirdt dir nicht gelingen, schlegestu mir den kopff abe,* et

---

46) creationem,] Reb.: creationis conditionem,
47) mirabiliter.] Reb.: miserabiliter,
48) ipse] *a* Reb. *abest.*
49) et] Reb.: aut
50) quia] Reb.: quod
51) neque] Reb.: nec
52) et] Reb.: ac
53) in Christum,] *sic* Reb.; Cod.: in Christo,
54) potest] *sic* Reb.; Cod.: potes
55) nobis inc. non perm. de Deo,] Reb.: de Deo nobis incidere non perm.
56) Contra] Reb.: Econtra
57) est] *a* Reb. *abest.*
58) ipse Spir. s. enim] Reb.: ipse enim Spir. s.
59) *er ist — trost*] Reb.: Est animus et consolatio nostra

nicht, ich habe einen, der wirdt mir ihn wol wider steig tzu ihm in hiemel vnnd würge mir den, der ist, das soltu wol lassen. [60])

[65a]] Optimum igitur donum est et creatura animus et laetus. [62]) Ideo in lege Moysi tristes non admittebantur ad altare et sacrificia. [63])

EBRIETAS. *)

ani sese ingurgitant potando, et sibi uitam abrumi uero sunt sobrij. Legitur Augustum Caesarem eticum libenter bibisse, *feltliner*, [64]) quod in Alpibus icum stomacho, *do hat er alle maltzeit anderthalb getruncken.* [65]) Respondit Philippus Melanthon: [66]) *chen sauffen vns arm, kranck, todt vnnd in die* Alexander magnus [68]) robusti fuit corporis et intor, [69]) tres integros dies et noctes somno [70]) dicitur, et haec regula de eo iactatur: *Bistu vol, so nider. Stehe auff vnnd sauff herwider, so vertreibet die ander, das ist die Regel* Alexandri. [71])

39. die [72]) 18. Maij, Dominica Exaudi, Martinus Lerrimam habuit concionem ex Epistola Pauli, contra rmanorum consuetudinem ebrietatis, qua [73]) omnibus fabula fierent, [73]) seipsos priuarent rebus, cor-

I, fol. 105a lin. 20. — fol. 106a lin. 3. — *Conf.* Luth. colloq. IV. p. 699 sq. cap. 79.

ht mutig — — lassen.] Reb.: animose enim dicit, abi peccatum, Diabole et inferne, si vitam mihi denegare cupis, poteris me interimors mea non erit vtilis tibi, et si me decollaueris, nullum mihi m resarcire potes, ascende ergo in coelum, et interfice illum, qui est ea, verum hoc facere non poteris.

creat. animus hilaris] Reb.: et creatura est hilaris animus

tus.] *sic scripsi*; Cod.: et laetis, *ap.* Reb. *desunt.*

et sacrificia.] Reb.: sacrificia et altare.

ter,] *a* Reb. *abest.*

st — *ausgetruncken.*] Reb.: in prandio et coena bibit ferme dim mensuram vini.

us Melanthon:] Reb.: M. L.

— *helle.*] Reb.: Nos Germani ingurgitamus nos, potando ad paum mortem et infernum vsque.

s] *ap.* Reb. *deest.*

;] Cod. *calami err.:* potatur,

] Reb. *male:* summo

: — Alexandri.] Reb.: Si vino te impleueris, dormire statim poteris, t somnum ventriculum vino implere iterum. Nam Alexandri regula, ibit haec remedia.

Reb. *abest.*

.. fierent,] Reb.: quae ... fieret,

peribus, [74]) honore et salute, *Schlissen ihnen selber den h mel tzu*, [75]) digni excommunicatione, [76]) ideo omnibus mo huic pestilentissimo malo resistendum, *sonst werdens weib vnnd Junge kinder in der wigen sich auch lernen vol sauff das also der Jungste tag die gantze welt eittel seie, folle vn trunckene boltzen findt.* [77]) Econtra dicebat de Turcae s brietate et continentia [78]) qui abstemius [79]) [*fol. 95b*] uiuer et potum coctum haberet ex herbis, et melle, sicut nostru mulsum, quod appellant Maslach, [80]) *das ist dreyerley, d sterckesten*, [81]) quando ad bellum uolunt procedere, alteru ad quotidianum usum, tertium ad coïtum, *das Torgisch* [82]) *bier.*

Anno 34. die 24. [84]) Iunij, die Ioannis Baptistae post co cionem, acerrimam habuit concionem et [85]) admonitione contra potatores, qui sub horis concionum in publicis tab nis [86]) vociferarentur, contra mandatum Dei et electo edictum [87]) peccantes, peregrinosque [88]) offendentes. Id magistratum secundo admonuit sui officij, ut puniret, ne i ab electore aut Deo punirentur. Nam illa scandala huic ci tati propter Euangelium non sunt ferenda. [88a])

QVAESTIO. *)

AN PECCANTI IN EBRIETATE SIT PARCENDVM. [89])

Respondit Martinus Lutherus: Minime, imo ebrietas aug peccatum. Nam in ebrio occulta peccata erumpunt, iu

*) Reb. I, fol. 106a lin. 4—21.

74) rebus, corporibus,] Reb.: rebus corporalibus,
75) *Schlissen — tzu,*] Reb.: et coelum sibi ipsis occludunt,
76) excommunicatione] *sic recte* Reb.; Cod.: excominacione,
77) *sonst werdenn — findt.*] Reb.: alias mulieres et infantuli in cunab se inebriabunt, vt ita in die nouissimo mundus ebriosorum plenus inuenia
78) de Turcae sobr. et cont.] Reb.: de sobr. et cont. Turcae
79) abstemius] Reb.: abstinentius
80) Maslach,] *sic* Cod.; Reb.: Maslack.
81) *das ist — sterckesten,*] Reb.: Et triplicem habebant potum. Primum
82) *Torgisch*] *haec vox in* Cod. *rubro colore scripta est supra vo „Turckische" atramento prius scriptam et deinde litura deletam.*
83) *das T. bier.*] Reb.: sicuti cereuisium Torgae.
84) die 24.] *haec ap.* Reb. *desunt.*
85) concionem et] *a* Reb. *absunt.*
86) qui sub horis concionum in publicis tabernis] Reb.: qui in publicis c cionibus in tabernis
87) edictum] *ap.* Reb. *deest.*
88) peregrinosque] Reb.: peregrinos
88a) Anno 34. — — sunt ferenda.] *haec sectio ap.* Reb. *priori sect „Anno 39. — — das Torgisch bier." praecedit* (I, fol. 105b lin. 7—1
89) An — parcendum.] *haec verba, quae in* Cod. *tanquam inscriptio i articulo praefixa sunt, ap.* Reb. *in ipsius articuli principio co nua verborum serie leguntur.*

dictum: Quod in corde est sobrij, illud est in ore ebrij. Ideo bene [90]) obseruandus est ebrius, sicut etiam faciunt homines astuti. Spalatinus dixit, Italos maxime abhorrere nouentes, ebrios, et retulit historiam de nobili Germano, qui [91]) cum in Italia hospitasset, et Itali omnes lectos occupassent, finxit se uomere, statim omnes e lectis fugiunt, [92]) quia putant esse uenenum.

Conquerentibus de raritate [93]) boni uini, respondit Martinus Lutherus: Quia abundantia abutimur in nostram licentiam, [94]) inde sequuntur morbi, calculus, podagra. Vino semper [*fol. 96ᵃ*] utentes, plerumque sunt podagrici, cereuisia autem hydropisin parit.

OTIVM, LABOR. *)

D. Pomeranus dicebat se laboribus non exhaustum, sed confortatum. Respondit Martinus Lutherus: Labores alunt et confortant, sicut uidemus [95]) in rusticis, qui longaeui fiunt, sed solicitudo, cura, *kopffarbeit vnnd die vnnhust, die vnnter der lincken tzitzen ligen, die haben das hellische feuer.* [96]) In otio maximum est negotium, ut ille dixit: Nunquam minus solus sum, quam cum solus. Ideo quilibet [97]) strenue laboret in suo officio bona conscientia, hoc exercitium tolerabilius, facilius, et iucundius erit, quam otium, quod est mater multorum malorum.

Anno 39. 25. Ianuarij Martinus Lutherus loquebatur contra homines stupidos, qui contemptis medijs, Deum tentarent, quod [98]) non est faciendum, sed media seruanda iuxta commune dictum:

Dat Deus omne bonum, sed non per cornua taurum.

Creauit quidem Deus omnia ex nihilo, sed non uult nihilo omnia [99]) conseruare. *Er wiel bei vnns sein,* [100]) sed uult

*) Reb. I, fol. 106ᵃ lin. 22. — fol. 106ᵇ lin. 17.

90) bene] a Reb. *abest.*
91) qui] *ap.* Reb. *deest.*
92) omnes e lectis fugiunt,] Reb.: omnis e lecto fugauit,
93) raritate] Reb.: varietate
94) licentiam,] Reb.: perniciem,
95) sicut uidemus] Reb.: Sicuti vidimus
96) *kopffarbeit — feuer.*] Reb.: labor capitis, et cordis, hominem multum vexat.
97) solus. Ideo quilibet] Reb.: solus sum. Quilibet
98) quod] Reb.: hoc
99) nihilo omnia] Reb.: omnia nihilo
100) *Er — sein.*] Reb.: ipse apud nos esse vult.

suam maiestatem uideri [1]) in medijs. ***es heist: setze dich an den gaulen, vnnd niem die peitzsch tzur handt.*** [2]) Deus operabitur. Deus non uult prolem dare, sine coniugio, conuertere impios sine praedicatione, fruges dare sine agricultura uult nos habere *συνέργους* [3]) et cooperarios.

CONSVETVDO QVAM DIFFICILE DEPONATVR. [4]) *)

Martinus Lutherus literas scripsit [5]) duobus monachis senibus septuagenarijs in Dessau, qui papisticis regulis assuefacti libertate Euangelij adhuc uti non potuerant, neglectis ceremonijs. Et haec addidit: Non est mirum, ***das es sie so sauer ankompt***, qui ita assueti sunt a iuuentute. ***Ich weis wol, wie sauer michs ankommen ist***, nisi Deus me ui abstraxisset uerbo quod tum praedicabam, nunquam id potuissem. [6]) Conscientia enim ita erat caeremonijs alligata, ut ne minimam orationem relinquerem. Saepius totos dies legendo, praedicando quater [7]) consumpsi, posthabitis horis canonicis, sabbato claustrocella, per totum diem ieiunus assiduis orationibus me fatigaui, [8]) ***das treib ich so lange, bis ich demisch in kopf wardt,*** [9]) et per quinque hebdomadas non possem lucem diurnam [10]) intueri. ***in den 5 wochen samlet ich einen guten vorradt von*** horis. [11]) Reualescens statui illa omnia implere sed ita molestatus [12]) eram, ***das ich das buch nicht kunt ansehen, mustes vntter wegen lassen, bis ich ein halb Jar sas***

---

*) Reb. I, fol. 106b lin. 18. — fol. 107a lin. 22.

1) uideri] Reb.: videre
2) ***es heist — handt.***] Reb.: Dicit enim ascendit equum et in manus su flagellum,
3) *συνέργους*] Cod. ***male***: *συνέργος*
4) quam diff. deponatur.] Reb.: difficile deponitur.
5) literas scripsit] Reb.: scripsit literas
6) assueti libertate Euang. — potuissem.] Reb.: assueti sunt a iuuenta Optime enim scio quam deficile (***sic***) fuit. Non mirum est igitur quod illi Eu gelij libertate, ita adhuc vti non possunt, neglectis caeremonijs. Nam i me quoque vi Deus abstraxisset verbo quod tum praedicabam, a caeremon id nunquam potuissem.
7) quater] Reb.: quatuor
8) fatigaui,] Reb.: flagitaui,
9) ***das treib — wardt,***] Reb.: et in isto labore diu perseuerabam, et ca meum molestabam,
10) non possem lucem diurnam] Reb.: lucem diurnam non possem
11) ***in den*** — horis.] Reb.: In his quinque hebdomadibus, multas horas a accumulabam.
12) molestatus] Reb.: molestus

let vnnd in die gewonheit kam, da lies ichs geschehen vnnd verschlang es auff einen hauffen. [13])

Difficillimum [14]) igitur est assuetis desistere. Et nos Papistae decies plus laboris habuimus in dediscendo errore, quam in discendo Christo. [15]) Et bene dicitur de quodam Cytharoedo Timotheo, qui duplicem mercedem a discipulo antea docto accepit. *Von den greueln wisset ihr Jungen* [*fol. 97ᵃ*] Theologi *nicht, kommet spielende tzu dem Christo.* [16]) Videte, ut ei gratias agatis, et uerbum illius obseruetis.

PRODIGIA, PORTENTA MIRACVLOSA.*)

Deus uarijs medijs [17]) mundum ad poenitentiam uocat: esto quasi uerbi ministerio [18]) necessario utatur. Attamen uarijs prodigijs, portentis, miraculis uisibilibus corda contumacia expergefacit.

Anno 36. 16. Septembris die Saturni, uesperi [19]) intra 6 et 7 [20]) horam ingens tonitru, coruscatione [21]) praecedente, auditum est, cum per octiduum magnum frigus fuisset. [22]) Mathematici id uocant χάσμα et praetendere summam siccitatem aëris. [23]) Martinus Lutherus et Pomeranus domi audientes dixerant, [24]) miraculosum esse id prope circulum arcticum, sufficeret enim [25]) in Africa, Asia, et Zona torrida, sub

*) Reb. I, fol. 107ᵃ lin. 23. — fol. 109ᵃ lin. 6. atque ibid. fol. 112ᵇ lin. 25. — fol. 114ᵃ lin. 25. (*quae ap.* Reb. *ad caput* Spectra *inscriptum pertinent*). — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 585 sqq. cap. 71. atque III. p. 81 sqq. cap. 24. §. 125. 126., p. 27. cap. 24. §. 21., p. 3. cap. 23. §. 5. (*quos locos infra singulis sectionibus iterum adscripsi, ut facilius inueniantur ac conferantur*).

13) *das ich — hauffen.*] Reb.: vt librum inspicere non possem, sed tam diu desistere ab inceptis cogebar, donec per dimidium annum congregabam, et in consuetudinem veniebam, tunc sic fieri permittebam, et omnia simul deuorabam.

14) Difficillimum] Reb.: Difficile

15) habuimus in dediscendo errore, quam in discendo Christo.] Reb.: in dediscendo errore habuimus, quam Christo discendo.

16) *Von den — Christo.*] Reb.: Hae abominationes vobis iuuenibus ignotae sunt, Christus vobis fit notus sine periculo.

17) medijs] *a* Reb. *abest.*

18) quasi uerbi ministerio] Reb.: verbo ministerio quasi

19) uesperi] *a* Reb: *abest.*

20) 6 et 7] Reb.: sex et septem

21) coruscatione] Reb.: coruscationem

22) fuisset.] Reb.: fuerat.

23) aëris.] Reb.: in aëre.

24) dixerant,] Reb.: dixerunt.

25) enim] *ap.* Reb. *deest.*

tropico [26]) cancri. Est plane satanicum. *ich halt, das teuffel haben wollen ein disputation anrichten*, [27]) et ange aliquis hoc χάσμα impediuit, *hat ihnen ein loch durch die p* positiones *gerissen*. [28]) Sed talia infinita signa mundus nihil rat. Cum Franciscus de Sickingen [29]) *ein feiner kriegesman* esset moriturus, simile uisum est a Philippo Melanthone.

Et Adolph pictor [31]) Lucae Möllers [32]) noctu Torgam i faciens cum rustico, uidit in coelo magnam stellam, circa e tympana sonantem, et exercitum [33]) armatum conflictante Ioannes elector. 1516. [34]) Wimariae uidit primum [*fol. 9* magnam rubeam stellam, [35]) quae uersa est in candelam, t tio in crucem, quarto *in eynen gelen stern*, [36]) quinto iter in stellam uulgarem. Hoc praecedente [37]) anno ante pa factum Euangelium, uisum est. Ego uero applicaui ad pa factionem Euangelij, quod primum rubicunda oriebatur, dein ardebat, afferens crucem, obfuscata seditionibus et sectis, i net tamen stella fixa. Sed ego his signis nihil certi trib plerumque enim sunt signa sathanica deceptoria. Talia si multa ijs annis uisa, sed ab Epicureis secure [38]) contemnun

Anno 36. 19. Decembris uesperi circa horam 3. sole f occidente apparuerunt paralleli, id est, tres soles. Nam pri a sole usque ad summum coelum longa linea quasi ig emicuit, tunc duo soles ex utroque latere apparuerunt, u ad medium meridiei, alter ad medium aquilonis eiusdem tudinis cum sole, *eine vber das spittal auff Remberg tzu*, *ander bei der tziegel scheune hinaus*, satis horrendo co Eo die Martinus Lutherus magno paroxysmo angustia pectus decubuit. Philippus Melanthon dixit, horre aspectum fuisse, oculis aduersum, et tale uisum Halae paucos annos, esse fatale ipsi papae. [39])

---

26) tropico] *sic* Reb.: Cod.: tropicis
27) *ich halt, — anrichten,*] Reb.: Diabolos disputationem aliquam voluisse credo,
28) *hat ihnen — gerissen.*] Reb.: et lacerauit illorum propositione
29) Sickingen] Cod. *male*: Sittingen
30) *ein feiner kr.*] *a* Reb. *absunt.*
31) pictor] *ap.* Reb. *deest.*
32) Möllers] *sic* Cod.; Reb.: Melers; *utrumque pro*: *Malers* (Cranach pictoris)
33) exercitum] Cod. *male*: exercitium
34) 1516.] Reb.: Anno 16.
35) rubeam stellam] Reb.: stellam rubeam,
36) quarto — *stern,*] Reb.: 4. in stellam crocei coloris,
37) praecedente] *sic* Reb.; Cod.: praecedi
38) secure] *a* Reb. *abest.*
39) Anno 36. 19. Dec. — papae.] *haec h. l. ap.* Reb. *non ins*

Anno [40] 1533. die Octobris 24. quae fuit sexta feria [41] apparuit monstrum Draconum in aëre noctu uolantium, [42] a decimo [43] usque ad primam, ex omni parte coeli. Omnes tractum fecere [44] a Viteberga ad Halam, fuerunt autem innumerabiles, semper alijs subito nascentibus et alijs disparentibus, altitudine super terram modica, altiora tectis domorum et arborum quasi tangere uidebantur. [45]

fol. 98ᵃ] Anno 39. [46] 26. Iunij, nocte uisus est circulus stellatus, ex quo circulo cum media stella saltasset, circumuolutus est, [47] cum redijsset, circulus stetit, *welches der hausman auff dem schloss gesehen antzeigte.* [48] Respondit Martinus Lutherus: Fortasse hoc spectrum satanicum est, in quo homines ludit. Dicebant solem cum circulo conspectum, et aurea cruce. Item Ferdinandum ex Bohemia proficiscentem in Austriam, sanguinolenta pluuia conspersum. Respondit Martinus Lutherus: *vnser herrgott vberschuttet vns mit wundertzeichen, das man* [49] *sie nicht mer achtet,* [50] securiores inde efficimur. Ideo magnae plagae sequentur. [51] Deinde dicebant solem, et alia coelestia corpora, [52] non esse calida materialiter, sed uirtualiter.

Anno 38. 12. Iunij circiter horam 11 meridie χάσμα apparuit in coelo Vuitebergae, et hinc inde uisus est ignis de coelo cadere sicut pluuia. [53]

Anno 1521. die 21. Martij, qui est natalis Electoris Mauritij, tres soles claro coelo mane circa horam octauam Vuitebergae conspecti sunt, uerus sol medium locum tenuit, reliqui duo utrumque primum rubeum, deinde iridis colorem habuerunt, durauit per duas fere horas, ex aduerso iris fuit in summo coelo in forma arcus Turcici. Multi docti uiderunt attoniti. [53]

---

40) Anno] Reb.: Anno Domini
41) quae fuit sexta feria,] *haec a* Reb. *absunt.*
42) uolantium] Reb.: volitantium
43) decima] Reb.: decimo
44) fecere] Reb.: fecerunt
45) altiora — uidebantur.] *sic* Cod.: Reb.: ita vt tecta domum et arborem tangere viderentur.
46) Anno 39.] Reb.: Anno 36.
47) est,] *ap.* Reb. *deest.*
48) *welches — antzeigte.*] Reb.: quod rector domus in turre arcis viderat et indicabat.
49) man] Cod. *calami err.*: *wan*
50) *vnser — achtet,*] Reb.: Multa a Deo mittuntur prodigia, ideo ab hominibus spernuntur,
51) sequentur.] Reb.: sequuntur.
52) coelestia corpora] Reb.: corpora coelestia
53) Anno 38. 12. Iunij — pluuia. — Anno 1521. die 21. Martij — attoniti.] *haec duae narratiunculae ap.* Reb. *a. l. non inveniuntur.*

Anno 39. Cometa per decem dies conspectus est in signo Leonis. Respondit Martinus Lutherus: Obruimur copia signorum, quibus iram Dei imminentem agnoscimus. Scriptura [54]) sacra, signa coelestia et terrestria nos uocant ad poenitentiam, sed proh dolor nulla uidetur emendatio. *Es mus gottes tzornige visitacion komen, ist es anders nit der Jungste tag, der alles auffreumen wirdt.* [55]) Illius cometae [*fol. 98b*] cauda non adeo longa ad meridiem tendebat.

Anno 39. 18. Aprilis, hora 4. uesperi Eclipsis solis erat, quam Martinus Lutherus diligenter obseruauit [56]) ab initio usque ad finem, cum oratione et suspirijs, quo Deus meliorem effectum daret, quam nos meruimus, sed ut omnes [57]) homines ijs et alijs signis ad poenitentiam et orationem erga Deum prouocarentur. Postea hora sexta, tonitru uenit cum fertilissima pluuia, excitans terram, et arbores, ibi dixit Martinus Lutherus cum gratiarum actione: *das ist ein schön fruchtbar wetter, das man sol nennen* aperiatur terra. *das giebstu vns lieber gott, die wir so vndanckbar, bose vnn geitzig sein. Nu wolan, du bist Ja ein fromer gott, das thet der teuffel nicht, das bin ich gewiss, das ist ein früer donner,* [58]) ubi terra concutitur et aperitur, dat suum odorem sicut oratio [59]) coram Deo dat [59]) bonum odorem.

Martinus Lutherus in itinere Lipsiam uersus, cum conspiceret segetem luxuriantem, orabat et agebat gratias: *Ach lieber herrgott, du wilt vnns ein gut Jar geben warlich nicht vmb vnser frommigkeit willen,* [60]) sed propter nomen tuum. Fac ut poeniteamus, et in uerbo tuo crescamus. Nam haec nihil sunt nisi creaturarum miracula, quod tantos culmos et aristas ex terra, imo ex arena silice contusa [61]) producis. O pater da panem quotidianum nobis tuis filijs. [62])

---

54) Scriptura] Reb.: In scriptura
55) *Es mus — wirdt.*] Reb.: Horrendam Dei visitationem mundum superuenire necesse est, nisi enim fuerit dies extremus, qui omnia simul consumet.
56) obseruauit] Cod. *male*: obseruabit
57) omnes] *a* Reb. *abest.*
58) *das ist ein — donner,*] Reb.: Frugifera haec est terra, quam merito nominare debemus, aperiatur terra, nam pluuia fertilissima est. Haec omnia nobis, o bone Deus, ex mera benignitate tribuis, qui tamen sumus ingratissimi, attamen tu Deus es pijssimus, Diabolus hoc non faceret, hoc pro certo scio, hoc optimum est tonitru,
59) oratio .. dat] Reb.: omnia .. dant
60) *Ach lieber — willen,*] Reb.: Ah bone Deus, tu fertilem nobis daturus es annum, certe non propter nostram dignitatem,
61) silice contusa] Reb.: salice concussa
62) tuis filijs.] Reb.: filijs tuis.

Anno 1517. quo Euangelium primo propagatum est, conspecta est in luna imago crucifixi clarissima specie, a Friderico Electore et fratre Ioanne Wimariae uisa. [62a])

[63]) Dicebat Martinus Lutherus [63a]) de potentia Sathanae, qui homines sibi deditos corpore per aëra auferret, sicut cuidam accidit, qui pactum habuit cum sathana, tandem sensit [*fol. 99a*] summum periculum poenitens et confitens, [63b]) hora imminente saepius dixit: *der leib ist des teuffels, aber der seele* [63c]) *wirdt geraten werden.* [63d]) Tandem ille in frequentia multorum custodum per fenestram raptus est. Respondit Martinus Lutherus: *man darff den teuffel nicht locken, er kompt ohne das, wolt vnns gerne bey, als vnser abgesagter feindt.* [63e]) Sicut scriptura eum horrendo titulo [63f]) depingit, principem mundi et Deum huius seculi uocans. *Er ist ein grosser starcker feindt.* [63g]) Ideo credo, nisi esset baptismus paruulorum, nullam fore Ecclesiam, nam adulti, qui uident potentiam sathanae, [63h]) nunquam baptismum et uotum contra sathanam susciperent. [63])

Adolescens faber ferrarius, *) *ein schlosser gesel*, [64]) a spectro circumductus est [65]) per omnes plateas, ab hora sexta pomeridiana usque ad octauam. Examinatus a Martino Luthero, an teneret Catechismum, [66]) is respondit, se a Sathana increpatum, quod impie fecisset, quod sacramentum sub utraque specie accepisset, [67]) prohibens illi dicens: [68]

*) Reb. I, fol. 112b lin. 25. — fol. 113a lin. 14. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 87. cap. 24. §. 125.

62a) Anno 1517. — uisa.] *haec h. l. ap.* Reb. *desunt.*

63) Dicebat *et quae sequuntur usque ad verb.*: susciperent.] *haec hoc quidem loco ap.* Reb. *non inueniuntur, sed infra in principio capitis, quod inscriptum est:* Diabolus, illius natura *etc., ab eo* (T. I. fol. 115b lin. 4—21.) *exhibentur.*

63a) Dicebat M. l.] Reb.: Mart. l.. dicebat

63b) confitens] Reb.: confidens

63c) *der seele*] *sic scripsi;* Cod.: *der sehlen*

63d) *der leib — werden.*] Reb.: corpus quidem est Sathanae deditum, animae vero bene consuleretur.

63e) *man darff — feindt.*] Reb.: Diabolus non est imitandus, semper enim, et non vocatus adest nobis, tanquam noster aduersarius.

63f) eum horr. tit.] Reb.: horr. tit. eum

63g) *Er ist — feindt.*] Reb.: Est hostis magnanimus et potens.

63h) sathanae,] Reb.: Diaboli,

64) faber ferrarius, *ein schl. ges.*] Reb.: faber serarius — *Haec narratio et quae proxime sequuntur ap.* Reb. *inferiore loco* (Tom. I. fol. 112b lin. 25. — fol. 114a lin. 25.) *exhibentur cum inscriptione:* Spectra.

65) est] *a* Cod. *abest.*

66) teneret Catechismum,] Reb. *corrupte:* temret Catechismuno

67) accepisset,] Reb.: sumpsisset,

68) dicens] *ap.* Reb. *deest.*

Wirstu in deines meisters haus gehen, so wiel ich dir den hals brechen, [69]) ideo se per aliquot dies non ingressum esse. Martinus Lutherus conuersus ad Diaconos dixit: Non facile cuiuis credendum, quia multi fingunt talia. Esto spectrum uiderit, attamen suam uocationem relinquere non debuit. Tunc illum examinauit, quid collocutus fuisset cum sathana, dicens: Vide, ne mentiaris, sed time Deum, audi illius uerbum, ingredere domum Domini tui, labora secundum uocationem tuam, et si Sathan [70]) redierit, responde illi: Deo meo obediam uocanti me ad hoc officium, non tibi Diabolo. [71]) imo si Angelus de coelo ueniret, non parebo illi.

40) non enim — nocere.] Reb.: non potest tuae animae vel corpori nocere.
41) *las — spielen,*] Reb.: permitte tu Diabolum ludere cum ollis,
42) dicens: — *du.*] Reb.: dicens Sathanae, abi Satan, ego sum dominus huius domus, non tu.
43) *darauff poche ich,*] Reb.: in quo confido,

ney vnd Legenda, vnd last ihn seine tzeit spielen. [44]) Ita ego in pathmo, in altissima arce, in regno uolucrum saepe uexabar, sed fide illi restiti, et illo uersu usus sum: Deus est meus. qui creauit hominem, et omnia sunt sub pedibus eius, *hastu darvber, so versuche es.* [45]) Deinde recitauit historiam Magdeburgensis matronae, quae tandem Sathanam crepitu uentris fugauit. Sed [46]) illa exempla non ualent omnibus hominibus, sunt enim periculosa. Nam Sathan spiritus et autor praesumptionis non fugatur illusione. Credens talia potest praestare, quae alius non poterit praestare. [47]) Sicut cuidam accidit, baptismum suum glorianti, qui spectro Sathanae cornigero cornu abstulit, quod exemplum cum alius imitari [48]) uellet, a Sathana occisus est. [49])

Magister Simon Bernensium apud Heluetios superattendens, retulit Martino Luthero historiam de Conscenio Bernensi doctissimo, quod mulierculam quandam strepitu a Sathana uexatam admonuisset, ut eum contemneret et diceret: *las mich tzufrieden vnd solt tzu Conscenio komen.* [50]) fecit ita illico Sathan, accessit Conscenium, et per integrum annum cum variis tumultibus [51]) uexauit. Respondit Martinus Lutherus: Sathan quidem contemnendo uinci potest, sed in fide, non praesumptione, *man sol ihn gleichwol nicht tzu gaste laden, den er ist ein starcker feint, sihet vnd horet alles, was fur vns ist, was wir itzundt reden,* [52]) et permittente Deo omnia bona corrumpet, [53]) *er wolt, das nicht ein gresslein noch leublein wüchse, das heist* potentia satanae. [54]) Interim tamen nostra corda conscientiam et fidem perspicere non potest. Habet aliquam similitudinem diuinitatis, sed Deus sibi praeseruauit [55]) ueram diuinitatem, *der kan dem teuffel wehren.* [56]) ideo Christus dicit: Confidite, [*fol. 109*a] ego uici

---

44) *warumb — spielen.*] Reb.: quare in coelo non manes, quis te huc vocauit, sic canite illi suam lytaniam, et legendam, et permitte illum ad tempus ludere.
45) *hastu — es.*] Reb.: si aliquid maius habueris fac periculum.
46) Sed] *a* Reb. *abest.*
47) praestare.] *hoc alterum a* Reb. *abest.*
48) alius imitari] Reb.: alius praesumptuosus imitare
49) a Sathana occisus est.] Reb.: occisus est a Sathana.
50) *las — komen,*] Reb.: sine me in pace, tu conscenium accedere debes,
51) tumultibus] Reb.: modis
52) *man sol ihn — reden,*] Reb.: attamen non est imitandus, fortis enim est spiritus et hostis, audit et vidit omnia, quae loquimur,
53) corrumpet,] Reb.: corrumpit,
54) *er wolt,* — satanae.] Reb.: ipse optaret, vt gramina et folia omnino perirent, nonne est haec magna potentia Diaboli.
55) praeseruauit] Reb.: praeseruat
56) *der — wehren.*] Reb.: ille Diabolo resistere potest,

mundum, id est totum Diabolum. [57]) Ideo oramus: [58]) Libera nos a malo, πονηρῷ, estque multiplex, omnes calamitates, miseriae, peccata, scandala. Summa. *Es ist kein auffhoren* [59]) contra hoc malum, indies oramus et exaudiamur, [60]) sicuti uidemus, quomodo impeditur diabolus, [61]) et nos credentes iudicamus angelos malos. 1. Corinth. 6. *Wiewol er immer wider einschleicht, dan er wil sich nicht gerne aus der praescription lassen bringen. Es ist aber ein nerrischer geist,* [62]) quia ipse dat Christo occasionem, et torquendo infirmos confirmat autoritatem Christi et Apostolorum, ut sanent languidos, ideo potius deberet quiescere, sed illa extrema ἐπιχαιρεκακία [63]) id est [64]) nocendi cupido pellit eum usque ad sui confusionem. Postea Martinus Lutherus recitabat insignia Apostolorum miracula et cursum praedicationis excellentiorem Christi. Nam Petrus una concione 3000 lucrifecit, quod de Christo non legitur. Ideo Christus Matthaei 19. dicit: qui est minor in regno coelorum, maior est illo. Christus tamen in firmissimo suo regno magnificentissima ostendit miracula. [65]) Impij grauius non possunt puniri, [66]) quam cum ab Ecclesia Sathanae traduntur affligendi, qui permissione Dei illos occidit, aut ad minus uarijs calamitatibus affligit. Ideo in multis regionibus adhuc sunt habitationes daemonum. [67]) Prussia plena est daemonibus, Billappen referta est ueneficis. In Heluetia prope Lucern in monte altissimo est lacus, ubi Sathan furit, qui dicitur Pilatus Teich. Martinus Lutherus dixit, [68]) in sua patria in alto monte Pubelsbergk [69]) lacum esse, qui lapide iniecto motus, magnam [70]) concitaret tempestatem per totam regionem. *Es seint* [71]) habitationes daemonum, qui sunt captiuati.

---

57) id est totum Diabolum.] Reb.: et Diabolum totum.
58) oramus:] Reb.: oremus:
59) *Es ist k. a.*] Reb.: nulla est dilatio,
60) exaudiamur,] Reb.: exaudimur,
61) diabolus] *ap.* Reb. *deest.*
62) *Wiewol er — geist.*] Reb.: Quandoquidem saepius irrepta aegre enim ex ista proscriptione se expellere admittit, stolidiss. vero est spiritus,
63) *ἐπιχαιρεκακία*] *sic scripsi;* Cod.: *ἐπηχερεκακία*, Reb.: *ἐπιχερεκακία*
64) id est] Reb.: et
65) Postea Mart. Luth. — miracula.] *haec ap.* Reb. *h. l. non leguntur*
66) non possunt puniri,] Reb.: puniri non possunt,
67) daemonum.] Reb.: daemoniorum.
68) Mart. Luth. dixit,] Reb.: Respon. M. L.
69) Pubelsbergk] Reb.: Prockuesberg,
70) magnam] Cod. *calami err.:* magam
71) *Es seint*] Reb.: sunt

QVAESTIO.

(Quomodo Diabolus possit videre in cordibus hominum, quae ipse suggerit? [72]) *)

Augustinus scribit de quodam, qui potuit dicere, quid tu in mente habeas, ut si uoluas carmen Virgilianum, *das* Carmen *hat ihm der teuffel tzuvor eingegeben.* [73] Sed ea non potest cernere in mente, quae Deus operatur, quae Spiritus sanctus [*fol. 109*ᵇ] agit in hominibus, hinc Sathan excluditur ut famulus a Domini conclaui. Sic Sathan nesciuit obumbrationem Spiritus sancti in conceptione Mariae, non audiuit concionem angelorum ad pastores, cantica Simeonis et Zachariae, imo omnia in coena Christi dicta non audiuit, glorificationem Christi [74] in monte Tabor non uidit, repulsus ab angelis, alioquin sciuisset ipsum esse Christum, et si alicubi [75] dicat se scire Hiesum esse Christum, tamen quia est [76] spiritus mendax, suis uerbis non est credendum, etiamsi dicat se scire. Audiui ab exorcista, dicente, se Sathanam expulisse, ut indicaret rem perditam, tunc Daemonem ciuitatem indicasse, sed cum de domo esset quaesitus, respondit non posse se [77] conspicere illam domum, quia nebula esset obducta. Deus et Christus uident, quid Diabolus, quid agitati a Diabolo in mente habeant, sed non econtra, idem non potest Diabolus uidere, quid Christus, quid spiritus, quid sancti. Hoc itaque argumentum non concludit: Christus uidit Pharisaeorum corda, ergo est Deus. Imo et Diabolus ea uidet, quae suggessit ipse, sed Christus uidet cor Diaboli, et suorum membrorum, quod Diabolus non potest. Ergo Christus est Deus.

Martinus Lutherus quodam die recreandi gratia curru uehebatur **) in lucum et agros, canens et exultans in glo-

---

*) *Hanc Quaestionem exhibet* Reb. I, fol. 121ᵃ lin. 1. — fol. 121ᵇ lin. 6. — *Conf.* Luth. colloq. germ. p. 50 sq. cap. 24. §. 69. 70.

**) *Haec et proxime seqq. leguntur* Reb. I, fol. 121ᵇ lin. 7. — fol. 123ᵃ lin. 11. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 51 sq. 54 sqq. cap. 24. §. 71. 72. 75. 76.

72) Quaestio. *etc.*] *sic haec tanquam inscriptio ap.* Reb. *leguntur; in* Cod. *vox quidem* QVAESTIO. *iisdem maioribus litteris scripta est, sed ceterae voces continua verborum serie subsequuntur sine ulla distinctione.*

73) *das — eingegeben.*] Reb.: hoc carmen antea Diabolus sibi indiderat.

74) Christi] *sic* Reb.; *a* Cod. *abest.*

75) alicubi] Reb.: alicui

76) est] *ap.* Reb. *deest.*

77) non posse se] Reb.: se non posse

riam Dei dicens: [78]) Nostrae cantilenae diabolo [79]) ualde difficiles et molestae sunt, sicut econtra nostra [80]) impatientia, et *auhwe* [81]) placet illi, ut rideat. *Er hat Lust vnns tzu plagen*, [82]) praecipue qui Christum fatemur et praedicamus, quia cum ipse sit princeps mundi et hostis noster, *so müssen wir ihn durch sein landt passiren, so viel er warlich auch den tzol von vnns haben*, et percuti [83]) corpora nostra uariis plagis. Medici in morbis tantum naturales causas [84]) considerant, suisque remedijs succurrere student, et bene faciunt, sed non considerant [85]) Sathanam impulsorem naturalis causae in morbo, qui causas et morbos illico mutat, calidum in [86]) frigidum, [*fol. 110*[a]] et econtra bonum in [86]) malum, *Drumb mus ein hoher artzney sein*, [87]) uidelicet fides et oratio, sicut Psalmo 31. In manibus tuis sortes meae, *diesen* locum *hab ich itzunder in meiner krangheit gelernet, vnd wil ihn corrigieren*, quia [88]) prius eum tantum ad horam mortis applicaui. *Es sol aber heissen*, [89]) in manibus tuis tempora mea, *καιρός*, id est, omnis uita mea, omnes dies, hora et momenta, *mein gesuntheit, krangheit, vnfal, glück, leben, sterben, freude, trauren stehen in deiner handt*, [90]) id quod experientia testatur, *Wan wir gedencken, wir wollen frolich, lustig, from, gesunt sein*, [91]) tunc contrarium accidit, et econtra.

Apud Augustam *tzu* Sessen [92]) tres seruos Diabolus corporaliter, qui se sathanae dediderunt, abduxit *am* [93]) *karfreitag*. Respondit: *das ist* poena peccati, *wie mans treibet*,

---

78) dicens:] Reb.: et dixit,
79) diabolo] Reb.: Sathanae
80) nostra] *a* Reb. *abest.*
81) et *auhwe* (i. q. *auweh*)] Reb.: ve nostrum
82) *Er hat — plagen*,] Reb.: summa hilaritate macerare nos, conatur sibi praesumit,
83) *so müssen — haben*, et percuti] Reb.: et nos per suam regionem peregrinare oportet, ideo tributum seu vectigal a nobis postulat, et percutit
84) naturales causas] Reb.: naturalem causam
85) considerant] Reb.: vident
86) in] Reb. *utroque loco*: et
87) *Drumb — sein*,] Reb.: ideo maius remedium requiritur,
88) *diesen* locum — quia] Reb.: hunc locum in mea infirmitate et egrotatione mea didici, emendabo illum, qui
89) *Es sol a. h.*] Reb.: Verum ita scribi debet,
90) *mein gesuntheit, — handt*,] Reb.: sanitas, fortuna, vita, infirmitas, tristitia mea, et mors ipsa in manu tua est
91) *Wan wir — sein*,] Reb.: cum cogitamus, quod hilaritatem, sanitatem, et pietatem exerceri velimus,
92) Sessen] *pro hoc nomine scribit prius scripserat: „drosten,“ hoc autem illico rubra litura delevit et deinceps in eadem linea scripsit:* Sessen
93) *am*] *sic scripsi*; Cod.: *ein*

so hat mans lon, nam anno 28. 12 Septembris dicebant de filiabus euthanae homicidae. Ibi D. Martinus Lutherus dixit, generum Petri Barbi tonsoris hominem fuisse militarem inuulnerabilem, is suam mortem praeuidit dicens: *mein schwester sols thun.* Item *an dem tisch werde ich erstochen werden.* Similiter eo ipso die fertur dixisse ad mulierem: *houff's ein, da wirst heute gaste bekomen*, id est spectatores, *so hat ihm der teuffel betzalet.* 94)

Deinde 95). D. Pontanus recitauit exemplum simile, 96) quando duo nobiles infensissimi hostes in aula Caesaris fuerint, *da einer den andern tod erwurgen geschworen habe, wo er ihnen vberkome.* 97) Quadam nocte Sathan occidit 98) alterum, alterius gladio, eumque iterum ad lectum in uaginam recondit. Hoc dum fieret, alter in grauissimo somnio dormiuit, putans se illum interficere. Item 99) ipsius equus in stabulo quasi agitatus in summa anxietate et sudore stetit, mane alter in lecto truncatus inuentus est. Multorum fuit suspicio, alterum [*fol. 110*^{b}] propter inimicitias interfectorem fuisse, cuius cruentum gladium inuenerunt, cum tamen ipse non fecerat, sed Sathan, ille alter nobilis in carcerem 100) est coniectus, et mortis damnatus est, sed ea ratione, *wan man ihn auff den platz brecht, solt man die erde seines schattens wegstossen.* 1) et 2) e regione relegare, *das heist man* mortem ciuilem, quia 3) ipse uoluit illum alterum occidere, 4) eumque per Sathanam factum sit, mortis reus fuit, et concluſit Martinus Lutherus: *Also gehets diesen*, 5) qui faciunt temporale pactum cum Sathana, qui suis affectibus obtemperant illis blandientes, *die betzalet er tzuletzt redtlich.* 6). Ideo Martinus Lutherus iussit populum hortari ad uerbum et precationem, quia nobis esset 7) pugna non contra papam, sed contra

---

94) Apud Augustam — — *betzalet.*] *haec h. l. ap.* Reb. *non inueniuntur.*
95) Deinde] *a* Reb. *abest.*
96) simile] *ap.* Reb. *deest.*
97) *da einer — vberkome.*] Reb.: vbi alter alterum interficere, si modo illum acciperet, iureiurando promiserit.
98) Sathan occidit] Reb.: occidit Sathan
99) Item] Reb.: dicente,
100) Ille alter nobilis in carcerem] Reb.: In carcerem autem
1) *wan man — wegstossen.*] Reb.: si veniret in locum poenae, tunc terram vmbrae illius amouere deberent,
2) et] Reb.: et illum
3) *das heist* — quia] Reb.: Haec dicitur mors ciuilis, qui
4) illum alterum occidere,] Reb.: occidere alterum,
5) *Also g. d.*] Reb.: sic illis contingere solet,
6) *die — redtlich.*] Reb.: illos tandem egregie persoluit.
7) esset] Cod. *mais*: esse

diabolum, quem Christus uicit, contra illum potentissimum spiritum, nos infirmi homunciones expositi sumus, ut pugnemus et uincamus. Mirabilis profecto uictoria, perinde [8]) ac si quis magnum incendium una bulla aquae restinguere [9]) uellet, aut misera una ouicula multos lupos et leones fugare, *dan ein einiger teuffel ist stercker, klüger als* [10] *alle menschen*, qui [11]) nos intelligit foris et intus, et illius respectu sumus alphabetarij, imbecilles et peccatores, sicut experientia discimus. Ideo haec [12]) sunt opera diuina, ut nos homines miseri in nostra infirmitate per Christum plus efficiamus, [13]) quam omnes Caesares, Papae, Principes, Iuristae, Doctores. Nam

in extrema	Stultitia, Infirmitate, Iniustitia, Ira,	sumus	Sapientissimi Potentissimi Sanctissimi Gratiosissimi.

[*fol. 111*ᵃ] Ideo haec uictoria est supra omnem captum rationis, et tantum fide clausis oculis percipitur, et nisi Deus nobis angelos suos auxiliatores daret, quibus tanquam castris circumuallaremur, *so wer es bald mit vns aus*, [14]) ut exemplum in [15]) Iob uidemus, quomodo Satan calumniator eum accusat dicens: Esto Hiob sit simplex, quia tu uallasti eum, si autem extenderis manum, et permittes mihi ius, *sol man wol sehen, wie from er ist.* [16]) Tunc Deus Sathanae potestatem [17]) conditionaliter concessit, modo uitae et animae parceret, *do gingen auch die* maledictiones *an.* [18]) Summa et status libri Hiob est: Nisi Deus nos uallauerit, tunc statim a Sathana obruimur. Ideo haec uictoria in fide [19]) consistit.

Si es	Peccator, Infirmus, Stultus,	crede et eris	Iustus Potens Sapiens.

---

8) perinde] a Reb. *abest.*
9) restinguere] Reb.: extinguere
10) *als*] *sic scripsi*; Cod.: *wan*
11) *dan ein* — qui] Reb.: vnicus enim Diabolus astutior et fortior est omnibus hominibus, quia
12) haec] Reb. *male:* hae
13) efficiamus] Reb. *typ. err.:* officiamus
14) *so wer* — *aus*,] Reb.: protinus actum esset nobiscum,
15) in] a Reb. *abest.*
16) *sol man* — *ist.*] Reb.: tunc bene videbitur quam pius sit,
17) Sathanae potestatem] Reb.: potestatem Satanae
18) *do gingen* — *an.*] Reb.: ibi maledictiones incipiebant.
19) fide] *sic* Cod.; Reb.: Deo

Diabolus habet [20]) potestatem, *) *die kinder ausstauwechseln*, [21]) sicut accidit nostro seculo, [22]) *da er einem vor sein kint einen teuffel in die wigen leget, das wollte nicht gedeihen, fraus vnd sog sehre.* [23]) *Do ers wollte gegen Hockelstadt tzu Jungfrauen Maria tragen vnd lassen wigen, trug ers in korbe vber ein wasser, da schrey der teuffel in wasser: kilkrop.* [24]) Respondit puer: *hoho. Wo wilttu hin? Ich wil gegen Holckelstad, vnnd wel mock laten wegen, dat ick mag gedeigen.* [25]) His auditis pater territus proiecit satanam in aquam [26]) cum sporta, tunc simul colludentes in aquis [27]) riserunt. *Solche wechsel belge vnnd kilkroppe* supponit satan loco [28]) uerorum filiorum, quibus homines molestantur, quemadmodum ancillas saepius in aquas rapit et impraegnat et secum retinet usque ad partum, puerosque [*fol. 111b*] in cunas aliorum ponit, [29]) sed illi suppositij dicuntur non egredi annum 18. aut 19. *Darumb mag die wol sein, das der teuffel mit den altten huren vnd weiter macherin tzu holt, das er ihnen wo lust busset,*

---

*) *Haec a* Reb. *verbis*: De Suppositiiis *inscripta, ab eo exhibentur* I. fol. 123a lin. 13. — fol. 123b lin. 25. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 56 sq. 71 sq. cap. 24. §. 77. 96.

20) Diabolus habet] *caput ab his verbis ordiens ap.* Reb. *inscriptum est*: DE SVPPOSITITIIS., *in* Cod. *peculiari inscriptione caret. Praeterea* Reb. *a* Codice *differt* ordine, *quo res in hoc cap. enarratae dispositae sunt. Quae enim* Codex *in priori eius parte* [fol. 111a lin. 20–27.] *exhibet,* Reb. *aptius habet in altera eius parte* [T. I. fol. 123b lin. 14—25.] *quadam ex parte mutata, et econtra quae* Cod. *in altera parte, quae a verbis: „Solche wechsel belge" orditur* [fol. 111a lin. 27. — fol. 111b lin. 22.] *exhibet, apud* Reb. *in priori* [T. I. fol. 123a lin. 14. — fol. 123b lin. 14.] *aliquatenus mutata leguntur.*

21) *die kinder a.*] Reb.: pueros subdere,

22) sicut — secule,] *haec a* Reb. *absunt.*

23) *da er — sehre.*] *haec quoque h. l. a* Reb. *absunt.*

24) *Do ers wollte — kilkrop.*] *haec a* Reb. *cum subseqq. aptius in fine huius cap. collocata, sic lat. reddita sunt:* ex suasu vero aliorum hominum puerum in sportula portare conantur versus Hockelstadium, ad Mariam virginem, vt coram illa in cunabula moueretur, verum cum in sportula puer a patre, vbi fluuius erat, quem transire oportebat, portabatur, ibi Diabolus in aquis clamare incepit: puer supposititie.

25) *hoho — gedeigen.*] Reb.: oho, Diabolus inquit: quo tendis? respondit puer: versus Hockelstadium, ibi in cunabulis me moueri curabo, quo vires recuperare possem.

26) satanam in aquam] Reb.: puerum, vel potius Satanam in aquas

27) aquis] Reb.: aqua

28) *Solche* — loco] *pro his* Reb. *in huius capitis principio habet haecce:* subditities enim pueros supponit in locum

29) in cunas aliorum ponit,] Reb.: ad aliorum cunas (*typ. err. habet:* cunas), imponit,

aber das er etwan mit ihnen solt kinder tzeugen, das ist nicht, [30] quia solus Deus [31]) est creator et gignit homines per constituta media. *Aber das ist wol war, den sechswöchnerinnen wechselen sie offt die kinder aus vnd legen sich an ihre stadt, vnnd machen sich garstiger dan sonst tzehen kinder, mit scheissen, fressen vnnd schreihen. Ein* exemplum *weis ich, welches sich tzu Halberstadt tzugetragen hat. Da hat sich der teuffel auch an eines kindes stadt geleget, welches dem forigen kinde gar enlich gewest, hat sich so vnfletig gemacht, vnd also geschrichen, das die eltern des nachtes kein ruge vor ihm gehabet, vnd die mutter also ausgesogen, das sie es nicht mer stillen kundt, vnnd man ihm ein ander seugammen schicken muste, welche er auch balt ausgesogen, das sie es nicht mer stillen kunt vnnd fort an bis auff fünffe, das die eltern nicht gewust, was sie mit dem kinde anfahen soltten, ist ihnen derhalben geratten worden, sie solttens gegen Holckelstadt tragen tzur walfart, do es ins wasser geworffen,* ut supra. [32])

DE ODIO [33]) DIABOLI ADVERSVS HOMINES. *)

D. Martinus Lutherus interrogatus ab Henningio Bohemo, quomodo Diabolus tantum odium contra homines concipere posset, respondit: [34]) Non mireris. Cogitate, [35]) quanto [36]

*) Reb. I, fol. 123b lin. 26. — fol. 125a extr. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 7 sqq. 58. cap. 24. §. 2. et §. 80.

30) *Darumb mag — nicht,*] Reb.: quare possibile esse potest, Diabolum senis mulierculis et maleficis rem habere, vt illarum petulantiae satis fiat, quod autem pueros cum illis gignere debet, hoc est impossibile,

31) solus Deus] Reb.: Deus solus

32) *Aber das ist wol war, — — ut supra.*] Reb.: tamen hoc est verum, illis mulieribus, qui sunt in puerperio, saepius pueros subdunt, et locum pueri occupant Diaboli et maiorem molestiam cacando, deuorando et eiulando quam 10. alij incipiunt, exemplum recitabo quod factum est in Halberstat, ibi Sathan se quoque in locum pueri subposuit, et altero puero similis fuit, et tantam molestiam incepit, cacando et eiulando, quod parentes nullam requiem per totam noctem habuerunt, matrem quoque ita exorbuit, quod puerum illum supposititicum amplius non alere potuit, vnde parentes aliam nutricem conducere illi coacti sunt, quam simili modo sicuti et primam lacte priuauit, et sic ad quintam nutricem peruentum est, ideo parentes perturbati, quid facere imposterum cum puero deberent nesciuerunt, ex suasu vero aliorum hominum puerum in sportula portare conantur, versus Hockelstadium. *Verba, quae sp.* Reb. *haec sequuntur, iam supra in nota 24 et seqq. attuli.*

33) De odio] Reb.: Odium

34) respondit:] Reb.: Respondet, Cod.: Respondit Martinus Lutherus.

35) Cogitate] Cod. *salami err.*: Cogitare

36) quanto] Reb. *male*: quando

odio mei flagret Dux Georgius, [37]) qui non potest quiescere, die noctesque cogitans, ut mihi noceat, summaque [38]) illius adeptus esset, si me mille suppliciorum modis comprehensum afficeret. [39]) Si hominis tantum [*fol. 112*a] est odium, quanto maius [40]) erit Diaboli. Respondit Henningius: [41]) *Ich wolte gerne den teuffel kennen.* [42]) Dixit Martinus Lutherus: Sicut Deus est θέος summa et status [43]) Decalogi, ita Sathan est διάβολος, contrarium pugnans Decalogi. [44]) Si uis ueram Sathanae formam conspicere, intuere Decalogum inuersum. [45]) Caput Diaboli est contra primam tabulam, Non fidere Deo, neque diligere, timere eum. [46]) Deinde in secundo praecepto Deum blasphemare, murmurare, illius nomine abuti, *das ist* os et lingua [47]) Diaboli. Tertium [48]) uerbum Dei negligere, contemnere, et ministros [49]) uerbi persequi, ut fame pereant, omnem cultum Dei floccifacere, *das sein* aures et collum Diaboli. [50]) Secunda tabula corpus continet Diaboli. Quartum praeceptum, Parentes contemnere, illis non obedire, eos non iuuare, *sich ihrer schemen vnnd vnehren,* [51]) Seditiosum esse contra magistratum, hoc est pectus Diaboli. Quintum praeceptum, Occidere, irasci, odisse, [52]) male uelle, omnibus nocere, [53]) hoc est cor Sathanae. Sextum praeceptum, [54]) Adulterum esse, fornicatorem, incestum, [55]) mollem, Sodomitam, incontinentem ore et gestu, hic est uenter. Septimum praeceptum, Neminem iuuare, omnibus ui et astu sua rapere, furari, praedari, foenerari, iniusta pacta et prauas merces [56]) reddere, hi sunt manus et magni digiti Diaboli. Octauum

---

37) Dux Georgius] Reb. *habet siglas:* D. G.
38) summaque] Reb.: Summa
39) afficeret.] Reb. *male:* efficeret.
40) quanto maius] Reb.: quantum
41) Henningius] *sic scripsi, quod in huius cap. principio hoc nomen refertur;* Cod. *h. l. habet:* Hennius, Reb.: Hinneck
42) *Ich — kennen.*] Reb.: libentissime ego Diabolum cognoscerem.
43) summa et status] *a* Reb. *absunt.*
44) contrarium p. D.] *ap.* Reb. *desunt.*
45) inuersum.] *sic reste* Reb.: Cod.: uniuersum.
46) neque diligere, timere eum.] Reb.: neque diligere eum, neque timere.
47) *das ist — lingua*] Reb.: hoc os et lingua est
48) Tertium] Reb.: Tertio
49) contemnere, et ministros] Reb.: contemnere, cauillari, ministros
50) *das sein* — Diaboli.] Reb.: hi aures et collum Diaboli sunt.
51) *sich — vnehren,*] Reb.: illorum se pudere, et illos dehonestare.
52) odisse,] Reb.: et odisse,
53) omnibus nocere,] Reb.: omnibus insidere, omnibus uocere.
54) praeceptum] *a* Reb. *abest.*
55) incestum,] Reb.: incestuosum,
56) merces] Reb.: mercedes

praeceptum, Detrectare, cauillari, homines conspurcare, haec est uoluntas Diaboli etc. [57]) *Ein solch freundtlich bilt ist der teuffel.* [58]) ideo propone tibi in conspectum, hominem aliquem desperatissimum pessimae conscientiae et uitae, *do sihestu den leibhafftigen teuffel.* [59]) Hunc nebulonem Christus paucissimis [60]) uerbis depingens, mendacem et homicidam appellat, mendacem in prima tabula, [61]) qui pios diu noctuque falsa doctrina et cultibus solicitat, *ihe heiliger leutte, ihe grosser anfechtung* [62] et *[fol. 112b]* speciosiores cultus. Cultus [63]) Moloch omnium speciosissimus erat summum mendacium, quo homines ad immolationem propriorum filiorum Diabolus trahebat, eosque propter hoc opus sanctissimos pronuntiabat, sicut in Papatu is erat sanctior, qui plures liberos in monasterio haberet. Quid autem homicidijs Diabolus tentet, indies experimur, [64]) caueat, qui potest. *Vnser herrgott vnnd der teuffel haben tzwo Cantzeleien,* [65]) Deus primum terret, postea rursus erigit et consolatur ad occidendum [66]) carnem, ut spiritus uiuificetur. Ita etiam boni Angeli primum terrent, deinde territos consolantur. Diabolus uero primum blanditur hominibus [67]) in peccatis, postea in desperationem inducit, exhilarat carnem, ut contristet [68]) spiritum. Nam inter peccandum nullus dolor est, sed postea tristis relinquitur, et conscientia cogitabunda manet.

Diabolus quomodo contemnendus. [69])

Quidam pius pater cum in habitatione sua oraret, Diaboli uenerunt [70]) uoces suillas fingentes, *gruntzen.* [71] At [72]) ille respondit: *O wie ist dir so recht gescheen, dieweil du nicht*

---

57) Octauum — etc.] *haec ap.* Reb. *desunt.*
58) *Ein solch — teuffel.*] Reb.: Talis imago est Diabolus,
59) *do — teuffel*] Reb.: ibi ipsissimum Diabolum videbis.
60) paucissimis] Reb.: paucis
61) mendacem et hom. — tabula,] Reb.: appellat mendacem in prima tabula, et homicidam in secunda tabula,
62) *ihe heiliger — anfechtung*] Reb.: quo enim homines viuunt sanctius, eo magis a Diabolo tentantur.
63) Cultus] Reb.: Sic cultus
64) experimur,] Reb. *typ. err.:* ex, erimur,
65) *Vnser — Cantzeleien,*] Reb.: Deus noster et Diabolus duo habent grammatophylacia,
66) occidendum] *sic* Cod.; Reb.: occidendam
67) hominibus] *ap.* Reb. *deest.*
68) contristet] Reb.: tristet
69) Diabolus q. c.] *haec, quae tanquam inscriptio sequentium rubro colore in* Cod. *exarata sunt, ap.* Reb. *non leguntur.*
70) uenerunt] Cod. *calami err.:* uererunt
71) *gruntzen.*] *a* Reb. *abest.*
72) At] Cod. *male:* ad

ein Engel hast wollen sein, so bleib ein teuffel vnnd ein sew. [73]) Hunc contemptum superbissimus ille spiritus ferre non potest, *Man mus den mut fassen, das man sich vor dem teuffel nit fürchte,* [74]) ideo in spiritu et fide contemnendus est per Christum.

Opilio quidam cum a Diabolo indies tentaretur, D. Iusto Menio conquestus est, quod Diabolus eum [75]) esset rapturus. Ministri Ecclesiae ad Deum pro illo orabant, et sententijs scripturae instruebant contra Sathanam. Ille tantum didicit, ut non dubitaret de animae salute, dicens: Nihil dubito de salute animae, sed corpus a Diabolo [76]) rapietur, *vnnd das mögte jhm niemandt wehren konnen.* [77]) Indicans, quo tempore esset venturus Sathan, ut eum raperet, dixit: *heut vber 8 tage wirdt er komen vnd mich holen.* [78]) Cum octauus dies aduenisset, dixit: hodie [79]) hora octaua ueniet. Tum [80]) [*fol. 113a*] cum ipso in hypocaustum clausum inerunt, armatis prae foribus ensibus, intus orando et legendo. Cum autem hora aduenisset, Sathan uenit, raptum [81]) per fornacem abduxit, deinde praecipitem in dumo quodam [82]) inuenerunt extinctum cadaueribus similem.

IVDICIVM DE HIS QVI SIC PEREVNT. *)

Mihi uidentur illi, qui sic pereunt, non pro damnatis habendi. [83]) Deus enim animas illorum seruare potest. Et hoc [84]) certissimum est, quod ij, qui laqueo uel alio modo mortem sibi consciscunt, [85]) quod mortui sunt, et Diabolus acceperit laqueum ex [86]) illorum manibus et collo implicaue-

*) Reb. I, fol. 125b lin. 1—25.

73) *O wie — sew.*] Reb.: O quam optime tibi contigit, dum Angelus esse voluisti, Diabolum te nunc esse et manere oportet.
74) *Man mus — fürchte,*] Reb.: non est nobis tantus animus, quod non Diabolum timere deberemus,
75) eum] Reb.: ipsum
76) dicens — a Diabolo] Reb.: sed corpus, inquit a Diabolo (*ceteris omissis*)
77) *vnnd — komen.*] Reb.: et nemo ille (*pro:* illi) resistere poterit.
78) dixit — *holen.*] Reb.: dicens, post octiduum, circa horam hanc veniet et rapiet me.
79) hodie] *a* Reb. *abest.*
80) Tum] Reb.: tunc
81) raptum] Reb.: et raptam
82) in dumo quodam] Reb.: in domo cuiusdam
83) uidentur illi, ... habendi.] Reb.: videtur illos, ... habendos.
84) hoc] *a* Reb. *abest.*
85) consciscant,] Reb. *male:* consciunt,
86) ex] Reb.: et

rit, probans exemplis. Quidam cum sic tentaretur [87]) ad desperationem usque equitans ruri, de equo pedibus humum tangens, loro se suspendit. Muschhans [88]) nomine.

Goltbergae adolescens quidam studiosus Bischoffwerdensis [89]) ita mortuus est [90]) qui in suo [91]) cubiculo, de fuste satis fragili se suspendit, stans super terram.

Alius quidam quoties cecidit super terram, semper in ore habuit nomen Diaboli, [92]) *das walt der teuffel.* [93]) Admonitus ab alijs, ut abstineret ab hac consuetudine, ne aliquando uocatus Diabolus ueniret, respondit se tunc intermissurum, et alijs usurum uerbis. Tandem cum cecidisset, consueto more Diaboli nomen inuocauit, illico trucidatus est in lacu a Diabolo lapsu de ligno, [94]) per quod illi eundum [95]) erat.

Nobilis quidam *) cum Torgae, ubi habitabat, deambularet, obuiam ei uenit quidam, interrogauit, [96]) num illi inseruire [97]) uellet, indigere se famulo. Respondit, se uelle. Nobilis interrogans, quod illi nomen esset. Respondit Schert Bohemice, [98]) se Diabolum nominari. Age mecum domum eas, inquit nobilis, ostendit [99]) illi stabulum et equos, quos custodire debebat. Fuit autem nobilis ille [100]) parum pius, de rapina uiuens, ad quam seruulum [*fol. 113*^{b}] satis idoneum nactus erat. Abiturus semel nobilis, equum, quem ualde amabat, seruo commendans, ut diligentissime [1]) custodiret. Seruulus equum per multos gradus in altissimam turrim deducit. Nobilis rediens ab equo agnitus, qui cum hinniret [2]) extenso

---

*) *Hanc historiam et duas subseqq.* Reb. *exhibet* I, fol. 125^{b} lin. 26. — fol. 127^{b} lin. 5. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 59 sqq. cap. 24. §. 81. 83. 84.

87) tentaretur] Cod. *male:* tentantur
88) Muschhans] Reb.: Muschans
89) Bischoffwerdensis] Reb.: Bischoffs Werdensis
90) est] *in* Cod. *deest.*
91) in suo] Reb.: in suo solus
92) nomen Diaboli,] Reb.: Diaboli nomen,
93) *das — teuffel.*] Reb.: fuit hoc in nomine Diaboli,
94) in lacu a Diabolo lapsu de ligno,] Reb.: a Diabolo, in lacum lapsus de ligno,
95) illi eundum] *sic scripsi*; Cod.: ille eundum: Reb.: illi transeundum
96) interrogauit,] Reb.: quem interrogauit,
97) inseruire] Reb.: seruire
98) Bohemice,] Reb. *male:* Bohemicae
99) ostendit] *pro hoc verbo in* Cod. *primum erat scriptum:* Respondit, *sed hoc deinde rubra litura deletum et supra rubro colore scriptum est:* ostendit, Reb.: et ostendit
100) ille] *a* Reb. *abest.*
1) diligentissime] Reb.: diligenter
2) hinniret] Cod. *calami err.:* himmiret

capite per fenestram, mirari satis non potuit, ubinam equus sit, ingressus domum quaerit, ubinam [3]) sit equus suae custodiae demandatus. [4]) Respondit ille, se satis diligenter domini mandatum curasse, et ostendit, ubinam esset [5]) equus, qui magno negotio per funes demissus est. Contigit aliquando, ut nobilem insequerentur ultores rapinae, inquit seruus: Domine perge fugiendo, seruus [6]) de equo descendit ad dominum ueniens, se omnibus equis [7]) ferreas calces ademisse dicens, et edito clamore [8]) habuit in sacco, *hat sie ausgeschuttet.* [9]) Rechenberger, ni fallor, nobili nomen fuit [10]) non procul a Torga. Alio tempore cum captus uinculis teneretur propter homicidium, auxilium seruuli [11]) implorauit. Ille respondit, [12]) se non posse illi succurrere, *dan er hette starcke eichene hosen an, vnd mit eisernen schenckeln gebunden.* [13]) Tamen [14]) cum nobilis instaret, auxilium illius implorans dixit: *Ich wil dir wol helffen, du must aber nicht viel fur dich mit den henden schleudern, schirm schlegen, dan ich kans nicht leiden* (signare signo Crucis), dixit nobilis, *er soltte ihn immer hinnemen, er wolt sich recht darume halten.* [15]) Tum [16]) ille raptum in aërem [17]) ducit, una cum compedibus, [18]) pauidus ille [19]) nobilis exclamat: *Hielff gott, wo bin ich?* [20]) illico illum demisit in lacum [21]) limosum, domum ueniens, uxori indicauit, orans, ut dominum domum ferat, qui in lacu captiuus iaceret. Vxor illico pergit et maritum liberat.

Monachus quidam cum iter faceret solus, accessit [22]) eum quidam armatus, arcum manu tenens, gauisus se nactum co-

3) ubinam] Reb.: vbi
4) demandatus.] Reb.: commendatus.
5) esset] Reb.: sit
6) seruus] Reb.: ac
7) equus] *in* Cod. *deest.*
8) clamore] Reb.: clangore
9) *hat sie a.*] Reb.: et illos Domino proposuit.
10) nobili nomen fuit] Reb.: fuit nobilis, nam fuit
11) auxilium seruuli] Reb.: seruuli auxilium
12) respondit,] *sic* Reb.; Cod.: respondens
13) *dan er — gebunden.*] Reb.: indutus enim ferreis caligis, et ferreis catenis ligatus erat,
14) Tamen] Reb.: tunc
15) *Ich wil dir — haltten.*] Reb.: optime tibi succurram et liberabo te, modo manibus tuis sis quietus, alias te iuuare non possum, dixit nobilis, libera me modo, ego faciam, quod me decebit in hac re.
16) Tum] Reb.: Tunc
17) in aërem] Reb.: in aëre
18) compedibus,] *sic* Reb.; Cod.: pedibus,
19) pauidus ille] Reb.: ibi pauidus
20) *Hielff — ich?*] Reb.: o Deus bone vbi sum ego,
21) demisit in lacum] Reb.: dimisit in locum
22) accessit] Cod.: ascessit

mitem itineris non admodum tuti, cumque aliquantul rexissent, monachus ad armatum dixit, num recta uia pergerent, ille non sic se habere affirmat, [23]) Monacl p. rspiceret uiam ignotam, timere coepit, [24]) conuersu tus dixit: *Müller gieb mir die kappen*, [25] illico dum quitur, illi cucullam exuit quasi uentus. Hinc magn ad proximam uillam nudus quasi semiuiuus aufugit, ad se rediens, collegit se, *erinnert sich*. [26]) expone modo res sit acta.

Gardianus, *ein oberster entter den grauen mun* cum fratre ordinis [28]) iter fecit ueniens in diuersori hospite exceptus, qui promisit [29]) rem bene succ Habuit autem in cubiculo spiritum malum, ut nemo mire posset (non tamen grauiter caedebantur, sed uexabantur) constituit, [30]) se sanctis patribus lectun raturum, *dan sie den teuffel wol beschweren kunten*. [31]) uero cum dormire uellent, corona uellicauit alterum rum, contenderunt illi ambo inter sese: *lieber ra nicht, las vns itzunder schlaffen*. [32]) Iterum uenit I uellicat [33]) Gardianum, tum ille: *fare hin* [34]) in nor tris, et filij, et spiritus sancti, *vnd kom tzu vns ins kl* tunc quiescebant, [36]) cumque intrarent monasterium Sathan in limine clamauit: Bene ueneritis *Herr* [37]) G Illi erant securi, quia existimabant se eum habere sua, rogauit, [38]) quidnam uellet. Respondit, se se in monasterio, iussitque [39]) eum esse in loco aliq eius opera indigerent, [40]) ut inueniri posset. Locus fu lus culinae, parauit illi cucullam alligata campanula, u

---

23) affirmat,] *sic* Reb.; Cod.: affirmans,
24) coepit,] Reb.: incipit,
25) *Müller — kappen*,] Reb.: tu molitor redde mihi capitium,
26) *erinnert sich*,] *a* Reb. *absunt*.
27) *ein oberster — munchen*,] Reb.: quidam
28) ordinis] Reb.: ordinis sui
29) promisit] Reb.: videns
30) constituit,] *sic* Reb.; *in* Cod. *non legitur*.
31) *dan sie — kunten*] Reb.: quia Diabolum bene edomare poss
32) *lieber — schlaffen*.] Reb.: noli me ita trahere crinibus, sine dormire.
33) uellicat] Reb.: et vellicat
34) *fare hin*] Reb.: abi hinc
35) *vnd — kloster*.] Reb.: et veni ad nos in nostrum monasterium
36) quiescebant,] Reb.: quiescebat,
37) *Herr*] Reb.: Domine
38) rogauit] Reb.: rogat
39) iussitque] Reb.: Iussit ergo
40) indigerent,] Reb.: indigeret,

etur. Vocatus, ut cereuisiam ferret, audierunt nolam et ipsum [41]) dicentem: *gebet gut bir. so wil ich euch gut gelt bringen,* [42] et ita innotuit in tota ciuitate, *fur allen kellern, wo man ihm nicht wol gemessen,* dixit: *gebet full mas vnd gut bir, ich habe euch auch gut gelt geben.* [43] Ipsi papistae arbitrati sunt [44]) bonos esse spiritus, [*fol. 114b*] qui adhuc saluandi essent, et possent saluari, ita hominibus inseruientes, ut lares apud gentiles, ignorantes esse malos spiritus, ut Dianam [45] et multa similia monstra, quae coluerunt. *Der küchemeister ist auch ein schalck gewest.* [46]) qui eum in angulo fecibus et coquendis dapibus proiectis uexabat, saepius a Diabolo admonitus, ne illi molestus esset, iratus uel prouocatus, coquum trabe culinae uulnerauit. *da hat ihm der Gardian urlaub gegeben.* [47])

PHRENETICI A DIABOLO OBSESSI QVOMODO TRACTANDI. [48]) *)

De phreneticis sic sentio, omnes moriones, et qui usu rationis priuantur, a daemonibus uexari, non quod damnati sint ideo, sed quod uarijs modis homines Sathan [49]) tentat, alios grauius, alios leuius, alios longius. Quod medici multa eiusmodi tribuunt naturalibus causis, et remedijs aliquando mitigant, fit, quod ignorant, quanta sit potentia et uis daemonum. Christus non dubitat curuam [50] illam anum in Euangelio uinctam a Sathana dicere, et Petrus Act. 10. oppressos a Diabolo asserit, [51] quos Christus sanarat, ita etiam multos surdos, claudos, malitia [52]) Sathanae tales esse, Deo tamen

*) Reb. I, fol. 127b lin. 6. — fol. 128a lin. 10. *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 63 sq. cap. 24. §. 86.

41) nolam et ipsum] Reb.: volantem et

42) *gebet — bringen,*] Reb.: date bonam cereuisiam et dabo vobis nummos bonos.

43) *fur allen — geben.*] Reb.: in omnibus cellarijs, in quibus bonam mensuram non dederant, dixit: Date mensuram plenam, et cereuisiam bonam, ego enim vobis bonam dedi pecuniam.

44) arbitrati sunt] Cod. *male:* arbitrarunt

45) Dianam] Reb.: diana

46) *Der — gewest,*] Reb.: Archimagirus quoque nequam fuit,

47) *da hat — gegeben*] Reb.: tunc gardianus illum relegabat.

48) Phrenetici — tractandi.] Reb. *habet hancce inscriptionem:* Phrenetici et a Sathana obsessi.

49) homines Sathan] Reb.: Sathan homines

50) curuam] Reb. *typ. err.:* currum

51) asserit,] Reb.: dicit,

52) malitia] Cod.: malicie

permittente, denique pestes, febres atque alios graues morbos, opera daemonum [53]) esse, qui et tempestates, incendia, frugum calamitates operantur. Summa, Mali sunt angeli, quid mirum, si omnia faciunt mala, humano generi noxia, et pericula intentent, quatenus Deus permittit, etiamsi plurima talia, herbis et aliis remedijs naturalibus curari possint [54]) uolente Deo et miserenti nostri. Exemplum Hiob indicat, quae passus sit a Sathana, quae medicus omnia naturaliter fieri et curari assereret. Scias itaque, [55]) phreneticos a Sathana tentari, modo [56]) temporaliter, sed [57]) Sathan non faceret phreneticos? qui corda [*fol. 115*^{a}] replet fornicatione, caede, rapina et omnibus prauis affectibus? Summa, Sathan propior nobis [58]) est, quam ullus credere possit, cum sanctissimis sit propinquissimus, adeo ut ipsum Paulum colaphizet et Christum uehat, [59]) quorsum libet.

Magus quidam [ ] Erphordiae est crematus, qui per aliquot annos tristis incedens propter inopiam, cui Diabolus uisibili specie occurrit, ampla promittens, si baptismum, redemptionem per Christum negaret, et se nunquam poenitentiam acturum. Miser suscepit hanc conditionem. Crystallus statim ei a Sathana [60]) dätur, unde diuinare posset, celebris et dies factus ex [61]) hominum concursu. Tandem a Diabolo deceptus, ut ex Crystalli inspectione innocentes furti insimularet, qua causa in uincula coniectus est, et peccata confessus, quia Sathan foedus uiolasset, uocato ministro uerbi, seriam egit poenitentiam, aliosque a securitate ad timorem Dei suo exemplo hortatus, hilari animo supplicium sustinuit. *Also hat sich der teuffel in seiner kunst verschmissen*, et ita [62]) reuelatus suis consilijs.

Item. Erphordiae accidit. Duo fuerunt studiosi, alter deperijt puellam, ita ut furore corriperetur. Alter, qui erat

---

*) *Haec historia et subsequentes a* Reb. referuntur I, fol. 128^{a} lin. 11.— fol. 129^{a} lin. 11. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 46. 64 sq. cap. 24. §. 62. 88. 87. 89.

53) daemonum] Reb.: Daemoniorum
54) possiut] Reb.: possunt
55) Scias itaque,] Reb.: Sciendum igitur.
56) modo] Reb.: saltem
57) sed] Reb.: An
58) propior nobis] Reb.: nobis propior
59) colaphizet et Christum uehat,] *sic scripsi;* Cod.: colaphizet et Christum uehat, Reb.: colaphizare et Christum vehere possit
60) ei a Sathana] Reb.: a Sathana ei
61) ex] *a* Reb. *abest.*
62) *Also hat* — ita] Reb.: sic enim Diabolus in arte sua se prodidit, ita

nigromanticus, [63] dixit: Si eam non uolueris amplecti, curabo, ut ad te ueniat, ille pollicitus est. [64] Hic nigromantia [65] sua effecit, ut puella hypocaustum intraret specie formosissima, amanter et familiariter eam allocutus, [66] sed cum prae nimio ardore a complexu se [67] abstinere non posset, statim ipsa est mortua. [68] Illa extincta uehementer doluerunt. Nigromanticus uero extrema tentans hoc effecit, ut Diabolus eam gestaret, [69] ut domum rediret, opera debita praestando, sed ualde pallida nihil locuta est. Triduo elapso parentes Theologos accesserunt, ut cum illa agerent, qui cum duriter illam alloquerentur, fugit [*fol. 115*^{b}] Sathan [70] ex cadauere, e magno cum faetore cadauer reliquit. Sanguis enim est causa boni coloris. [71] Item spiritus uitales, hos Diabolus non potest efficere, sed solus Deus creator.

Sic Bononiae per [72] biennium puella obambulauit non loquens, *Gott giebet den teuffeln vnnd tzeubern gewalt vber die menschen auff tzweyerlei weyse.* Primo *vber die gottlosen, wan er sie straffen wil von wegen ihrer sunde. Zum andern vber die fromen, wan er sie versuchen wil, ob sie bestendig in dem glauben bleiben wollen, dan ohne gottes vnnd vnser vorcalligung kan vns der teuffel nicht schaden, dan also spricht er: Wer mich anrüret, der rüret meinen augapffel an. Vnd Christus spricht: Ohne den willen meines himlischen vaters kan euch nicht ein herlein von dem heupt fallen.* [73] Ita ante aliquot annos [74] in Thuringia Diabolus adolescentem abducere voluit, plurimum luctantem [75] et repugnantem, qui poenitentiam agens seruatus est. Profecto haec non sunt uana et

---

63) nigromanticus] Reb.: nigromantus
64) est] *a* Cod. *abest.*
65) nigromantia] Reb.: arte
66) eam allocutus], Reb.: eum alloquia.
67) se] *a* Reb. *abest.*
68) est mortua.] Reb.: mortua est.
69) eam gestaret,] Reb.: gestaret eam.
70) Sathan] Reb.: Diabolus
71) coloris.] *sic* Reb.: Cod.: caloris.
72) per] Reb.: et
73) *Gott giebet — — fallen*] Reb.: Deus Diabolis et incantatoribus potestatem dat duplici modo, 1. in impios si quando illos propter peccatum punire vult. 2. in pios, si illos tentare vult, an in fide firmiter perseuerare velint, absque Deo enim et nostra voluntate, Diabolus nobis nullum damnum inferre potest. Sic enim dicit Dominus qui tangit vos, pupillam oculi mei tangit, et Christus inquit, sine patris mei voluntate, ne capillus de capite vestro cadere potest.
74) annos] Cod. *calami err.:* annon
75) luctantem] Reb.: reluctantem

inania terriculamenta, horrenda [76]) sunt. Ideo tales historiae obseruandae sunt, [77]) ut modestiores et uigilantiores in uitandis execrationibus, blasphemijs nominis diuini simus cogitantes de hoc dicto 1. Ioan. 3. [78]) Christus filius Dei apparuit, ut opera Diaboli destruat. Hoc ipsum tempus est periculosum, non tantum propter stellarum [79]) inclinationem, sed maxime propter Diaboli insidias, qui ab omnibus partibus Ecclesiam Christi acerrime oppugnat.

HOMO EIVSQVE LAPSVS ET MISERIA. *)

Nullus philosophorum, nulli historici certo describere possunt mundi originem, et hominis creationem. Sacra Biblia certo demonstrant, [80]) primum hominem Adam ad similitudinem Dei [*fol. 116*a] factum, illique uitae sociam coniunctam, quae longe iucundissima et fere angelica fuisset, sine omnibus miserijs et calamitatibus, si in innocentia permansisset. At [81]) homo, Dei imago, per Diabolum et propriam uoluntatem horribiliter lapsus, suam foelicitatem in extremam transtulit miseriam, ita ut Hebraei hominis etymologiam Enosch appellarent a miseria, sicut germanice dicitur: *Es ist ein mensch.* [82]) Ideo Philippus, Rex Macedoniae, curauit indies, mane per puerum sibi acclamari: Rex memento te hominem esse. Ita Adam primus noster parens miserrimus [83]) et calamitosissimus fuit. *Es mus ihm* [84]) *mechtig einsam sein gewesen in einer solchen weitten weltt alles so wüste tzu sehen*, [85]) tantum cum unica sua [86]) Eua. Credibile est summum gaudium nato Cain ortum, [87]) item Abele nato, sed illico recurrit miseria per fratricidium, ubi alter amittitur, alter excommunicatus reijcitur,

---

*) Reb. I, fol. 129a lin. 12. — fol. 130b lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 192. cap. 3. §. 33. et p. 189. cap. 3. §. 30. 31.

76) horrenda] Reb.: imo horrenda
77) sunt] *a* Reb. *abest.*
78) in uitandis — 1. Ioan. 3.] Reb.: simus, cogitationes hoc dicto, (*ceteris omissis*)
79) stellarum] Reb. *typ. err.:* sellarum
80) certo demonstrant,] Reb.: demonstrat.
81) At] Cod. *male:* Ad
82) *Es ist e. m.*] Reb.: homo est.
83) parens miserrimus] Reb.: parens, qui miserrimus
84) *ihm*] *sic scripsi;* Cod.: *ein*
85) *Es mus — tzu sehen,*] Reb.: varios procul dubio cogitationes habuerit, cum in tam amplissimo mundo solus fuit,
86) unica sua] Reb.: vna socia
87) nato Cain ortum,] Reb.: ortum Cain nato,

das wirdt ihm sein ein gross hertz leidt gewesen, [88] ita ut plus sit excruciatus [89] illo homicidio, quam suo ipsius lapsu. Iterum enim factus est solitarius cum sua Eua. Postea 130 annis elapsis genuit Seth. Durum profecto tam longo tempore iram Dei uidere. *Ach es ist ein betrübter man gewesen*, [90] et nisi fuisset tam probus et natura [91] robustus, statim extinctus esset una uoce cum Eua uxore. [92] Incredibilis enim dolor fuit [93] in Adam post amissam iustitiam, in qua a Deo creatus fuit. etiam corpore deficit [94] nimia cura et anxietate animi Arbitror illum oculis conspexisse tam clare, ut multa miliaria perspexerit, ubi nos uix dimidium uidere possumus Sic de omnibus alijs sensibus. *Er wirt* post lapsum *gesaget haben*: *Ach gott, wie ist mir geschehen, bin ich doch blint vnd tol worden, wo bin ich gewest?* [95] Talia illi accidisse non est dubitandum, [*fol. 116*^{b} *dan es ist ein scheutzlicher fall*, [96] uidit omnium creaturarum inobedientiam, lusit cum serpente, etsi in innocentia mansisset, nulla animalia nobis nociua fuissent, serpentes, bufones, [97] leones nobis inseruijssent, imo nos liberam et integram potestatem in omnia animantia [98] habuissemus. Est autem homo animal sociale, [99] et societas homini est iucundissima. Solitudo uero, et monastica uita est contra naturam. [100] Ideo Deus inquit: Non est bonum, hominem esse solum, *noch hat der teuffel die monche erdacht* contra creationem et naturam hominis. [1] *Münch* [2] est graecum *μοναχος*. *ein entzler*. [3] Anachoretae in Syria inceperunt primum, *bis tzu letzt grosse Conuent draus worden sint*, [4] sine proprio uiuentes, omnia possidentes. Sed ipsi dicunt: *nein, wir haben nichtes eignes*. [5] Res nostrae sunt ordinis non ordinatorum, pulchra profecto elusio

---

[88] *das wirdt — gewesen*,] Reb.: hoc illis maximum animi dolorem intulerit,
[89] sit excruciatus] Reb.: excruciatus sit
[90] *Ach — gewesen*.] Reb.: ah fuit vir valde perturbatus et dolore plenus,
[91] natura] Reb.: tam
[92] cum Eua uxore.] Reb.: cum sua vxore Eua.
[93] dolor fuit] Reb.: fuit dolor
[94] deficit] *ap.* Reb. *deest*.
[95] *Er wirt — gewest?*] Reb.: post lapsum dixerit, o Deus bone, quid factum est mihi? nonne caecus et surdus factus sum: vbi fui?
[96] *dan — fall*,] Reb.: horribilis enim est lapsus,
[97] bufones,] *sic scripsi*; Cod.: bubones, Reb.: buffones,
[98] animantia] Reb.: animalia
[99] animal sociale,] Reb.: sociale animal,
[100] naturam.] Reb.: naturam hominis.
1) Ideo Deus — hominis.] *haec ap.* Reb. *non leguntur*.
2) *Münch*] Reb.: Monachus
3) *ein entzler*.] Reb.: solidarius (*pro*: solitarius).
4) *bis — sint*,] Reb.: donec tandem magni conuentus inde exorti sunt,
5) *nein — eignes*.] Reb.: non, nihil habemus.

Credo Adam hominem fuisse simplicissimum [6] et modestissimum, neque arbitror eum candelas accendisse, *hat nit gewust, das der ochsse vntzlet* [7] *im leibe habe,* [8] neque adhuc mactabat pecudes, *mich wundert, wo er die peltze genomen hat,* [9] Praeterea hic homo Adam haud dubie [10] speciosissimus fuit, ita longaeuus, ut octauum uideret nepotum, [11] usque ad Noah, haud dubie [10] sapientissimus et uarijs tentationibus bene exercitatus, in summa temperantia uiuens, neque uinum neque cereuisiam bibens. *Ich wolt, das das bier breuen nit erdacht were, dan es wirdt ser vil getreide mit tzu bracht vnnd nichtes guttes gebreuen.* [12] Ad [13] quid prosunt tanti luxus crapulae et sumptus? Si Adam iam resurgeret et nostram uitam consideraret, cibos, potus, uestitus, aedificationes, mirabundus dicere deberet: *Ich bin in der welt nicht gewest, es wirdt ein ander Adam erstlich in dieser welt gewesen sein.* [14] Ipse enim bibit [15] aquam, edit fructus arborum et terrae nascentia [16] *hat ein haus von vier* [*fol. 117a*] *stützen angesteuret, kein messer, noch eisen gehabet, ein pelts von fellen angetzogen.* [17] Nunc uero sunt immensi [18] sumptus, potu et cibo, [19] regales domus, amictus ornatissimus, ubi ueteres parcissime uixerunt, [20] ut Boos [21] dicit in libro Ruth: [22] Intinge panem tuum in acetum. [23] Populosae enim erant regiones, ut uidemus in libris Iosuae. [24] Ideo multitudo peperit parsimoniam. [25]

---

6) hominem fuisse simpl.] Reb.: fuisse simpl. hominem
7) *vntzlet i. q. Unschlitt* (sebum).
8) *hat nit — habe,*] Reb.: nesciuit enim taurum sebum in corpore habere,
9) *mich — hat,*] Reb.: miror itaque vbi vestem pelliceam acquisierit.
10) dubie] Reb. *utroque loco:* dubio
11) nepotum] Reb.: nepotem
12) *Ich wolt — gebreuen*] Reb.: Ego optarem cereuisiam nunquam excogitatam esse, multa enim frumenta inde dilapidantur, et tamen nulla bona cereuisia paratur.
13) Ad] Reb.: At
14) dicere deberet: — *scin.*] Reb.: diceret, ego in mundo non fui, alius forsan Adamus in primis in mundo fuit,
15) bibit] *ap.* Reb. *deest.*
16) nascentia] Cod. *calami err.:* nascentiae
17) *hat ein — angetzogen.*] Reb.: extruxit sibi domum ex quatuor columnis, cultellum aut ferrum non habuit, pellicea veste indutus fuit.
18) sunt immensi] Reb.: immensi sunt
19) potu et cibo,] Reb.: potus et cibus,
20) ubi — uixerunt,] *haec ap.* Reb. *desunt.*
21) Boos] *sic* Reb.; Cod.: Bohos
22) in libro R.] *ap.* Reb. *desunt.*
23) in acetum.] Reb.: in acetum, confortate pane.
24) Iosuae.] Reb.: Iosua.
25) parsimoniam.] Reb.: persuasionem.

QVAESTIO DE LAPSV HOMINIS *)

Cum Deus sciret hominem non permansurum in sua origine. [26]) cur creauit eum? Respondit Martinus Lutherus irridens: *ein grosser herr mus auch scheisskecheln in seinem hause haben,* [27]) alias bene nouit, qui sint sui. Abstineamus ab ijs interrogationibus et cogitationibus [28]) absconditis, et reuelatam uoluntatem Dei [29]) consideremus. Sunt autem plerique, qui audito et percepto Dei uerbo [30]) optarent se non scire, neque percepisse, propterea quod seruus uoluntatem Domini sciens [31]) et non faciens, multis [32]) uapulabit, ignari uero paucis. Illis respondet Paulus: Inexcusabilis es o homo, etiamsi ignoras. Sathan in omnibus uerbis et factis contrarius est [33]) Deo. Sic quilibet est impius, quia certissime obsessus est a Sathana, quamuis non corporaliter.

Doctor Hinnius [34]) Martinum Lutherum interrogauit, **) cum in rebus fidei ratio sit claudenda, ergo nihil ualeat [35]) in Christianis? Respondit Martinus Lutherus, rationem ante fidem et cognitionem Dei esse tenebras, sed in credentibus esse optimum [36]) instrumentum. Nam sicut omnia dona et naturalia [37]) instrumenta in impijs exitiosa, ita in pijs sunt salutaria, ratio, facundia, linguae, tunc promouent fidem, cum prius ante fidem impedijssent. *Erleuchte vernunfft vom glauben empfehet leben von gott,* [38]) mortificata et iterum uiuificata spiritum [39]) sicut corpus nostrum lucidius surget. Ita ratio alia est, quae nunc [40]) pugnat cum fide, sed illam pro-

---

*) Reb. I, fol. 130b lin. 9—27. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 189 sq. cap. 3. §. 32.

**) *Haec et seqq. ap.* Reb. *leguntur* I, fol. 130b lin. ult. — fol. 133a lin. 17. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 214 sq. cap. 3. §. 95., p. 190 sqq. cap. 3. §. 33. 37. 40. 41.

26) origine.] Reb.: regione.

27) *ein grosser — hab n.*] Reb.: magnificum et potentem Dominum in domo sua matulam quoque et cloacam habere oportet.

28) interrogationibus et cogitationibus] Reb.: cogitationibus, et quaestionibus

29) uoluntatem Dei] Reb.: Dei voluntatem

30) Dei uerbo] Reb.: verbo Dei

31) uoluntatem Domini sciens] Reb.: sciens voluntatem Domini.

32) multis] Reb.: multum

33) est] Cod. *calami err.*: es

34) Doctor Hinnius] *sic* Cod.; Reb.: D. Hinneg. Henningus.

35) ergo nihil ualeat] Reb.: an ergo nihil illa valeat

36) esse optimum] Reb.: optimum esse

37) naturalia] *a* Reb. *abest.*

38) *Erleuchte — gott,*] Reb.: ratio fide illuminata, premium a Deo accipit.

39) spiritum] Reb.: a spiritu.

40) nunc] *sic* Cod.; Reb.: non

mouet, sicut lingua, quae prius erat [41] blasphema, nunc laudat et praedicat [42] Deum, gratias agendo. Mea lingua nunc [43] longe alia est, quam olim in papatu sub erroribus, *itzt ist sie erleuchtet*, [44] sicut ferrum idem candens [*fol. 117b*] et ignitum aliud est. Haec est regeneratio per uerbum, quae fit manente persona et membris ijsdem. Ratio subiecta est uanitati, sicut omnes aliae creaturae subiectae sunt uanitati, scilicet *Narren wergk*. [45] sed fides uanitatem a substantia [46] separat. Ita Dauid usus est arcu, gladio et armis, dicens: In arcu meo non sperabo, neque tamen abiecit. [47] Ita pij sentiunt et dicunt: [48] Vxor, liberi, aurum etc. *hielfft nicht gegen hiemel*. [49] attamen non reijciunt illa, sed substantiam a uanitate separant. Aurum manet aurum in collo meretricis. Corpus meretricis aeque est creatura Dei, ac matronae honestae. Ita uanitas reijcienda, non substantia. Hiob hoc potuit facere corripiendo uxorem suam, cum diceret: Loqueris ut stulta, non dixit: [50] loqueris ut mulier, quae solet delirare, pepercit sexui, uulgus hoc non potest. Reijcere enim substantiam cum abusu est impossibile. Nam nisi bonum esset, malum esse non posset, ut Aristoteles dicit. Malum enim non potest esse in seipso, sed in seipso destruitur. Ita uanitates sunt in bona substantia, quae tamen non est reijcienda: Ratio et omnia dona alia sunt in pijs quam in impijs, sermo, lingua, iudicium, etc. [51]

Wir wissen nicht, wie vnser herrgott seinen bau tzurustet, wir sehen nur das geruste von stangen vnd bastenen strengen tzugerustet. [52] Ideo contemnimus Dei uoluntatem, sed in futura uita uidebimus structuram et aedificium Dei mirantes gaudebimus, nos perdurasse in tentationibus. Mirabilis enim Deus est, et a sanctis suis mirabiliter cognoscitur, ut Paulus

---

41) erat] Reb.: fiut
42) laudat et praedicat] Reb.: praedicat et laudat
43) nunc] *sic* Reb.: *a* Cod. *abest*.
44) in papatu sub e. — *erleuchtet*,] Reb.: sub Papatu in erroribus, (*ceteris omissis*)
45) sicut omnes — *N. wergk*,] *ap.* Reb. *desunt*.
46) uanitatem a substantia] *sic* Reb.: Cod.: uarietatem a sustantia
47) abiecit.] *sic* Reb.: Cod.: abijcit.
48) et dicunt:] *a* Reb. *absunt*.
49) aurum etc. — *hiemel*.] Reb.: aurum nihil faciunt ad consequendam vitam aeternam,
50) dixit:] *ap.* Reb. *deest*.
51) etc.] *a* Reb. *abest*.
52) *Wir wissen — tzugerustet*.] Reb.: qua ratione vero Deus noster suum fabricatur aedificium, ignoramus, tantum oculis nostris instrumentum hastulis et filiacibus funiculis instructum proponitur.

sit, per stultam praedicationem, uidelicet de Christo crucifixo, in quo totus mundus offenditur.

Sub coelo sumus conditi, quod uero nunc in domibus habitamus, fit propter lapsum, perinde ut circa aegrotum hydriolae, medicamenta, emplastra inueniuntur. *Wir [fol. 118ᵃ] müssen kammern, stuben, keuser, kleider, essen, trincken, bet und leger haben, tus vor ehe Adam gefallen, weren wir gewesen wie Junge gesellen, die nackt vnd blos herspringen, da were kein tzimmerman, meurer, haus von nöten gewest.* [53])

Inter omnia dona praestantissimum est in homine, posse loqui, quo solo ab alijs animantibus discernitur, cum caetera animantia aliqua hominem superant uisu, auditu, odoratu, etc. uel loquendi facultate carent. Quamquam hoc ipsum argumentum est, quod uerbum sit natura altissima, [54]) et puellae facilius [55]) loquuntur et pedibus innituntur, [56]) quam pueri. *Das exempel wechst altzeit ehe dan das gutte.* [57]) Ita 14 annorum puella [58]) est nubilis, quae aetas adolescenti adhuc est immatura coniugio.

Magna est uitae humanae miseria, *es wer nicht bessers den ein gut stundtlein vnnd nur da von vnnd die welt das hertzleidt lassen haben.* [59]) Nam miserrima est uita, quae ab amicissimis etiam impugnatur, sicut Dauid ab Absolone opulsus est. Ita amatores iucundissimi, miserrimi sunt martyres, diu noctuque seipsos uexantes. [60]) *Sonderlich wan sie da hette an narren seile füret, gehen sie wie die ochsen.* [61]) Fuit quidam Magister se [62]) in iuuentute per integrum annum, idies destinata hora, in gratiam amicae expatiatum [63]) esse in ineam, et singulis [64]) diebus in templo [65]) missam uidisse.

---

[53]) *Wir müssen — gewest.*] Reb.: cubilia, hypocausta, vestimenta, cibum, potum, et lectulos habere oportet. Ante Adami lapsum, similes iuuenibus, qui corpore nudato incedunt, nec coementario, fabrilignario et domo opus fuisset.

[54]) Quamquam — altissima,] *om.* Reb. *desunt.*

[55]) facilius] Cod.: facilius facilius

[56]) innituntur,] Reb. *male*: immituntur,

[57]) *das — gutte.*] Reb.: Zizania enim citius crescit, quam herba bona.

[58]) puella] *om.* Reb. *deest.*

[59]) *es wer — haben.*] Reb.: nihil magis nobis optandum, quam foelicem mortis horam, et mundo valedicere.

[60]) diu — uexantes,] *a* Reb. *absunt.*

[61]) *Sonderlich — ochsen.*] Reb.: praesertim eo tempore, cum ab amasijs suis tam misere decipiuntur, tunc proterue sient tauri, incedunt.

[62]) se] *in* Cod. *deest.*

[63]) expatiatum] Reb. *male*: expiatum

[64]) singulis] *sic* Reb.; Cod.: in singulis

[65]) in templo] *a* Reb. *absunt.*

quo conuenirent, *do meint ich, es merckte es niemandts.* [66]) Summa, uita humana est insania. Pueri existentes uexamur puerilibus uitijs, iuuenes amore deperimus, [67]) senes peiores efficimur, [68]) uidelicet, mammonistae, adorantes Mammona. Deinde mirabatur humani corporis fragilitatem, quantum Deus hanc compressisset carnem, inde tantum oriretur [69]) stercoris, mucoris et sudoris, *Wers doch nichtes dan eittel dreck* in omnibus membris, *wan die seele nit schoner were dan der leib, so were es ein elende Creatura,* [70]) [*fol. 118*[b]] homo. Ideo Graeci corpus appellant σῶμα quasi σῆμα, id est, sepulchrum.

Anno 38. [71]) 20. Iulij, cum Martinus Lutherus adhuc Tenasmo premeretur, inquit: *Ich mus dem arss sein regiement lassen.* [72]) Nam Deus habet suam [73]) poenam erga nos, etiam in hac parte corporis. Sicut Samuelis 5. legitur [74]) de plaga Philistinorum arcam Domini capientium. *Ich meine, sie wurden recht an heimlichen ordt geplaget, das sie vnserm herregott 5 guldene erscher vnnd 5 guldene meuse tzum schuldt opffer gaben.* [75]) Ita Deus in omnibus creaturis est potens, exercet mortificationem et [76]) uiuificationem. Nam somnus reuera est mors, et mors est somnus. *Was ist vnnser todt anders den ein nacht schlaff?* [77]) Nam sicut omnis debilitas recedit, et spiritus redeunt, *das einer auff den morgen frisch auffstehet,* [78]) Ita in extrema [79]) die surgemus, quasi tantum una nocte dormijssemus, *werden frisch vnd starck sein, nur die augen wuchsen, als dan werden die maden, wurme, gestanck, alles wegfallen.* [80])

---

66) *do — niemandts.*] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
67) deperimus.] Reb.: perimus.
68) efficimur,] Reb.: efficiuntur.
69) oriretur] Reb.: orietur
70) *Wers doch — Creatura,*] Reb.: tamen nihil aliud est quam incrementum in omnibus membris, si anima maiori virtute et formositate non esset praedita, tunc misera esset creatura.
71) Anno 38.] Reb.: Anno 30.
72) *Ich mus — lassen.*] Reb.: ano suum imperium adimere nequeo.
73) habet suam] Reb.: suam habet
74) legitur] *a* Reb. *abest.*
75) *Ich meine — gaben.*] Reb.: nonne bene vexabantur in pudendis. Ideo Deo nostro quinque aureos anos et quinque aureos mures reddere, pro illorum peccatis, cogebantur.
76) et] *in* Cod. *deest.*
77) *Was ist — schlaff?*] Reb.: Quid enim mors aliud quam somnus nocturnus.
78) *das — auffstehet,*] Reb.: cum aliquis mane hilariter resurgit.
79) in extrema] *sic* Cod.; Reb.: extremo
80) *werden frisch — wegfallen.*] Reb.: et hilari ac forti corpore, post oculi momentum, cum vermiculi omnes a nobis discesserint, procedamus —

Bone Deus quam mirabilis es in compositione membrorum humani corporis, tenerrima sunt illa membra, quae ex sanguinis gutta primum [81]) oriuntur. Cor optimum in homine et pars essentialis est tenerrimum, *noch stürmet man datzu, als wen ein mauer dreyer elen dicke.* [82]) In media uita uersamur in morte. Ideo grauissima querela est in Hiob cap. 14. hominem definiens: Homo natus a [83]) muliere, breui uiuens tempore, multis miserijs repletur, ut flos decidit. Item taedet animam [84]) uitae meae. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? [85]) Deinde dixit: Annus hic 38. [86]) est periculosus propter morbos ex causis naturalibus, ut cometa, coniunctionibus Saturni et Martis, spiritualibus causis [87]) propter infinita hominum peccata, *noch ist es doch nichtes mit* [fol. 113ᵃ] *diesem leben.* [88]) Nihil ei tribuamus, sed Deo credamus, uitam aeternam [89]) tribuenti, *der geb vns ein seliges stündlein, so sein wir wol hie gewest.* [90])

Starcke tzene vnd ein weit maul sunt [91]) signa robusti corporis [92]) et longaeui hominis, nisi uiolenta morte praereptus fuerit. Et tamen [93]) deplanxit miserabilem et tristissimum lapsum Adae, qui ipse ex statu innocentiae, cum omnibus suis posteris, incidisset in miseriam et calamitatem, *hat die dendes leben getriben die 900 Jar,* [94]) sicut in omnibus moribundis et patientibus iram Dei agnouit

Anno 38. 26. Februarij, [95]) coenabant *) cum Martino Luthero M. Spalatinus et Magister Leonhardus. [96]) pastores

---

*) *Haec sectio a* Reb. *voce* Infantes *inscripta, et subsequens ab eo exhibentur* I. fol. 133ᵃ lin. 19. — fol. 133ᵇ lin. 20. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I, p. 194 sq. cap. 3. §. 44 et p. 198 sq. cap. 3. §. 55.

81) primum] Reb.: primo
82) *noch — dicke*] Reb.: oppugnatur tamen in tantum, quasi esset murus inpugnabilis.
83) *a sic* Reb.: Cod.: de
84) animam] Reb.: anima
85) me coagulasti?] Reb.: coagulasti, etc.
86) 38.] Reb.: tricesimus octauus
87) causis] *a* Reb. *abest.*
88) *noch — leben.*] Reb.: nihil tamen est in nostra vita,
89) aeternam] *sic* Reb.: Cod.: aeterni
90) *der geb — gewest.*] Reb.: vt nobis tempore mortis horulam bonam largiatur.
91) *Starcke* — sunt] Reb.: Deinde dixit, dentes robusti et os latum esse
92) corporis] Reb.: corporis, etc.
93) tamen] Reb.: eum
94) *hat ein — Jar,*] Reb.: miserrime per 900 annos vixit,
95) Anno 38. 26. Februarij,] *caput ab his verbis ordiens ap.* Reb. *habet inscriptionem:* INFANTES.
96) Magister Leonhardus,] Reb.: M. Eberhardus.

Aldenburgensis [97]) et Cygneus. Festiue iocabatur Martinus Lutherus cum filiolo Martino suo, [98]) qui suam sponsam defendere uoluit studio et uirtute, [99]) illamque ornare et diligere. Respondit: Talis affectus in simplicitate et candore fuisset in paradiso, sine omni malitia et nequitia, *wer rechter ernst gewest,* [100]) sicut hic puer de Deo loquitur, *vnnd ist des gewiss.* [1]) Ideo ludi illi [2]) naturales sunt optimi in pueris, *das sein die lieblichen nerlein.* [3]) Ludus autem affectatus *in den* [4]) *altten narren* [5]) non habet tantam gratiam, quia habet fucum, et quidquid factitium est, hoc amittit gratiam. [6]) *Darumb sein die kinderlein die feinsten spielvögel,* [7]) qui synceriter et naturaliter rem proponunt. [8]) Sicut Claus Narr fuisse dicitur, *der dem fürsten in die stiffel hoffiret,* [9]) apud consiliarium Pfeffingerum se excusans paricem auiculam fecisse.

Martinus Lutherus obseruans puerorum suorum simplicitatem et innocentiam commendabat, qui in fide etiam doctiores essent, [10]) simplicissime crederent, sine omni disputatione, [11]) [*fol. 119*^{b}] Deum esse propitium, uitam aeternam, etc. *O wie wol geschieht den kindern, die in solcher tzeit sterben,* [12]) quamuis summum mihi afferrent dolorem moriendo, [13]) quia pars corporis mei moreretur, et pars uiscerum matris, quae στοργαὶ [14]) non cessant in pijs ut in ἀστόργοις et induratis, tales enim affectus sunt opus diuinae creationis, pueri syncerissime uersantur in fide sine ratione. Sicut Ambrosius inquit: Deficit ratio, sed non deficit fides.

---

97) Aldenburgensis] Reb. *male:* Aldenburgenses
98) Martino suo,] Reb.: suo Martino,
99) uirtute,] Cod. *calami err.:* uirtutite
100) *wer — gewest,*] Reb.: ex animo fecissent omnia,
1) *vnnd — gewiss.*] Reb.: et firmiter persistit.
2) ludi illi] *sic recte* Reb.; Cod.: ludus ille
3) *das — nerlein.*] Reb.: hi sunt fatui delicatissimi.
4) *den*] *sic scripsi;* Cod. *male: die*
5) *in — narren*] Reb.: in senibus stultis,
6) quia habet — gratiam.] *haec ap.* Reb. *desunt.*
7) *Darumb — spielvögel,*] Reb.: Ideo pueri nostri optimae sunt auiculae, quibus ludere soliti sumus,
8) proponunt.] *sic* Reb.; Cod.: praeponunt.
9) Sicut — *hoffiret,*] Reb.: sic quoque Niclaus Stultus fuit, qui cacauerat in ocreas principum,
10) doctiores essent,] Reb.: doctores esset,
11) disputatione,] Reb.: dubitatione,
12) *O wie — sterben,*] Reb.: O quam bene actum est de illoris, si his temporibus obeunt,
13) moriendo,] *sic recte* Reb.; Cod.: mouendo,
14) στοργαὶ] *sic scripsi;* Cod. *male:* στόχγαι, Reb.: storgae

INFANTES. [15])

Iohannes Luther puer *) in mensa sedebat, [16]) serio de conuersatione coelestium dicens: summum in coelis esse gaudium edendo, saltando et iucundissimam amoenitatem, flumen lacte manans, et similagines arboribus crescere. Respondit Martinus Lutherus: Hoc genus uitae est omnium beatissimum, non enim [17]) habet curas politicas, neque uidet Ecclesiastica monstra, neque terrorem mortis et inferni patitur, tantum pura speculatur. Deinde cum filiola Magdalena ludens eam interrogauit: *Lenichen was wirdt dir der heilige Christ bescheren*, dicens *die kindelein haben solche feine reine gedancken* [18]: de Deo, quod sit in coelo illorum Deus et pater, qui illos [19]) procurat. Vxor infantem Martinum afferens, dixit Martinus Lutherus: *Ich wolt, das ich in dieses kindes altter gestorben, da wolt ich alle ehre drumb geben, die ich habe vnd noch bekomme in der welt.* [20]) Deinde obseruauit puerum trimum [21]) ludentem, et secum confabulantem. Respondit: *das kindt ist wie ein truncknер, es weiss nicht, das es lebet*, [22]) laetissime et securissime uiuit, *springet vnnd hupfet*, [23]) et talis aetas gaudet amplis habitationibus, *do sie raum haben* etc. [24])

[*fol. 120*[a]] Cum Martinus Lutherus infantulum oscularetur, et ab ipso macularetur, dixit: *O wie mus vnser herrgott so machen gutten stanck vnnd vnflat von vns leiden* [25]) murmurando et blasphemando, *viel mer den eine mutter von einem kinde.* [26])

---

*) *Haec sectio et subsequens leguntur ap.* Reb. I, fol. 133b lin. 21. — fol. 134a lin. 15. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 199 sq. cap. 3. §. 57. 58.

[15]) Infantes] *haec inscriptio ap.* Reb. *non hoc loco, sed praecedenti narrationi, quae a verbis:* „Anno 38. 26. Februarij," *incipit, praefixa est.*

[16]) sedebat,] *sic* Reb.; Cod.: sedens.

[17]) enim] *a* Reb. *abest.*

[18]) *Lenichen — gedancken*] Reb.: Magdalena quid tibi daturus est Christus sanctiss. dicens, pueri habent purissimas cogitationes

[19]) illos] *ap.* Reb. *deest.*

[20]) *Ich wolt, — welt.*] Reb.: Ego in huius pueri aetate me mortuum esse mallem.

[21]) trimum] *a* Reb. *abest.*

[22]) Respondit: — *lebet,*] Reb.: Dixit puer hic se viuere nescit.

[23]) *springet v. h.*] Reb.: et saltat,

[24]) *do — etc.*] Reb.: vbi locum habere possunt.

[25]) *O wie — leiden*] Reb.: maiorem foetorem Deum nostrum a nobis pati oportet,

[26]) *viel mer — kinde.*] Reb.: quam vllam matrem a sua prole.

MVLIERES, VXORES. *)

Vxore crura ei ungente contra Artheticam, dicebat: Vxor olim ungebatur, tu uero me ungis. Nam etymologia uxoris est ab ungendo. [27]) Gentiles enim cum uiderent [28]) iugum coniugij periculosum [29]) esse, et multis impedimentis offendi, contra illa mala postes [30]) nouae nuptae ungebant. Videns uxorem lactantem, de uirtute maternae lactis dicebat, quod maxime aleret et nutriret, imo ipsi uituli plus aluntur lacte quam omni pabulo, ita et infantes diu lactantes fortiores et robustiores fiunt. Heluetiorum [31]) adolescentes dicuntur ad uaccas currere, ut sugant. [32]) Deinde de uberibus dixerunt, quae essent muliebre [33]) decus, si essent proportionatae, magnas mamillas carnosas [34]) infoelices esse, multa promittentes, sed parum [35]) praestantes, neruosas uero mammas et paruas in minimis mulierculis esse foecundissimas, quae plures infantes lactare possunt. Deinde dicebat [36]) lactationem grauidae infoelicem esse, nam foetus in utero semper optimam materiam attrahit, *nimpt den rohm, vnnd lest dem armen gast haussen das molcken.* [37]) Ideo omnes matronae consentiunt, satius esse, ut infans ablactetur.

Capilli, mulierum optimus sunt [38]) ornatus, ideo uirgines passis crinibus in triumphis [39]) incedebant, sed non in luctu. Est egregium spectaculum et forma optima mulierum, passi crines, *die hare tzu felde geschlagen.* [40]) [*fol. 120b*] Anglus quidam homo doctus Lutheri commensalis Germanicam linguam non intelligens, hunc [41]) adhortatus est, ut disceret

---

*) Reb. I, fol. 134a lin. 16. — fol. 134b extr. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 208 sq. cap. 3. §. 76. 80. 79. 77.

27) ungendo.] Cod. *calami err.*: ugendo.
28) uiderent] Reb.: videbant
29) periculosum] Cod. *calami err.*: periculosam
30) postes] Cod. *male*: poste
31) Heluetiorum] Reb.: Helnetij
32) sugant.] Reb.: sugerent.
33) muliebre] Reb. *male*: muliere
34) magnas mamillas carnosas] *sic recte* Reb.: Cod.: magnae mamillae carnosae
35) parum] Reb.: parua
36) dicebat] *sic* Reb.; Cod.: dicebant
37) *nimpt — molcken.*] Reb.: Optimo vtitur lacte, externum vero et miserus hospitem serum bibere oportet.
38) sunt] Reb.: est
39) in triumphis] *ap.* Reb. *desunt.*
40) *die — geschlagen.*] Reb.: quando mulierum crines pendent post terga.
41) hunc] *ap.* Reb. *deest.*

imitatione, et [42] optime a mulieribus perciperetur. Dixit: [43]) Vxorem meam praeceptorem Germanicae linguae tibi [44]) propono, quae facundissima est. *Sie kans so fertig, das sie mich weit vbertrifft*, [45] Sed eloquentiam non decet esse in mulieribus, magis decet eas blaesas et balbas esse, *das stehet ihnen viel besser ahn.* [46]

PARENTES. *)

Summus Magistratus est, et cura maxima parentum erga liberos, excellentior [47]) politico Magistratu, ideo Moses inquit ad populum: Num quid ego uos genui? nam pater et mater habent dominium naturale et spontaneum, *ein selbgewachssne herschafft*, [48]) Magistratus uero dominium coactum, *ein gemacht vnd getzwungen* imperium. [49]) *Wo vater vnnd mutter nicht wirken*, [50]) *das mus der hencker ausrichten vnd ertziehen.* Igitur [51]) Magistratus sunt tantum custodes quarti praecepti, *wie die katze vber die mauss.* [52]) Maior igitur dignitas et reuerentia habenda est [53]) parentibus, quia sunt fons et origo quarti praecepti.

Martinus Lutherus filium suum Ioannem toto triduo noluit in gratiam [54]) recipere, quamuis humiliter supplicasset scripto, intercedentibus [55]) matre, D. Iona, D. Crucigero et Philippo, [56]) quibus respondit: *Ich wiel lieber einen todten son denn einen vngetzogenen haben.* [57]) Paulus non frustra dixit, Episcopum

---

*) Reb. I, fol. 135a lin. 1. — fol. 135b lin. 28. — *Conf.* Luth colloq. germ. I. p. 201 sqq. cap. 3. §. 63. 64. 66. 68. 67.

42) et] Reb.: et quod
43) Dixit:] Reb.: dixit M. I.
44) Germ. linguae tibi] *sic* Reb.: Cod.: ubi Germanicae linguae
45) *Sie kans — vbertrifft,*] Reb.: illa Germanice loquendo longe me superat.
46) *das — ahn.*] *a* Reb. *absunt.*
47) excellentior] Reb.: excellentia
48) *ein selbg. h.,*] *a* Reb. *absunt.*
49) *ein gemacht* — imperium.] *a* Reb. *absunt.*
50) *wirken,*] *sic scripsi;* Cod. *calami err.: mirken,*
51) *Wo vater* — Igitur] Reb.: Si filij parentibus amplius obedire nolant, et parentes immorigeros filios ad obedientiam cogere non possunt, carnifici tandem morem illos gerere oportet. Itaque
52) *wie — mauss.*] Reb.: sicuti catus hostis est murium.
53) habenda est] *ap.* Reb. *desunt.*
54) noluit in gratiam] Reb.: in gratiam noluit
55) intercedentibus] *ap.* Reb. *deest.*
56) D. Crucigero et Philippo,] Reb.: et D. Cru.
57) *Ich wiel — haben.*] Reb.: malo habere mortuum quam immorigerum filium.

talem debere esse, qui bene praesit domui suae, et liberos bene educet, ut alij inde aedificentur, non scandalisentur. Nos in sublime positi omnibus sumus exemplo, et nostri liberi degeneres [*fol. 121ª*] alijs sunt scandalo, *so wollen die buben auff vnsere* priuilegia *sundigen.* [58]) Postremo, etsi saepius peccat, tamen nunquam aut raro rescisco, et accidit nobis iuxta prouerbium: Mala nostrae domus nouissime experimur. *Wans alle leutte durch alle gassen getragen haben, so erfaren wirs allererst.* [59]) Ergo castigandus est, et illi non conniuendum.

Philippus Melanthon dicebat, [60]) Simonem Leubel uendidisse Lipsiae suam domum amoenissimam. Respondit: *Es leit nicht daran, das man die erben reich mache, daran ists gelegen, das sich die erben drein schicken konnen.* [61]) et benedictione Dei uti. Nos uero stulti parentes diu noctuque curiose sudamus pro haereditate liberorum, illos in disciplina et eruditione [62]) negligentes, praepostero et peruerso studio.

Hans Weller [63]) ciuis Fribergensis, Martinum Lutherum consuluit, an filium suum contumacem exhaeredare deberet. Respondit Martinus Lutherus: Maxime, hoc enim esse patriae potestatis, sicut Chremes apud Terentium dicit: Mea bona Bacchidi dare nolo. Praeterea Deus in Mose mandat, contumaces liberos lapidari, non tantum exhaeredari. Ideo pater debet eum [64]) exhaeredare hac conditione, si resipuerit, ut ius haereditarium recipiat. Nam inter sanguinem et agnatos omnia beneuole sunt tentanda. [65]) Ita consuluit Antonio Lauterbach, [66]) quem seorsim interrogauit de soceri sui molestia et difficultate, monens illum serio, ut parentem morosum honoraret, ne uindictam suae stultitiae quaereret, qui suae temeritatis passurus esset maledictionem, illeque benedictionem habiturus. [67])

---

58) *so wollen — sundigen.*] Reb.: et nebulones isti nostris volunt abuti priuilegijs.
59) *Wans — allererst.*] Reb.: cum omnibus nostrorum filiorum delicta sunt nota in omnibus plateis, tandem et quoque experimur,
60) dicebat,] Reb.: dixit:
61) *Es leit — konnen.*] Reb.: Nihil obest si haeredes ditantur, in hoc vero multum situm est, et maxime prodest, si bonis haereditarijs bene possint frui, et benedictione Dei vti. Non minor est virtus, quam quaere parta tueri.
62) in disciplina et eruditione] Reb.: in eruditione et disciplina
63) Hans Weller] Reb.: H. W.
64) eum] *ap.* Reb. *deest.*
65) tentanda.] Cod. *calami err.:* tentenda.
66) Antonio Lauterbach] Reb.: A. L.
67) illeque benedictionem habiturus.] Reb.: illique benedictionem daturum.

[fol. 121b] ΣΤΟΡΓΑΙ [68] PARENTVM. [69]

Infantes iuniores *) a parentibus semper magis diliguntur, *Mein Martinelen ist mein liebster schatz* [70]) et tales infantes maxime [71]) indigent summo parentum affectu et fideli custodia, *Hensichen, Lenichen konnen nu reden, dürffen solcher sorge nicht so gross.* [72]) Ideo amor parentum semper et simpliciter descendit ad nouiter natos. Recensens affectus Abrahae, immolantis filium Isaac, *wie ein hertz puchen er solt gehabet haben,* [73]) unicam hanc prolem ita occidere. *Er wirdt der Sara nichtes dauon gesaget haben, vnnd der gang dreyer tage wirdt ihm sauer gnug ankomen sein. Ich wolt warlich mit gott disputiren, wan er mir ein solches furlegtte.* [74]) Dixit uxor eius: [75]) *Ich kans nicht gleuben, das gott also solt von iemandes begeren sein kindt tzu würgen.* [76]) Respondit Martinus Lutherus: Credis, quod Deus filium suum crucifigi uoluit, nam nihil uehementius dilexit, quam hunc filium, et tamen eum crucifigi permittit. Iuxta rationis iudicium, *hat sich gott ceterlicher gestelt gegen Caipha, Pilato, denn gegen Christo,* [77]) quem crucifigi permisit.

Cum Martino Luthero attulissent infantem suum, osculans eum [78]) dicebat: *lieber gott wie lieb wirdt Adam Cain gehabet haben,* [79]) primum hominem natum, et ille factus est parricida fratris, [80]) *pfu dich mahl an.* [81]) Aui uehementius diligunt nepotes et pronepotes, quam proprios liberos. [82]) Gallina,

---

*) Reb. I, fol. 135b lin. penult. — fol. 136a lin. 25. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 200 sq. cap. 3. §. 60. 61. 62.

68) Στοργαὶ] *sic scripsi;* Cod. *male:* Σοργαι

69) Στ. Par.] *haec inscriptio ap.* Reb. *non legitur.*

70) *Mein — schatz*] Reb.: Martinus meus mihi est thesaurus gratiss.

71) maxime] *a* Reb. *abest.*

72) *Hensichen — gross.*] Reb.: Ioannes, Magdalena loqui possunt, tanta custodia non indigent.

73) *wie ein — haben,*] Reb.: quantum cordis dolorem habuerit,

74) *Er wirdt — furlegtte.*] Reb.: Sarae forsitan non indicauerit, et iter habuit grauissimum per hosce tres dies. Ego certe disputarem cum Deo, si tantum mihi imponeret onus,

75) eius] *a* Reb. *abest.*

76) *Ich kans — würgen.*] Reb.: credere non possum, Deum ab aliquo petere, vt prolem interficiat.

77) *hat sich — Christo,*] Reb.: Deus maiorem beneuolentiam exhibuit erga Pilatum et Caipham, quam erga Christum,

78) eum] *a* Reb. *abest.*

79) *lieber — haben,*] Reb.: Bone Deus in quantum Adamus amauerit, Cainum,

80) parricida fratris,] Reb.: fratricida,

81) *pfu dich mahl an.*] *a* Reb. *absunt.*

82) liberos.] Reb.: filios.

canis et alia animalia facilius obliuiscuntur pullorum suorum quam homo, estque signum immortalitatis. Habent enim spem futurae resurrectionis et uitae. [83])

LIBERORVM INGRATITVDO. *)

Senex quidam pater liberis suis omnia resignauit [*fol. 122ᵃ*] hac conditione, ut illum alerent, sed liberi ingrati et obliti patrem cum familia alere. [84] Senex satis astutus ex consilio uicini, cubiculo sese inclusit numerando et sonando, ***hat aldo geklingelt, wie er gelt hette***, [85]) quam a uicino mutuauit. [86]) Liberi audientes hoc, [87]) patrem iterum recipiunt, et honorifice colunt, plus pecuniae expectantes. Senex autem moribundus hanc pecuniam, qua liberos decepit, uicino restituit. Dixit Ionas maledictionem in patruele Lutheri iuste fieri, qui a [88]) mala premeretur ualetudine. [89]) Respondit Martinus Lutherus: Digna merces est inobedientiae eius. [90] ***Er hat mich ein mal getotet vnnd ertzörnet,*** [91] ut plane omnibus uiribus corporalibus destituerer, ***das mus er nun betzalen. Er hat mich den text Pauli geleret*** [92] de parricidis et matricidis, [93]) qui non ense, sed inobedientia, moerore parentes [94]) occidunt, nec illi longaeui sunt, ***das wirdt an den buben auch gescheen.*** [95]) Bone Deus quam impius est mundus, quam horrenda sunt tempora, quae Paulus praedixit, ubi nulla poenitentiae spes. Et Christus inquit: [96] Filius hominis cum uenerit, putas, fidem, caritatem in terris inueniet? [97] ***Ach wer wol gestorben were.*** [98]

---

*) Reb. I, fol. 136ᵃ lin. 26. — fol. 137ᵇ lin. 24. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 205 sqq. cap. 3. §. 74. 71. 73. 75. 72.

83) Gallina — uitae.] ***haec ap.*** Reb. ***h. l. non leguntur.***
84) alere.] Reb.: expellebant.
85) ***hat aldo — hette,***] Reb.: et tantum sonitum edidit quasi multum adhuc haberet pecuniae,
86) mutuauit.] Reb.: mutuit.
87) audientes hoc,] Reb.: hoc audientes,
88) qui a] *sic* Cod.; Reb.: quia
89) ualetudine.] Reb.: valetudine eius,
90) Respondit — eius.] *ap.* Reb. ***desunt.***
91) ***Er hat — ertzörnet,***] Reb.: aliquando me ad tantam provocauit iram,
92) ***das — geleret***] Reb.: propterea nunc luet poenam, nam textum D. Pauli me docuit,
93) parricidis et matricidis,] Reb.: parricidijs et matricidijs,
94) moerore parentes] Reb.: parentes moerore
95) ***das — gescheen.***] Reb.: continget et hoc meo filio immorigero.
96) inquit:] Reb.: dixit.
97) caritatem in t. inueniet?] Reb.: et charitatem in t. inuenturum.
98) ***Ach — were.***] Reb.. O si quis vltimam horulam feliciter vicisset.

Philippus narrauit quendam fuisse, qui parentem suum le caesum capillis ad limen domus usque protraxisset. inde cum ipse senesceret, habuisse filium, qui ipsum multo erbius tractatum extra limen domus in luto tantisper prouolrat, donec clamaret: fili parce, parentem meum tantum ad ien domus pertraxi. Sententia Dei est: per quae quis ccat, per eadem punietur. [99])

Claus Bildenhauer [100]) in coena aderat Martino Luthero, nquerebatur, suam deplorans miseriam, [1]) se a suis, quos tasset bonis, deseri et contemni. Respondit Martinus Luthes: Syrach optime consulit parentibus: *giebes* [*fol. 122b*] *nicht les aus der handt, weil du lebest, die kinder haltten nicht lauben. den tzehen konnen nit einen vater vnd mutter erneren,* [2]) iuxta prouerbium. Ideo olim praedicabatur contra inratos liberos de patre clauam in cistam [3]) concludente, et stamentum faciente addita hac schedula:

Welcher vater das seine giebt aus der gewalt,
Den sol man todt schlagen mit dieser keulen balt.

Aliud legitur exemplum de parente quodam, qui omnem uam facultatem liberis suis distribuisset, ut ab illis aleretur, ed a liberis negligebatur, cum per octiduum apud filium isset, ablegabatur ad alium, deinde ad filiam, [4]) *wurden sein berdrossig.* [5]) Insperato [6]) ad generum de ansere comedenm uenit, quem illico sub mensa [7]) occultauit patre praeente, [8]) abeunte patre anserem iterum apponere uoluit, qui bufonem mutatus, genero in faciem prosilijt, continuo adaerens. et totam faciem insatiabiliter consumens usque ad ortem. Talia exempla addiderunt praedicatores, ut ingratidinem illam exagitarent. Iuuentutis enim inobedientia et gratitudo est peruersissima. Parta a parentibus hilariter ccipiunt. sed rursus eos [9]) alere nolunt. Cum tamen parens summo labore laborent, quo liberos suos locupletent, non

---

99) Philippus narrauit — punietur.] *haec h. l. ap.* Reb. *non inveniuntur.*
100) *Claus Bild.*] Reb.: Nicolaus Statuarius
1) conquerebatur, suam deplorans miseriam] Reb.: cui conquerebatur (suam miseriam deplorans)
2) *giebes nicht — erneren,*] Reb.: Noli dare omnem tuam substantiam filijs tuis, dum viuis, filij enim tui con stabunt promissis, nam decem filij vnum patrem et vnam matrem alere non possunt,
3) in cistam] Reb.: in cista
4) filiam.] Reb.: filiam, etc.
5) *wurden — vberdr.*] Reb.: Aegre ferebant patrem.
6) Insperato] Reb.: Insperato semel
7) sub mensa] *sic* Reb.; Cod.: sub mensam
8) patre praesente,] Reb.: praesente patre,
9) eos] *sic recte* Reb.; Cod.: ea

sine periculo uitae suae, et deinde negliguntur. *Ach die welt ist böse, hebet sich balt in der Jugent vnnd blühet an.* [10]) Ideo Deus tam accurate quartum praeceptum posuit: Honora etc. ut sis longaeuus, [11]) *helt auch hart drüber,* [12]) sed Papa Antichristus suis traditionibus hoc praeceptum soluit. Deinde inspexit considerans liberos suos [13]) diuersae naturae et ingenij, admirans [14]) dixit: Dei opificium est, sicut naturae sunt diuersae, ita et dona sunt diuersa, imo et [15]) omnes successus sunt diuersi. Ideo in solum Deum autorem respiciendum est, illique [*fol.* 123a] confidendum, et illum inuocemus pie educando liberos nostros etc. [16])

Anno 39. 21. Februarij Martinus Lutherus puerum [17]) quendam formae speciosae et optimae indolis sine moribus conspexit, ingemiscens [18]) dixit: *Ach was thut* [19]) indulgentia, licentia enim corrumpuntur pueri. *drumb wil ich das meinem Henselen nicht gut lassen sein, ich schertz auch nicht viel mit ihm,* [20]) ut cum filiola. *Abraham hat ein kostlichen rum von gott.* [21]) Genes. 18. ubi eum ita laudat: Num potero celare Abraham? Scit [22]) enim, quod praecepturus sit filijs suis, etc. [23]) *Ach herre gott wie wenig sint solcher veter vnter der sonnen.* [24]) Ideo mundus est malignus et peruersus.

FAMILIA. *)

Vxore Martini Lutheri conquerente [25]) de familiae inobedientia et infidelitate, respondit Martinus Lutherus: Excellens

*) Reb. I, fol. 137b lin. 25. — fol. 138a lin. 7.

10) *Ach die — an.*] Reb.: Ach mundus est impius et mundi malitia statim in iuuentute florere incipit.
11) longaeuus,] Reb.: longaeuus, etc.
12) *helt — drüber.*] Reb.: et satisfacit huic praecepto, et est defensor sed executor huius praecepti,
13) considerans liberos suos] Reb.: liberos *(ceteris omissis)*
14) admirans] Reb.: ac admirans
15) et] *a* Reb. *abest.*
16) etc.] *ap.* Reb. *deest.*
17) puerum] *ap.* Reb. *non legitur.*
18) ingemiscens] Reb.: ingemiscensque
19) *Ach w. thut*] Reb.: Ach quid nunc efficit
20) *drumb wil — ihm,*] Reb.: Ideo filio meo loanni non remittam suum adhelictum, aut omnino intermittam, nec multum iocor cum illo,
21) *Abraham — gott.*] *haec a* Reb. *absunt.*
22) Scit] Reb.: Scio
23) etc.] Reb.: domui suae
24) *Ach — sonnen.*] Reb.: o Domine Deus quam exiguus numerus est filium patrum.
25) Vxore M. L. conquerente] Reb.: Vxori conquerenti

Dei donum est [26]) syncerus et fidelis seruus et ancilla, sed rara auis in terris, omnesque [27]) status malitiam et [28]) contumaciam illorum deplorant, et ista petulantia Turcicum regnum et iugum requirit, *der kan mit solchen leutten wol vmbgehen*, [29]) laborem et cibum demensum [30]) quotidie singulis proponens. Sic Pharao Israelitis in Aegypto [31]) fecit. Tales inobedientes prouocant iram Dei, et Turcicam calamitatem.

SERMO. [32]) *)

Mirabile opificium est humanae linguae, quae articulatas et intelligibiles uoces [33]) expressis uerbis edere potest, quamuis diuersae nationes diuersas habeant [34]) dialectos, Graeci suas, tantum gutture, cum aspiratione quadam exprimunt, ita ut Demostheni difficillimum fuerit ϱ [35]) explicare, sed tandem usu [36]) naturam uicit. Ex nimia enim humiditate [37]) cerebri impeditur lingua, ut in ebrijs [38]) conspicitur. Ita ex nimia siccitate lingua eneruatur. [39]) Ideo Deus naturae suum *fol. 123b* dedit organum. Dicendi autem donum insigne est, sed in terris rarissimum, quamuis omnibus hominibus peculiariter [40]) sit innatum, posse loqui. *Die sprachen konnen sie gemeiniglich, aber reden das ist ein seltzame gabe.* D. Georgius Pontanus *kan reden.* [41])

*) Reb. I, fol. 184b lin. penult. — fol. 185a lin. 14. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 572. cap. 69. §. 3.

26) Dei donum est] Reb.: est donum Dei
27) omnesque] Reb.: Omnes
28) et] *ap.* Reb. *deest.*
29) *der kan — vmbgehen.*] Reb.: ille huiuscemodi homines domare potest,
30) demensum] Reb.: dimensum
31) in Aegypto] *sic* Reb.; Cod.: in Exodo
32) Sermo.] *caput sic inscriptum, cui in* Cod. *caput voce* Familia *inscriptum proxime praecedit, ap.* Reb. *non post illud caput, quod* T. I. fol. 137b lin. 25. — fol. 138a lin. 7. *legitur, sed demum exhibetur post caput inscriptum:* Iudicia. An in iudicio liceat contendere, *quod* T. I. fol. 184b lin. antepenult. *finitur.*
33) et intelligibiles uoces] Reb.: voces et intelligibiles
34) habeant] Reb.: habent
35) ϱ] *haec littera ap.* Reb. *deest.*
36) usu] Reb. *male:* vsum
37) humiditate] *sic recte* Reb.; *in* Cod. *primum erat scriptum:* humanitate, *deinde autem littera* a *secundae syllabae emendata est in:* i, *subsequens vero littera* n *non emendata est.*
38) ebrijs] *sic* Cod.; Reb. *male:* Hebraeis
39) Ita ex — eneruatur.] *ap.* Reb. *desunt.*
40) peculiariter] Reb. *typ. err.:* peculiater
41) *Die sprachen — reden.*] Reb.: Loqui ferme omnes possunt, dicere vero, mirabile est donum. D. Georg. Ponta. dicere potest.

LINGVAE. [42] *)

A condito mundo usque ad diluuium et aedificationem Babel, beata erat terra uniuersa. Erat enim unus sermo omnium, quod non exiguum uinculum fuit concordiae, et ad conseruandam religionis doctrinam in primis utile et necessarium. At impius Cham cum sua posteritate a timore Dei et reuerentia maiorum deficiens, [43] fastu turrim Babel aedificare coeperat. Gen. 11. dicentes: Age aedificemus nobis ciuitatem et turrim, et celebremus nomen nostrum. *Das* [44] nobis, non [45] Deo, non Ecclesiae *verterbet ihr vernemen.* [46] Ideo confusione linguarum [47] sunt puniti. Quae linguarum diuisio, Ecclesiae [48] plurimum nocuit, et multis idolatrijs et [49] superstitionibus occasionem dedit. Nam Eber patriarcha, qui religionem et linguam Hebraeam retinuit, alias gentes posthac docere non potuit, quarum [50] linguam non nouerat, neque illi ipsum intelligere poterant. Ita et diuisio linguarum seminarium fuit multorum malorum et discordiae nationum, quae linguis discrepantes, animis et beneuolentia separantur, sicut experimur [51] inter Germanos, Italos, Gallos, Hispanos, imo inter Misnenses, Bohemos, Polonos, Vandalos. Ita confusio [52] Babel est oeconomiae, politiae, religionis [53] summa pernicies. Econtra Deus Ecclesiam suam [54] iterum restituens, Spiritu sancto, in Apostolis uariarum linguarum cognitionem ordinauit, qui uarijs linguis locuti sunt magnalia Dei, hominum corda, conscientiam, [55] in fide una confirmarunt,

---

*) Reb. I, fol. 185a lin. 15. — fol. 187b lin. 20. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 568 sqq. cap. 69. §. 1. 2.

42) Linguae.] *caput sic inscriptum cum quatuor capitibus deinceps sequentibus non solum in* Cod., *sed etiam ap.* Reb. *proxime post caput illud voce* Sermo *inscriptum exhibentur.*
43) a timore... maiorum deficiens,] Reb.: deficiens a timore ... maiorum,
44) *Das*] Reb.: hoc verbum
45) nobis, non] Cod. *male*: nos bis non
46) *verterbet ihr v.*] Reb.: corrumpit illorum propositum.
47) linguarum] *sic scripsi*; Reb. *typ. err.*: liguarum; *in* Cod. *primum erat scriptum*: huius uarum, *quorum verborum alterum deinde in* : linguarum *emendatum est, priore non deleto.*
48) Ecclesiae] Reb. *male*: Ecclesia
49) et] Reb.: ac
50) quarum] Reb.: quorum
51) experimur] Reb.: experimus
52) confusio] *a* Reb. *abest.*
53) religionis] Reb.: et religionis
54) Ecclesiam suam] Reb.: suam Ecclesiam
55) conscientiam] *sic* Reb.: Cod.: conscientia

ita [56] ut Christus sit Iudaeorum et gentium saluator. quorum *fol. 124a*] fidelis confessio unam ueram Ecclesiam testatur. Hinc est celebre, credentem multas callere linguas, qui illis ad Dei gloriam et Ecclesiae plantationem uti potest, ut in sanctis patribus conspicitur.

In uigilia Laurentij uesperi in horto Martinus Lutherus cum Matthia Aurigallo, [57]) et Forstemio [58]) Hebraeae linguae professoribus multa contulit de utilitate et dignitate Hebraeae linguae, quae nostro seculo ualde condemnatur, fortassis impietate aut desperatione. Respondit Forstemius, linguam Hebraeam grammatice optime posse tradi. Dixit Martinus Lutherus *φράσεις* [59]) et constructionem [60]) tradi non posse. Nam constructio uariat significationes uerborum, sicut apud Germanos etiam fit, ut si dico: *thu mir das nach*, [61]) hoc est imitatiue dictum, si uero dixero: *Ich wil vorthun, darnach thu du mir das nach.* [62]) hoc est processiue dictum. [63]). Ita constructio uariat uerba. Et ego collatione lectionum plus Hebraea didici, quam Grammatica obseruatione. Si iunior essem. huic linguae me applicarem, sine qua sacrae scripturae nulla cognitio [64]) esse potest. Nam nouum Testamentum quamuis Graece scriptum, plenum tamen est Hebraismis. [65]) Ideo recte dixerunt, Hebraeos bibere ex fontibus, Graecos ex riuulis, et Latinos [66]) ex lacunis. Ego nullus sum Hebraeus grammatice et regulariter, quia nullis patior me uinculis constringi, sed libere uersor. Etiamsi quis linguarum dona habeat. attamen non statim potest in aliam linguam [67]) transferre. *das ist ein sonderliche gottes gabe* [68]) interpretari. Septuaginta interpretes huius linguae imperiti fuerunt, quorum uersio est ineptissima, quia literas et [69]) uerba orationis neglexerunt, ut etiam Hieronymi uersio praeferenda sit, *Wie wol wer* Hiero-

---

[56]) ita] Reb.: Ideo
[57]) Aurigallo] *sic* Reb.: Cod.: Aurogallo
[58]) Forstemio] *sic* Cod.: Reb.: Forstero
[59]) *φράσεις*] Reb. *male*: *φράσιν*
[60]) constructionem] Reb.: constructiones
[61]) *thu — nach*,] Reb.: imitare me,
[62]) *Ich wil — nach*.] Reb.: Ego in primis hoc efficiam, postea et tu rem tuam effice, vel tu me sequere,
[63]) dictum] *sic* Reb.: *a* Cod. *abest*.
[64]) sacrae script. nulla cognitio] Reb.: nulla cognitio sacrae script.
[65]) Hebraismis.] *sic* Reb.: Cod.: Hebraismus.
[66]) et Latinos] Reb. *male*: latinis
[67]) statim potest in aliam linguam] Reb.: potest statim in linguam aliam
[68]) *das ist — gabe*] Reb.: hoc est praecipuum Dei donum.
[69]) et] *ap.* Reb. *deest*.

nymum *einen* Hebraeum *schilt, der thut ihm gewalt.* [70]) Nam post captiuitatem Babylonicam [*fol. 124*[b]] lingua Hebraica [71]) ita fuit corrupta, ut restaurari non potuerit. Si Moyses [72]) et Prophetae iam redirent, sua [73]) ipsorum uerba ita detorta et deprauata non intelligerent. Sicut et latinus sermo a Gothis est corruptus, ut Cicero et alij suo tempore uiuentes, si reuiuiscerent, illam linguam [74]) non intelligerent. Lyra prae omnibus alijs optimus fuit Hebraeus, et diligens ueteris Testamenti interpres. Ego si nunc Hebraeae linguae operam dare uellem, Grammaticos synceriores consulerem, scilicet [75]) Dauid Kimhi, Mose [76]) Kimhi, qui sunt syncerissimi. Deinde Mose lectionem causa proprietatis mihi proponerem, postea [77]) Dauidem, Prouerbia Salomonis, tandem prophetas, qui figurate loquuntur. Magna sunt dona linguarum, sed ab hominibus non curantur, a Deo tantum [78]) seruarentur, nam omnes artes a paucis et priuatis hominibus iterum ortae sunt. Hebraea lingua est optima et copiosissima in thematibus, et est pura, non mendicat. *Sie hat ihr eigene farbe.* [79]) Graeci, Latini, et Germani coguntur mendicare, *die haben vil* [80]) composita. Vt cum Germani habent unum thema, fere uiginti habet composita, [81]) *als lauffen, entlauffen, verlauffen, vmblauffen, belauffen, tzulauffen, abelauffen, weglauffen.* [82]) Ibi Hebraeus sermo nullum habet compositum, sed proprium uerbum. Ita hoc uocabulum *hertz* [83]) usum habet communissimum, [84]) significat enim partem corporis. Item *er hat hein hertz,* [85]) significat pusillanimem. Item *das hertz saget mirs,* [86]) id est, animus praesagit. Item *sein hertz brennet ihm,* [87]) id est, irascitur. Ibi Hebraeus in singulis suas appel-

70) *Wie wol — gewalt.*] Reb.: (etsi illi non recte iudicant, qui Hieronymum Hebraeum esse, dicunt)
71) Hebraica] Reb.: Hebraea
72) Moyses] Reb. *typ. err.:* Mosos
73) sua] Reb.: suam
74) linguam] *ap.* Reb. *deest.*
75) scilicet] Reb.: Videlicet
76) Mose] Reb.: et Mose
77) postea] Reb.: Post
78) tantum] Reb.: tamen
79) *Sie — farbe.*] Reb.: et suum habet proprium colorem,
80) *die h. vil*] Reb.: habent multos (*typ. err. pro* multa)
81) Vt cum — composita,] *a* Reb. *absunt.*
82) *als lauffen — weglauffen.*] Reb.: vt currere, accurrere, effugere, praecurrere, circumcurrere, decurrere.
83) *hertz*] Reb.: cor
84) communissimum,] *sic* Reb.: Cod.: communicissimum,
85) *er hat k. h.*] Reb.: non habet animum
86) *das h. s. mirs,*] Reb.: animus mihi indicat,
87) *sein h. br. ihm,*] Reb.: habet cor inflammatum,

lationes habet. Omnes linguae inter se sunt mixtae, quia regiones inter se sunt [88]) uicinae, inde inuicem a se mutuantur aliqua uocabula. Bohemica lingua maxime Scythica [89]) est Hebraea lingua lapsa est post captiuitatem Babylonicam [*fol. 125ᵃ*] ita ut restaurari [90]) non potuerit. Sed plerique Chaldaice [91]) locuti sunt, et tamen corrupte, sicut [92]) Itali Latine. Ego Martinus Lutherus neque Graece neque Hebraice [93]) calleo, *wiel dennock einem* Hobraeo *vnnd* Graeco *tzimlich begegenen.* [94]) Linguae enim per se non faciunt Theologum, sed sunt coadiutorium, oportet enim rem prius [95]) scire, quam linguis exprimatur. [96]) Nullam certam linguam Germanice [97]) habeo, sed communem, [98]) ut me intelligere possint ex superiori et inferiori Germania, *Ich rede nach der Sechsischen Cantzley*, quam imitantur omnes duces et reges Germaniae, *alle Reichstette, fürsten höfe schreiben nach der Sechsischen Cantzeleien vnnser Churfürsten.* [99]) Ideo est communissima lingua Germaniae. Maximilianus Imperator, et Elector Fridericus imperium ita ad certam linguam definierunt, *haben also alle sprachen in eine getzogen.* [100]) Marchionica lingua facilis est, uix labra mouentur et excellit Saxonicam.

Graecorum sapientia cum Iudaeorum comparata, [1]) plane est brutalis, quia extra Deum non potest esse [2]) sapientia. Finis sapientiae Graecorum [3]) est uerbum, Iudaeorum sapientiae [4]) est timere Deum, illi fidere. Mundi sapientia est Graecorum sapientia. Ideo Daniel omnia mundi regna apte [5]) appellauit bestias. Graeci optimis et suauissimis uerbis locuti sunt, sed non sententijs. Hebraea autem lingua prae caete-

---

88) mixtae — sunt] *a* Reb. *ob homoeoteleuton omissa sunt.*
89) Scythica] *sic scripsi;* Cod.: schitica, Reb.: Scithica
90) restaurari] Reb. *typ. err.:* restauri
91) Chaldaice] *sic scripsi;* Cod.: Chaldice, Reb.: Chaldaici
92) sicut] Cod.: sicut sicut
93) neque Graece neque Hebraice] Reb.: neque Hebraicae neque Grecae
94) *wiel — begegenen.*] Reb.: attamen Hebraeo et Graeco mediocriter respondebo.
95) rem prius] Reb.: prius rem
96) exprimatur.] Reb.: exprimantur.
97) Germanice] Reb. *male*: Grammatice
98) communem,] Reb.: commune
99) *Ich rede — Churfürsten.*] Reb.: omnes imperij ciuitates et aulae principum, loquor more Saxonum Grammatophylatium nostri Electoris.
100) *haben — getzogen.*] Reb.: ex multis linguis vnam fecerunt.
1) comparata] Reb. *typ. err.:* compara
2) potest esse] Reb.: est
3) Finis sap. Graec.] Reb.: Et finis Graecorum sapientiae
4) sapientiae] Reb.: sapientiae finis
5) mundi regna apte] Reb.: Regna mundi (*omissa voce:* apte)

ris simplicitate et maiestate floret, quae est inimitabilis. [6] Ioannes Euangelista cum maiestate simplicissimis uerbis utitur: In principio erat uerbum, etc. [7] omnia per ipsum facta sunt. etc. Fuit homo missus etc. [8]

Vide, quam simplicissime [9] Deum creatorem, item [10] creaturam quasi fulmineo sermone describit, si aliquis poeta prorsus [11] aut iambicus scriberet, haec [12] portentosis uerbis effutiret, de ente et [13] essentia, de diuino et coelesti [*fol. 125*[b]] impetu, ita ut nihil intelligeretur. Dionysius multa garrit de nominibus [14] diuinis, de coelesti Hierarchia [15] et Ecclesiastica, sed [16] sunt mera commenta, non [17] fuit ille Dionysius Pauli discipulus, neque Dionysius Martyr, sed Parisiensis, quia tres fuerunt Dionysij.

ERVDITIO ET LITERAE. *)

Anno 38. prostridie Natiuitatis, D. Martinus Lutherus hortabatur populum in concionibus ad caeremonias [18] Scholasticorum honorifice tractandas (in ludirectoris [19] recordationem) in gloriam Dei, religionis et politiae commodum, ut adolescentia agnoscat artium utilitates, sicut quidam comparauit hominem eruditum et ineruditum, quasi [20], uiuum et mortuum. Experientia enim testatur, omnes quotquot [21] sunt ἄμουσοι dolere [22] se neglexisse literas, *das sie schreiben vnnd lesen gelernet hetten,* [23] Linguarum notitia omnibus est

---

*) Reb. I, fol. 187[b] lin. 21. — fol. 188[a] lin. 25. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 552 sq. cap. 67. §. 9.

6) inimitabilis.] *sic scripsi;* Cod.: inmitabilis, Reb.: immutabilis.
7) etc.] Reb.: et verbum erat apud Deum,
8) missus etc.] Reb.: missus a Deo.
9) simplicissime] Reb.: simplicissimis verbis
10) item] Reb.: et
11) prorsus] *sic scripsi;* Cod. *male*: prorlus
12) si aliquis — haec] Reb.: haec alius (*praecedentibus omissis*)
13) ente et] *a* Reb. *absunt.*
14) nominibus] *sic* Reb.; Cod.: numinibus
15) Hierarchia] *sic* Reb.; Cod.: χερορχία
16) Ecclesiastica, sed] Reb.: Ecclesiastica. Ita eum appellarunt diuiniloquum, et
17) non] Reb.: nec
18) caeremonias] Cod. *calami err.:* ceremonia
19) in ludirectoris] Reb. *corrupte:* inlude Rectoris
20) quasi] Reb. *male:* quae
40) Profectio D. M. L. Wormatiam 1521. 18 May.] *Caput sic inscriptum et duo subsequentia verbis:* Moriones stolidi. *et* An etiam moriones salventur. *inscripta ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*
41) Christianissimus] *sic scripsi;* Cod. *male:* Christianismus
42) *sehr wol*] Cod.: *sehr ser wol*
43) *sie*] Cod.: *siehe*

ich meine, ich habe nicht stielle geschwiegen, do Cochlaeus et sui similes *gar stum waren, so weiss man auch wol, wie ich tzu Wormss compariret bin, do man mir das geleithe gebrochen hat, den also erging mirs, do mich der keyserliche heroldt dienstag in der martterwochen citiret, des keysers vnd vieler fürsten geleitte mit brachte, ist balt die mittewoche den andern tag dasselbige gebrochen, haben aldo mich verdammet vnnd meyne bucher verbrandt. Als ich nun gegen Erffurdt kam, kamen mir bottschafften, wie ich tzu Wormbs verdampt were worden. Ja in allen stetten war daselber hienaus wider mich offentlich angeschlagen, das mich auch der heroldt fragte, ob ich auch gedachte noch kegen Wormbess tzu tziehen.* Ego etsi trepidabam, tamen respondebam: *Ich wiel hienein tziehen, wan gleich alle teuffel darinnen weren.* Postquam appropinquassem Wormatiae et in Oppenhain peruenissem, Martinus Bucerus me accessit ingressum dissuadens, *den der* Glapion, *des keisers beichtvater, wer bey ihm gewest, ihn gebeten mich tzu verwarnen, dass ich nicht soltte hintziehen, dan ich würde verbrandt werden, solt mich in der nehe bey* Francisco *von Sickingen auffhalten*, qui promptus fuit me suscipere. *Das theten die bösewichter alle darumb, das ich nicht soltte compariren, dan wo ich drey tage verharrett hett, so wer mein geleitte ausgewest, so hetten sie die thore tzugeschlossen, nicht verhöret, sondern gewalttiglich verdampt.* Ego uero ex mera simplicitate processi, cumque Wormatiam uiderem, [*fol. 208*^{b}] statim Spalatino scripsi me aduenire, interrogans de diuersorio. ibi omnes admirati sunt insperato me uenire. Arbitrabantur enim me impeditum terroribus et fallacijs non aduenturum. Duo uero nobiles, *Hans von Hirschfeldt, Bastian von Pappenheim*, et *Hans Schot* me exceperunt et in hospitium Electoris nostri Friderici duxerunt, *do muste ich in ihren kammern liegen* ex Electoris mandato, sed nemo principum me accessit, *allein die graffen vnnd Edelleut, welche hart auff mich achtung gaben, den dieselben hatten 400 artickel wieder die geistlichen bey kaiserlicher Maiestet vberandtworttet, tzu wandeln gebeten, aber würdens selber thun müssen.* A quibus omnibus articulis meo Euangelio liberati sunt, sed nunc ingrati facti sunt, Euangelium impugnant cum ciuibus et rusticis. Papa Caesari scripsit, ne mihi saluum conductum seruaret, hoc urgebant omnes Episcopi. *Aber die fürsten vnd stende wolten dorein nicht verwilligenn, dan es wer ein grosser lermen draus worden, weil ich grossen gliempff aldo hatte vnd fandt, das sie sich mer vor mir fürchten müsten dan ich mich vor ihnen.* Nam Landtgrauius adhuc adolescens cupiens me uidere et audire accessit, tandem dixit: *Lieber herr Doctor*

habet ihr recht, so helff euch gott. Adueniens illico scripsi Glapioni, ut me accederet collocuturus iuxta suum uotum, sed ipse detrectauit dicens: *Es were nu vmbsonst.* Deinde comparui in totius senatus consessu, Caesaris, Electorum, principum, ibi officialis Treuirensis D. Eck uerba ad me fecit: Martine tu huc uocatus es, ut respondeas, an agnoscas hos libros tuos esse, quos in mensa accumulatos monstrauit. Ego respondi: Credo. At D. Hieronymus Schurff statim subiecit: legantur tituli. Recitatis titulis dixi esse meos. Secundo interrogauit [*fol. 209*a] an [44]) uellem reuocare. Respondi: *Gnedigster herr keyser,* Aliqui libri mei sunt inuectiui, *Zanckbücher.* Aliqui didactici. Didactica ut uerbum Dei recantare nolo, sed si in inuectiuis contra quem uehementior fuerim, *vnd den tzu viel gethan, so wil ich mich weisen lassen, wollet mir ein bedencken geben.* Concedebatur per diem et noctem. Altero die uocabar ab Episcopis et alijs papistis, acturis [45]) mecum, ut reuocarem. Respondi: *Gottes wordt ist nicht mein wordt, drumb weiss ich nichtes tzu vbergeben. Was ausser demselbigen ist, wiel ich gerne gehorsam sein.* Ibi Ioachimus Elector Marchio dixit: *Er doctor so viel ich verneme, so ist das euer meinung, dass ihr euch wollet weysen lassen; ohne was die schrieffi betrifft.* Ita uolo. Ibi dixerunt: *Ich soltte es kaiserlicher Maiestet heimstellen, ob sie nicht auch Christen weren, das solche sachen mit ernst wurden ausrichten.* Ego respondi: Salua tamen scriptura, *dan ich konde das nicht vergeben, was nicht meyn were.* Illi contra urgebant: *Ihr solts euch tzu ihnen versehen, sie werden recht schlissen.* Econtra ego: *Ich traue ihnen so viel nicht, das sie vor mich wider sich selbest schliessen soltten, die mich itzunder im geleitte also verdampt haben, aber das ihr sehet, was ich thun wiel, machets wie ihr wollet mit mir, ich wiel euch mein geleitte heimgeben.* Tunc dixit Fabian a Feilitzsch: *das ist warlich gnug, ists nicht tzuviel.* Deinde dixerunt: *last vns doch etliche artickel nach.* Respondi: *Im namen gottes die artickel, die ausser der schrieffi sein, der wiel ich mich nicht weren.* Illico duo Doctores Caesarem accesserunt nuntiantes me reuocare. Episcopus Moguntinus ad me mittens quaesiuit, *ob ich verwilliget hette, die sache dem keyser vnd reich* [46]) *heimtzustellen.* Ego respondi me non uelle, neque unquam consensisse in hoc. Tunc dixit Episcopus: *Es ist gut, das ich euch geruffen habe.* Ita ego

---

44) an] Cod. *calami err.*: a
45) acturis] Cod. *male*: acturus
46) *reich*] Cod. *calami err.*: *leich*

[*fol. 209b*] solus tot resistere coactus sum, ut etiam Elector meus et alij amici aegre ferrent meam constantiam. Nam aliqui dixerunt: Si articulos ad eorum deliberationem statueritis, tunc articulos Constanciensi Concilio [47]) damnatos omnes damnabunt. Ego respondi: *do ist mein leib vnd leben.* Tunc uenit Cochlaeus dicens: Martine *wiltu das geleitte auffgeben, so wiel ich mit dir disputiren.* Ego pro mea simplicitate fecissem, at D. Hieronymus Schurff ironice respondit: *Ey das must warlich sein, es ist nicht ein gleich anwerben, wer so nerrisch were*, et ita de praetorio descendi cum conductu. *Da sprungen gesellen erfur* dicentes: *wie furt ihr ihn gefangen, das must nicht sein.* Tunc D. quidam Marchionis Badensis me accessit amplissima exhortatione me allicere uolens, multa me debere charitati fraternae, multaque obedientiae Caesareae, cauenda esse scandala in mundo, ideo debere me reuocare. Respondi, me omnia propter charitatem et obedientiam facturum, salua tamen fide et gloria Christi. Tunc cancellarius Treuirensis dixit: Martine tu es inobediens Caesareae maiestati, ideo tibi permittitur publica pace abire, in itinere noli concionari, uide ubi posthac mansurus sis. Ego respondi: Sicut Domino placuit, ita factum est. *Schet ihr auch tzu, wo ihr bleibet.* Ita in mea simplicitate processi, non uidens illorum astutias, *bracht also grossen gliempff aus Wormbs, das sie es hetten begeret, dass es in dem fasse were, darinne es vor gewesen ist.* Dux Georgius semper risit, *wan ich mich auff die schriefft berieff*, dicens: *wehret lieben herrn, es sol in meynem lande wol gewehret werden.* Tantis insidijs me petierunt, *das hertzog Friedtrich* [*fol. 210a*] *Churfürst hat sagenn müssen: Ich hette nicht gemeint, das mans also solt handeln. Darnach exequirten sie das greuliche edict der acht*, quod multis praebebat occasionem sumendi uindictam de inimicis sub titulo Lutheranae Haeresis, et tandem iterum reuocare coacti sunt ipsi Tyranni. *Also hat mirs tzu Wormess ergangen*, ubi Deus me solum per spiritum sanctum conseruauit etc.

MORIONES STOLIDI. [40])

Claus Nar non adeo natura fuit stolidus, *sondern hat ein geistlein gehabet*, quia multa diuinasse dicitur de arce in Coburg, de principe ter equo lapso. Et episcopo Moguntinensi ter respondit, cum in psalmo orasset: Benedicite Do-

---

47) Concilio] Cod. *calami err.*: Concili

mino Maria, ibi semper reclamauit: *wasser, pfaff*, quia ter transtulerat accentum, Maria pro Mária orans, *wasser pfaff was geheistu mich.* Tales tempore Christi credo fuisse Lunaticos, *ob sie nicht gar vom teuffel sint besessen gewesen, so haben sie doch einen schlag daruon.*

Morio quidam multis plagis compulsus, precationem Dominicam aegre didicerat, tandem post confessionem impositum est, ut quotidie tres precationes oraret. Ipse domum reuersus plorauit duas sibi adhuc tanta difficultate discendas.

Der teuffel ist mir feindt nec immerito, quia illius regnum dilaceraui per uerbum Dei, quod nullus regum aut principum facere potuisset, *das hat gott durch mich armen eintzlen bettler vnnd munch ausgericht.* Esto multi me depictum in propheta Lichtenbergensi putent, *den ich muss es sein* secundum illorum iudicium. *Es ist des* [48]) [*fol. 210b*] *teuffels prophetzey*, qui bene uidit suum regnum ruiturum, nec posse consistere mendacio. Ideo praeuidit monachum, incertus tamen, qualis esset, *er kan ihm keine farbe an seiner kappen geben, malet ihm nur eynen teuffel auff den nacken*, ut homines absterreret.

AN ETIAM MORIONES SALVENTVR. [40])

Respondit Martinus Lutherus: Diabolus post baptismum saepe possidet hominem, *niempt ein* corpus illius, *aber er schadet der selen nicht, wan ein Junges kindtlein getaufft wirdt*, exagitatur a diabolo, *was sol das der selen schaden? das Junge kindelein hat nie keinen schaden gethan.* Sed Deus permittit hoc fieri alijs in terrorem, ut permittat possedi eum infantulum, quem uocauit per baptismum. *Greiff doch der teuffel den heiligen Dauid an, den fromen konig Saul.* Non semper est uerum illos peccasse, qui obsessi sunt, saepe obsedit pios, sed non animam.

---

48) *des*] Cod.: *des deus*

[*Pro his tribus capitibus modo e* Cod. fol. 207ᵇ lin. 15. — fol. 210ᵇ lin. 18. *allatis, quae habent inscriptiones:* Profectio D. Mart. Luth. Wermatiam 1521. 18. May. — Moriones stolidi. — An etiam moriones salventur. *a* Rebenstockio T. I. fol. 234ᵃ lin. 14. — fol. 238ᵃ lin. 28. *exhibetur hocce caput:*

RECORDATIO MARTINI LVTHERI
contra priuilegia et prohibendos *a*) gradus.
DOCTORI IOHANNI HESSO. *b*)
Pastori Vratislauiensi. *c*)

Quid agitis nunc? nonne regio vestra foeminarum et puellarum plena est, cur ergo vxores ducitis, ex secundo et ferme primo gradu, vt filiam sororis, et duas sorores alternatim. L. quondam literas scripsit, in quibus hi gradus non prohibebantur, verum alios postea scripsit libros, vbi sententiam priorem mutauit (vel si dicere liceret) reuocauit. *d*) Est enim *e*) nuda fabula, in qua nihil docetur aut iubetur, sed vnde *f*) ostenditur, quid in veteri lege de his rebus *g*) traditum sit, nam etiam Mosis *h*) mater putatur fuisse amita *i*) Patris sui Amram Exod. 2. Licet fortiter Lyra repugnet, non quod licuerit tunc, hoc enim *k*) Lyra non agit, sed quod impossibile fuerit *l*) ratione aetatis. Nam de Thamar verbis ad fratrem Ammon *m*) nihil curandum est, nihil enim *n*) probant. Sic enim *o*) M. Philippus (non diu est) quod *p*) edidit similia de

---

a) prohibendos] *sic scripsi;* Reb.: prohibendi
b) Doctori Ioh. Hesso] Reb.: D. Doctori Iohanni Hesseo
c) *Haec epistola* d. 10. Dec. 1543. *scripta legitur in* de Wettii collectione epistolarum Luth. Tom. V. p. 606 — 608. N° 2181., *cuius varias lectiones h. l. adscripsi.*
d) Quid agitis nunc? — reuocauit.] *Hoc epistolae principium ap.* de Wettium V. p. 606 sq. *sic germanice exhibetur: Wie? Seyn in euerm Lande nicht Frauen noch Jungfrauen gnug, dass man so nahe muss freyen im andern und schier noch näherm Grad, als die Schwestertochter oder zwo Schwestern nach einander? Ja, es hat etwa der Luther ein Zeddel lassen ausgehen, dass solche Grad ziemen; hat man aber nicht dagegen andere folgende Bücher auch mugen ansehen, da solchs corrigirt oder, so mans sagen wollt, renovirt ist?*
e) enim] de Wette: autem
f) vnde] de Wette: modeste
g) rebus] *a* de Wettio *abest.*
h) Mosis] de Wette: Mosi
i) amita] de Wette: amica
k) enim] *a* de Wettio *abest.*
l) fuerit] de Wette: fuit
m) Ammon] de Wette: Amnon
n) enim] de Wette: etiam
o) enim] de Wette: et
p) (non diu est) quod] *a* de Wettio *absunt.* — *Haec spectant ad* Melanthonis de arbore consanguinitatis et affinitatis sive de gradibus dissertationem, *quam in* Corporis Reformat. Vol. XVI. p. 509 sqq. *denuo edidi.*

gradibus, et ponit exempla patrum Isaac et Iacob et Marchionem Ioachimum Brand, qui duxerat *q*) filiam Regis Poloniae, cum antea habuisset *r*) eiusdem filiae consobrinam, scilicet filiam Ducis Georgij? *s*) duxit duas neptes eius Regis Poloniae, qui fuit pater Sigismundi istius. Sed ista exempla non faciunt legem populorum, nec sunt trahenda in consequentiam aut regulam. Vt dicit *t*) M. Philippus sed obseruanda in consolationem confessorum, seu conscientiarum, in quem vsum quoque mea *u*) scheda fuit emissa contra Papam, qui vendidit vexatis conscientijs *v*) quartum, tertium, secundum gradum, Et vt ille dixit, Fixit leges precioque *w*) refixit, nam ab initio doctrinae nostrae, constantissime et perpetuo docuimus, ordinationes et leges ciuiles esse retinendas, *x*) confirmamus *y*) enim et approbamus *y*) iura ciuilia, et gladium Magistratus, *z*) cum omnibus suis ordinationibus, iuxta Romanor. 23. Omnis anima, etc. *aa*) et 1. Petri 2. *bb*) Obedite Regi. Deinde etiam hoc ab initio fecimus et prohibuimus, *cc*) Legem Mosi in Ecclesiam reduci, et statuimus nostrae politiae legibus vtendum esse. Nisi vbi casus necessitatis pro consolatione conscientiarum ex lege Mosi, non vt e lege, sed vt exemplum ex historia petere cogat, cur ista nostra scripta non leguntur, *dd*) in quibus toties nostram sententiam declarauimus? igitur seruentur leges patriae et magistratuum. Quod si *ee*) casus incidat, vt contra leges receptas faciendum aut consulendum sit, tunc vtantur *ff*) lege Moysi tanquam *gg*)

---

q) Marchionem — duxerat] de Wette: Marchionis Ioachimi Brandenburgensis, qui duxit
r) habuisset] de Wette: habuerit
s) scilicet filiam Ducis Georgij?] de Wette: videlicet filiam Georgii Ducis Saxoniae, id est,
t) aut regulam. Vt dicit] de Wette: et regulam. Neque hoc dicit
u) quoque mea] de Wette: mea quoque
v) qui vendidit vexatis conscientijs] de Wette: qui vexatis conscientiis vendebat
w) precioque] de Wette: pretio atque
x) retinendas,] *sic* de Wette; Reb. *corrupte:* rotundas,
y) confirmamus .. approbamus] de Wette: Confirmavimus .. approbavimus
z) Magistratus,] de Wette: magistratuum
aa) iuxta — etc.] de Wette: secundum illud Rom. 13.: Omnis anima praesentibus potestatibus subdita sit,
bb) 1. Petri 2.] *sic recte* de Wette (*vide* 1. Petr. 2, 13.); Reb.: 1. Petri 3.
cc) etiam hoc — prohib.] de Wette: hoc etiam ab initio fecimus, quod prohibuimus
dd) leguntur,] de Wette: legerunt,
ee) Quod si]*sic* de Wette; Reb.: Quo si
ff) consulendum sit, tunc vtantur] de Wette: consulendum, nunc utamur
gg) tanquam] de Wette: ut

exemplo, idque authoritate publica [hh]) Magistratus, si publicus casus sit, qui tum exemplo tali possit consolari priuatae cupiditati tali [ii]) non liceat. Sic noster Princeps Elector Saxoniae [kk]) concedit quartum gradum, tertium prohibet. At [ll]) Dux Mauritius tertium gradum plenum, id est, [mm]) in linea vtrinque [nn]) aequali concedit, sed semiplenum in linea inaequali [oo]) prohibet. Istis ordinationibus Magistratuum stamus [pp]) quia [qq]) ministrorum verbi non est leges, mores ciuiles [rr]) condere, pertinet hoc ad magistratum ciuilem, qui potest [ss]) disponere et iudicare de haereditatibus, successionibus, [tt]) quae ex coniugio veniunt. Ideo et coniugium debet legibus ordinari. Tamen si quis casus cogeret dispensare, non nocerat [uu]) occulte in conscientia [vv]) aliter consulere, vel si esset publicus casus, vt [ww]) a Magistratu peteret dispensationem, mixta exemplum aliquod [xx]) ex Historia [yy]) Mosaicae legis petitum, praesertim si proles sequuta et haereditas mixta [zz]) fuisset, et similia. [a]) Habes [b]) meam sententiam. [c])

Domino Anthonio. N.
M. L. [d])

Gratiam et pacem in Domino. En habe tibi tandem, mi Anthoni, pro tua importunitate et pertinacia meam quoque

---

[hh]) authoritate publica] de Wette: publica auctoritate
[ii]) possit cons. — tali] de Wette: sese possit consolari, privata cupiditate tale
[kk]) Elector Saxoniae] de Wette: Dux Saxoniae Elector
[ll]) At] *a* de Wettio *abest.*
[mm]) id est,] *a* de Wettio *abeunt.*
[nn]) vtrinque] *sic* de Wette; Reb.: vtrunque
[oo]) in linea inaequali] *sic* de Wette; Reb.: in aequali linea
[pp]) stamus] de Wette: nos stamus
[qq]) quia] *sic* de Wette; Reb.: qui
[rr]) mores ciuiles] *a* de Wettio *abeunt.*
[ss]) potest] de Wette: habet
[tt]) successionibus,] de Wette: et successionibus,
[uu]) non nocerat] de Wette: non vererer
[vv]) in conscientia] *sic scripsi;* Reb.: in conscientiam, de Wette: in conscientiis
[ww]) casus, vt] de Wette: casus, consulere, ut
[xx]) aliquod] *sic* de Wette; Reb. *male:* aliquot
[yy]) ex Historia] *ap.* de Wettium *desunt.*
[zz]) mixta] de Wette: iuxta
[a]) et similia.] de Wette: et similia. Decima Decembris, anno MDXLIII.
[b]) Habes] *sic* de Wette; Reb.: Habet
[c]) sententiam.] de Wette: sententiam, Hesse etc.
Martinus Luther.
[d]) *Haec epistola legitur etiam in* de Wettii collectione epistolarum Luth. T. IV. p. 295—300. N° 1410. litt. A. *Scripta est a Luthero d.* 5. *Sept.* 1581. *ad* D. Antonium Anglum, *qui a Melanthone appellatur*

sententiam in causa regis Anglorum. Primum, vt d niensium determinatio, praesertim in posteriore (mihi placet, et satis tuta conscientia, Rex eam sec imo *e*) sequi debet, si tutus esse volet, et nullo mod Reginam (fratris mortui vxorem) repudiare licebit, e facere tam matrem quam filiam. Esto sane, pecca cendo fratris mortui vxorem et Pontificis Romani satio non valuerit (quod nunc non disputo) tamen lo et atrocius peccatum fuerit ductam repudiare, prae nomine, vt perpetuo opprobrio tam Rex quam Reginula *h*) incesti criminarentur et haberentur. mea sententia, frustra vexant conscientiam Regis, pudium eum solicitant hac tantum causa. Si peccauit transijt hoc peccatum in praeteritum, et sicut omnia terita peccata, *k*) poenitentia emendetur, *l*) sed ideo non dirimatur, et tam grande peccatum futurum non debet. Quot enim sunt in mundo coniugia, cando coierunt, et tamen dirimi non debent neque Haec de illa vna causa. Alterum *m*) siue tu fingis, rum *n*) est, quod Rex quaerit haeredem regni filium vero tantum foeminas *o*) peperit, etc. Hanc multo lere quis non videt? Quis Regem faciet certum vel parituram esse masculum (si aetas non obstiterit) v ducendam esse propter masculos, *p*) adhuc non lic

---

Robertus Barns. *Conf.* Album Academiae Vitebergensis ab usque ad a. 1560. ed. C. Ed. Foerstemann. (Lipsiae 1841. *ubi sub aestivum semestre a.* **1538**. *Rectore Casp. C inscriptus est:* „D. Antonius Anglus Theologiae Doctor oxonien *Melanthon illi nomini adscripsit:* „Robertus Barns.“ In L mensal. germ. cap. XIV. §. 14. *appellatur: ein Engelever*, Barus *(vide Ed. nostr. horum colloq. germ.* II. p. 210. 208.) *Etiam a* de Wettio l. l. p. 294. *nominatur* (*conf. eiusd.* collectionis epist. Luth. T. VI. p. 467.) *Huic stolae varias lectiones* Collectionis de Wettianae *subiunxi.*

e) eam sequi p., imo] de Wette: sequi eam p., imo et
f) peccarit] de Wette: peccavit
g) Romani] *sic* de Wette; Reb. *falso:* Romam
h) Reginula] de Wette *in textu:* Reginulae
i) criminarentur et haberentur.] de Wette: crimineutur et habea
k) praeterita peccata] de Wette: peccata praeterita
l) emendetur,] *sic* de Wette; Reb.: emendentur,
m) Alterum] *sic* Reb.: de Wette *in textu:* Altera (*adnota* Alteram)
n) verum] de Wette: vera
o) tantum foeminas] de Wette: foeminas tantum
p) vel alteram ducendam esse propter masculos,] de Wette: vel cendam parituram esse masculos? Et tamen etiamsi certum esse parituram esse masculos,

rem repudiare, praesertim vt incestam, et sese q) pariter aeterno r) incestus crimine insignire, scilicet s) poena ista grauissima punire sine causa. Antequam tale repudium probarem, potius regi permitterem alteram reginam quoque ducere seu facere, t) et exemplo patrum et Regum u) duas v) vxores seu reginas habere. Quod vero allegant esse contra ius diuinum, ducere vxorem fratris mortui. Leuit. 18. respondeo primum: Si volunt legem Mosi sequi, et nos w) sub istum legislatorem trudere, id efficient, vt rex in hoc casu teneatur, x) non solum retinere reginam ductam, sed etiam si ducta non esset, omnibus modis ducere, et fratri suo y) semen suscitare (quoniam quidem frater praemortuus non reliquit liberos ex eadem vxore) z) vt habetur clare et expresse Deut. 25. Quod si vnam legem Mosi cogimur seruare, eadem ratione et circumcidemur, aa) et totam legem seruare oportebit, vt Paulus arguit Gal. 5. bb) Nunc cc) non sumus amplius sub lege Mosi, sed subiecti legibus ciuilibus in talibus rebus, quemadmodum Abraham et Nahor et Aaron dd) ante Mosen erant, qui et ipsi ducebant vxores, filias fratris sui in gradu a Mose postea prohibito. Et Iacob duas sorores etiam contra Mosen, qui postea eas nuptias populo suo ee) prohibuit. Ideo lex illa Mosi, ff) quae prius non erat, et post Christum iterum desijt, vt positiua non ligat Regem, nec exigit repudium. Ligat autem ista lex Dei et iuris diuini, vbi coniugium statuitur perpetuum esse debere vsque ad mortem propter quam et Christus libellum repudij a Mose traditum sustulit, dicens: Ab initio non fuit sic. Relinquitur ergo, quod Rex, si peccauit ducendo vxorem fratris sui mortui, gg) peccauit in legem humanam seu ciuilem. Si autem repudiauerit, peccabit in

---

q) sese] de Wette *in textu:* sobolem (*adnotans:* Codd. sese)
r) aeterno] de Wette *hanc vocem in textum non recepit.*
s) scilicet] de Wette *in textu:* id est (*adnotans:* Codd. scilicet)
t) seu facere,] *haec* de Wette *in textum non recepit.*
u) Regum] *sic* de Wette; Reb. *falso:* legum
v) duas] de Wette *in textu:* duas simul
w) nos] *sic* de Wette; Reb.: vos
x) teneatur] *sic* de Wette; Reb.: teneretur
y) suo] *sic* de Wette; Reb. *typ. err.*: quo
z) suscitare (quoniam — vxore)] de Wette *in textu*: suscitare. Quandoquidem frater demortuus non reliquit liberos ex eadem uxore,
aa) et circumcidemur] *sic* de Wette; Reb.: circumcideremur (*omissa voce:* et)
bb) Gal. 5.] *sic recte* de Wette; Reb.: Gal. 6.
cc) Nunc] de Wette: Nunc vero
dd) Nahor et Aaron] *sic* de Wette; Reb. *male:* Nahar et Aran
ee) populo suo] de Wette: suo populo
ff) Mosi,] *a* de Wettii *textu abest.*
gg) sui mortui] de Wette *in textu*: mortui (*adnotans:* Codd. sui mortui)

legem mere diuinam. Iam pugnantibus lege Dei, et lege hominum, credere debet lex hominum, ne peccetur in legem Dei, et non debet cedere lex Dei, ne peccetur in legem hominum. Sed peccatum in legem hominum *kk*) vel remittatur, vel dispensetur, ne cogamur peccare in legem Dei, *ii*) vel soluere legem Dei. Tamen ita res habet etiam *kk*) in lege diuina, vt lex *ll*) superior tollat inferiorem. Exempli gratia, lex diuina fuit, sabbathum feriari. *mm*) Sed tamen hanc legem sustulit alia lex diuina, scilicet circumcisionis, et licuit, imo oportuit in ipso sabbatho (quoties fuit 8. dies a natiuitate) circumcidere, vt Christus ipse disputat Io. 5. Et cessit ita lex sabbathi legi circumcisionis, peccabatur in legem sabbathi seu lex sabbathi *nn*) potius cedebat et tollebatur in isto casu. Imo singulis sabbathis mane et vesperi sacrificabatur, *oo*) et peragebantur omnia opera sacerdotum in templo, et tamen sacerdotes inculpati fuerunt, vt arguit Christus Matth. 12. Quin et ipsa circumcisio cedebat nouo mandato Dei, quo populus iussus exire de Aegypto, totis annis 40 durante hoc nouo mandato absque peccato non circumcidebantur. Item lex diuina fuit, panes propositionis *pp*) a solis sacerdotibus edi debere, et tamen Dauid laicus *qq*) eos comedit sine peccato, scilicet alia lege Dei iubente charitatem *rr*) erga proximum in necessitate constitutum. Et talia multa sunt exempla, vbi lex diuina *ss*) legem diuinam tollit, et quid faciunt magistratus, et gladij ac legum executores occidendo, rapiendo, priuando rebus nocentes, nisi quod tollunt leges has diuinas: Non occides, Non furtum facies, etc. *tt*) scilicet, alia lege diuina iussi occidere et rapere, nocentesque punire, quod sine alia lege *uu*) non liceret, prohibente illa lege: Non occides, etc. *vv*) Quanto

---

kk) Sed peccatum in legem hominum] *sic* de Wette; *ap.* Reb. *haec desunt.*
ii) legem Dei,] *sic* de Wette *in textu;* Reb.: legem, (*omisso nomine:* Dei)
kk) Tamen ita res habet etiam] de Wette *in textu:* Tamen ita res habet (*adnotata varia lectione:* Attamen ita etiam res habet)
ll) lex] *sic* de Wette; *ap.* Reb. *deest.*
mm) feriari.] de Wette *in textu:* servare (*adnotans var. lect.:* feriare)
nn) seu lex sabbathi] *sic* de Wette; *ap.* Reb. *desunt.*
oo) sacrificabatur,] *sic* de Wette; Reb.: sanctificabantur
pp) propositionis] *sic* de Wette; Reb.: propitiationis
qq) laicus] *sic* de Wette; Reb. *male:* laicos
rr) iubente charitatem] de Wette *in textu:* iubente, scilicet charitatis
ss) diuina] *sic recte* de Wette; Reb.: humana
tt) Non occides, Non furtum facies, etc.] de Wette: non occidas, non furtum facias?
uu) alia lege] de Wette: lege alia
vv) Non occides, etc.] de Wette: non occidas.

magis hic ww) lex ista humana: Non ducas vxorem fratris mortui, xx) debet huic priori et maiori legi cedere: Vir vxorem non deserat, et sint yy) duo in carne vna. Quin si etiam esset lex diuina: Non ducas vxorem fratris mortui, tamen ipsa debet cedere et tolli propter legem coniugij, vt superiorem, sicut supra dictum est in exemplis, quam saepe lex diuina zz) legem diuinam sustulerit. Sed fingamus tamen (quod tamen non est verum) legem Mosi adhuc valere, et nos gentes ligare, a) vbi dicit Leuit. 18. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis. Quid ex hoc textu facient? Textus enim loquitur de fratre viuo, non mortuo. b) Cum autem contraria lex Deut. 25. statuat, quod frater debeat fratris mortui vxorem ducere, manifestum sit c) hunc locum de fratre viuo (qui poterat vel vnam vel plures forte simul d) habere) loqui. Quomodo e) Iohannes Baptista ex hoc loco f) (vt apparet) Herodem arguit, non licere ei vxorem fratris g) Philippi scilicet viuentis habere. Itaque nihil effecerint h) certi ex hoc loco doctores contrarij, etiamsi lex Mosis nos i) gentes ligaret, quanto minus effecerint, cum nos gentes nunc non liget. Dices, hoc modo doceebis, nos quoque non ligari lege vlla k) Dei, quo minus ducamus filias, sorores, matres, etc. Quoniam quidem lex Mosis l) eas prohibet, et tamen illa lex m) non ligat nunc gentes. Respondeo, has nuptias naturali iure esse prohibitas et incestas. Hoc satis probat, quod nullum exemplum in scripturis ante, sub, post legem inuenitur, et sine exemplo et lege nihil est tentandum. Et hoc ipso satis ostendit Deus se tales nuptias damnare, sed ducere vxorem fratris mortui, habet exempla et leges, quod vero argumentantur n)

ww) hic] de Wette *in textu*: hic etiam (*adnotata var. lect*: hic)
xx) vxorem fratris mortui,] de Wette: fratris mortui uxorem,
yy) sint] *sic* de Wette; Reb.: sunt
zz) diuina] *sic* de Wette; Reb. *male*: humana
a) ligare,] *sic* de Wette; Reb. *falso*: non ligare,
b) Textus enim loquitur de fratre viuo, non mortuo.] *sic* de Wette *in textu*; Reb. (*et* Codd.): Textus non loquitur de fratre viuo vel mortuo,
c) sit] de Wette *in textu*: fit
d) forte simul] *sic scripsi*; Reb.: sorte simul, de Wette: forte
e) Quomodo] de Wette *in textu*: quemadmodum (*adnotans*: Codd. quomodo)
f) ex hoc loco] *sic* de Wette; *ap.* Reb. *desunt.*
g) fratris] de Wette *in textu*: fratris sui (*adnotans*: Codd. fratris)
h) effecerint] *sic* de Wette; Reb.: effecerunt
i) nos] *sic* de Wette; Reb. *falso*: non
k) lege vlla] de Wette: ulla lege
l) matres, etc. Quoniam quidem lex Mosis] de Wette: matres, quandoquidem lex Mosi
m) illa lex] de Wette: lex Mosi
n) argumentantur] de Wette *in textu*: argutantur (*adnotans*: Codd. argumentantur)

ex lege Deut. 25. sequi, quod aliquis posset vel cogeretur filiam suam ducere, vt, si Othoniel mortuus reliquisset vxorem Achsam filiam Chaleb o) fratris sui, coactus fuisset Chaleb, vt frater Othonielis filiam suam ducere, etc. p) Quis hic non videt malignum studium malae causae q) patrocinandi? Quasi vero non sciant, aut scire debeant, quod lex legem tollit, r) quo casu sibi pugnant, s) vt supra dictum est. Igitur, etsi Chaleb lege Deut. 25. fuisset coactus ducere fratris vxorem, tamen quia ea vxor fratris filia sua est, t) prohibetur alia maiore lege abstinere, et ita cedit lex Deut. 25. legi alteri, scilicet naturali u) et Mosaicae legi simul. Leuit. 18. Ideo nihil est, quod per hanc legem Deut. 25. volunt statuere illam Leuit. 18. de fratre viuente, vel saltem in defuncto v) loquentem, et simpliciter omne coniugium damnare legis Deut. 25. non videntes, quod hac w) damnatione plane tollunt eam legem de ducenda fratris mortui vxore, quae x) tamen exemplo nobili, ipsius Ruth, eam legem allegantis (etsi Boos frater non fuit) et testimonio Euangelij de 7 fratribus, vnius mulieris maritis, etc. confirmata est. y) Neque cauillari licet, fratrem hoc loco propinquum significare, z) alioquin et Leuit. 18. idem cauillum valebit. Deinde textus ipse Deut. 25. non fert, toties repetens fratrem et de fratribus simul habitantibus praecipiens. Nec cauillatio sufficit ad quietandas conscientias, nec aa) permitti debet ad easdem perturbandas. bb)

---

o) Chaleb] de Wette: Calebi
p) filiam suam ducere, etc.] de Wette *in textu:* uxorem, suam filiam, ducere (*adnotans, in* Codd. *vocem* uxorem *non legi*)
q) causae] *sic* de Wette: Reb.: conscientiae
r) tollit] de Wette *in textu:* tollat (*adnotata varia* Codd. *lect.:* tollit)
s) quo casu sibi pugnant,] de Wette *in textu:* quae casu sibi pugnant, (*adnotans:* Codd. quo casu sibi pugnat)
t) est,] *ap.* de Wettium *non legitur.*
u) naturali] de Wette: naturali apud nos
v) in defuncto] *sic* Reb.; de Wette: indefinite
w) hac] de Wette *in textu:* ex hac (*adnotans, in* Codd. *vocem* ex *non inveniri.*)
x) quae] *sic* de Wette; Reb. *male:* quem
y) maritis, etc. confirmata est.] de Wette *in textu:* maritis est comprobata. (*adnotata varia* Codd. *lect.:* maritis non improbatur)
z) significare,] *sic* de Wette; Reb. *falso:* peccare
aa) nec] de Wette *in textu:* ideo neque
bb) ad easdem perturbandas.] *his verbis haec epist. finitur ap.* Reb. *et in omnibus fere* Codd., *solus* Buddeus *ex Msto.* Rorarii *exhibet longius additamentum, quod* de Wette I. I. p. 299. lin. 11. — p. 300. lin. 16. *recudendum curavit.* — *Hac epistola terminatur textus* [illegible] I. Editionis Rebenstockianae (fol. 238a *seu fol.* g 6a), *adiuncto* [illegible] *memorabilium* [*huius Tomi I.*] (*fol.* g 6b — i 3b); *ultimum huius* [illegible] *folium* i 4 in priori pagina continet Clausulam, *postrivior pag. vacat.*

IVDAEI. [49]) *)

Omnes Iudaei gloriantur se esse filios Abrahae, *welches ihnen ein hoher ruhm gewest*, [50] sicut et diues epulo in inferno sepultus dicit: [51]) Pater Abraham. Econtra appellatur: [52]) fili mi. *Aber vnser herrgott kan diese kinder fein scheiden*, ijs [53]) dat praemia in terris, illis reseruat futuram uitam, sed Iudaei gloriati sunt de Abraham, non propter ipsum, sed propter suam ipsorum gloriam, *wie itzunder die pfaffen Christum rühmen, das sie grosse lohn empfangen.* [54])

Martinus Lutherus dixit ad Licentiatum Ambsdorffium: *fol. 211a*] Multos insignes scripturae locos in capite 17. Geneseos habeo, [55]) qui sunt fundamenta et scopus Iudaeorum contra nos, ubi Deus dicit ad Abraham, statuam pactum meum intra me et te foedere sempiterno, *dorauff stehen die Juden vnd trotzen wie die papisten auff den spruch:* Tu es, Petrus, *diesen rum vnnd trotz wollte ich den Juden denn gerne nemen*, [56]) et legem Moysi demonstratiue reijcere, *welch gesetze wir ihnen bald abgedrungen haben* [57] ex cap. 31. Hieremiae: Ponam nouam legem in uisceribus uestris, non quod pepigi cum patribus uestris, etc. [58] *do müssen sich die Juden gefangen geben*, et dicere, [59]) Legem Moysi [60]) esse temporalem, et abrogandam. [61]) Sed hic in circumcisionis pacto ante

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 609 sqq. cap. 74.

49) Iudaei.] *Caput sic inscriptum in* Cod. *proxime post capitulum verbis*: „An etiam moriones salueantur" *inscriptum, sequitur* fol. 210b lin. 19.— fol. 218b lin. 9. *In* Rebenstockii *autem Editione hoc caput* Tom. I. fol. 214b lin. 9. — fol. 221b extr. *exhibetur inter capita, quae inscripta sunt*: De lingua Turcica (*vide supra* p. 406—408) *et*: Quaestus et usura (*vide supra* p. 410—413). *Conf. supra* p. 408. nota 26.

50) *welches — gewest,*] Reb.: et magna certe gloriatio illis fuit

51) sicut — dicit] Reb.: inferno dicit *(ceteris omissis)*

52) appellatur:] Reb. *male*: appellantur

53) *Aber* — ijs] Reb.: Verum Deus noster filios Abrahae et mundi discernere potest, is

54) *wie itzunder — empfangen.*] Reb.: sic Papistae impij magnis Christum euehunt laudibus, vt tantum magna stipendia sub illius nomine accipiant.

55) M. i. scripturae locos in capite 17. G. habeo,] Reb.: m. i. locos scripturae esse in capit: 17. G.,

56) *dorauff stehen — nemen,*] Reb.: in hoc Iudaei consistunt sicuti Papistae suam impietatem cum hoc dicto, Tu es Petrus, defendere volunt gloriationem Iudaeorum libentissime vellem aufferre,

57) *welch — haben*] Reb.: quam legem facilime illis detrudere possumus,

58) etc.] *a* Reb. *abest.*

59) *do müssen* — dicere,] Reb.: hoc loco Iudaei amplius persistere non possunt, hic capti sunt Iudaei, et dicere cogantur,

60) Moysi] Reb.: Mose

61) abrogandam] Reb. *typ. err.*: abrogandum.

Moysen datur inter Deum et Abraham et semen Isaac, et generationibus suis in foedere sempiterno, *auff dem* Sempiterno *stehen sie vnnd lassens ihnen nicht nemen.* [62]) Esto Moyses illorum circumcisionem reijciat, [63]) et cordis circumcisionen urgeat, attamen ipsum foedus sempiternum gloriantur [64]) ex uerbo Dei, etiamsi illud argumentum concedant, circumcisionem non iustificare, attamen esse signum foederis, ut Paulus asserit, *darumb müssen wir ihnen die beschneidung gönnen,* [65]) modo ut nos gentes liberati simus ab illorum circumcisione, *derhalben wan sie* legem Moysi *gleich lassenn,* [66]) attamen illud pactum sempiternum urgent, cessante Mose circumcisionem tamen manere. Ego pro me et pijs satis firmam habeo consolationem, ut, circumcisio non est mandatum nisi temporale, quod [67]) spectat ad uenturum Messiam, ueniente Messia, cessat illud mandatum. [*fol. 211*^{b}] *Moyses ist klug, hat sich wol verwaret,* [68]) quia in omnibus quatuor libris post Genesin nihil scribit de circumcisione, tantum cordis circumcisionem urget in Deuteron. 10. In Genesi solummodo historiam narrat, non urget ut mandatum. Cum tamen interim sacrificia, sabbathum, panes propositionis [69]) maxime urgeat, hoc foedere omisso, quasi dicat: *Es ist gott nicht so viel daran gelegen, were es so gar gross, Moses het wol hefftiger drauff gedrungen.* [70]) Summa, Christus alius propheta est uenturus, in illius os uerba mea ponam. Hunc audite. Deinde in libris Iosua iterum fit mentio circumcisionis, Papistae excoecati alienissimi a scriptura non possunt argumentum [71]) Iudaeorum confutare. *Ach lieber herrgott* [72]) quam horrenda coecitas. Versus Psalmi 115. aptissime positus. [73]) Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus. Est fulmen contra gloriosos, Iudaeos et etiam Papistas, qui soli populus Dei esse uolunt, et extra Ecclesiam [74]) nullum ad-

---

62) *auff dem — nemen.*] Reb.: firmiter persistunt et amoueri non possunt.
63) reijciat,] Reb.: reijciat secundum carnem,
64) gloriantur] *sic* Reb.; Cod.: gloriatur
65) *darumb — gönnen,*] Reb.: ideo concedere illis circumcisionem nos oportet,
66) *derhalben — lassenn,*] Reb.: quare, etsi legem Mosi intermittant,
67) quod] Reb.: et
68) *Moyses — verwaret,*] Reb.: Moses vir sapiens, bene se munivit,
69) propositionis] Reb.: propitiationis ,
70) *Es ist — gedrungen.*] Reb.: Deus non adeo de hac lege solicitus est, sed tantam haberet vim, Moses vehementius de hac re scripsisset.
71) argumentum] Reb. *male:* argentum
72) *Ach l. h.*] Reb.: Ach bone Deus
73) aptissime positus.] *a* Reb. *absunt.*
74) extra Ecclesiam] Reb.: extra illorum Ecclesiam

mittere uolunt, quasi dicat: pusilli etiam huc pertinent, [75] Deus multos ex gentibus sine circumcisione et lege saluauit, sic etiam extra papatum, sed ipsi arrogantes non cessant, sicut hodie in Morauia, Iudaei, *die sabbather* [76] cogunt Christianos ad circumcisionem, quae circumcisio magna res fuit usque ad Christum, *das sie vns heiden dartzu tzwingen sollten, wirdt nicht gescheen, hoffe nicht, das ich so töricht werde werden*, [77] ut circumcisionem suscipiam, *ehe müste ihr meyne Kete vnnd alle weiber die lincke brust lassen abschneiden.* [78] Attamen Iudaei iam audent Christianos uexare. Irascor Regi Ferdinando, qui Ecclesias [*fol. 212*[a]] uastat, Euangelio ingressum prohibens, interim Iudaeorum malitiosam superbiam [79] tolerans. Intolerabilis est Iudaeorum superbia, qui soli gloriantur iustitiam, non uidentes Abraham in praeputio esse iustificatum. Praeterea et ipsi Iudaei circumcisionem non considerant, secundum pactum [80] Dei, sed habent stolidissima argumenta dicentes, Ideo hominem in ea parte corporis circumcidi, quia in toto corpore alioquin nullum sit membrum superfluum. Ita asini isti uolunt rationem [81] diuinae sapientiae secundum carnales suas opiniones metiri, cur non potius extremitates auricularum [82] abscinderentur, quae pars nullum habet usum [83] in toto corpore, aut digitus aliquis. *Pfu dich* [84] de illa insania.

Deus uoluit pactum suum in hoc populo confirmare ad tempus in ista corporis parte, *Ἀκροτομία* [85] praeputium *wir habens vorhaut verdeutscht*, [86] nullum significantius uocabulum inuenire potuimus. Tonsores uocarunt *heublen*, Veteres *vberwachsung* interpretati sunt. [87] Summa, concedo Iudaeorum circumcisionem [88] magnam habuisse [88] maiestatem ante Christum, sed quod neminem extra illam uelint [89] esse po-

---

75) pertinent,] *sic* Reb.: Cod. *male*: pertinet
76) *die sabbather*] *a* Reb. *absunt.*
77) *das sie vns — werden,*] Reb.: quod vero nos gentes ad circumcisionem cogere putant, nunquam hoc fiet, me enim ad tantam peruenire insanitatem,
78) *ehe müste — abschneiden.*] Reb.: non spero ego prius cum vxore mea et omnibus alijs mulieribus sinistram nobis abscindere pectus, admitterem.
79) malitiosam superbiam] Reb.: malitiam et superbiam
80) pactum] Reb. *typ. err.*: pactu
81) rationem] Reb. *male*: ratione
82) auricularum] Reb.: aurium
83) usum] *a* Reb. *omissum.*
84) *Pfu dich*] Reb.: Pfu
85) *Ἀκροτομία*] Cod. *et* Reb. *falso*: *Ἀκροδομία*
86) *wir — verdeutscht*] Reb.: nos exposuimus
87) Tonsores — sunt.] *haec a* Reb. *absunt.*
88) circumcisionem ... habuisse] *sic* Reb.; Cod.: concisionem ... habere
89) extra illam uelint] Reb.: velint extra illam

pulum [90]) Dei, negatur. Neque enim ipsi in circumcisione sunt populus Dei, sed reiecti. Nisi Iudaei ante 1500 annos essent reiecti, et Hierusalem uastata, *so het es den Juden niemandt konnen nemen* [91]) tantum beneficium. Ideo Ebionitae, id est, pauperes utrumque seruabant, uetus et nouum Testamentum, Circumcisionem et Baptismum et omnia scripta. Iudaei sunt populus superbissimus, et glossis [*fol. 213b*] superstitiosis deditissimus. Obseruate, quomodo illum locum et egregiam promissionem de Christo deprauant. Haggaei 2. Veniet desideratus cunctis gentibus, etc. Pretiosa ibi interpretantur copiam auri et argenti, potentias et honores, *welches ihnen reichlich komen sol*, [92]) nouum [93]) quasi paradisum sibi fingentes. Et ita prophetiam et promissionem spiritualissimam [94]) detorquent ad carnalia sui uentris. Cum tamen quotidiana ipsa experientia illorum imaginationes falsas esse conuincit. Nam nulla maior Dei ira [95]) apparuit, quam supra populum suum Israel, quem tanto tempore reiectum deseruit, sacerdotio et regno ablato, nullos habentes prophetas. *Wan gott stille schweiget* (*wie mit den Juden geschicht* amoto uerbo) *ist ein schrecklich tzeichen seines tzornes.* [96]) Iudaei enim nullum signum gratiae nunc habent. Esto uehementer clament, et uehementissime [97]) ad Deum precentur, ut libelli [98]) illorum precatorij demonstrant, *wan ich so hefftig beten konde als die Juden, ich wolt etwas grosses drumb geben.* [99]) Miror, cur Deus illos [100]) non exaudiat. *Es ist ein grosser vnsegelicher tzorn gottes, wan sie itzt schreyen, so andwort gott gar nichtes*, [1]) ut Prouerb. 1. minatur ingratis contemptoribus: [2]) Sapientia foris clamitat, sed stulti oderunt scientiam. Ego in interitu illorum ridebo, tunc inuocabunt me, et ego non exaudiam. *Ach lieber herrgott straffe viel lieber mit pestilentz,*

---

90) populum] Reb. *male*: populus
91) *so het* — *nemen*] Reb.: nemo Iudaeis rapere potuisset
92) *welches* — *sol*,] Reb.: et haec bona illis superfluc affluere putant
93) nouum] *sic* Reb.; Cod.: nonum
94) spiritualissimam] Reb.: spiritualem
95) Nam — ira] Reb.: Nulla Dei ira maior
96) *Wan gott* — *tzornes*.] Reb.: si Deus sicuti inter Iudaeos, tacet amoto verbo, horribile certe signum est irae suae.
97) uehementissime] Reb.: ardentissime
98) libelli] Reb. *male*: libellum
99) *wan ich* — *geben*.] Reb.: vellem me tanta vehementia, quemadmodum Iudaei, orare posse etsi multis me constaret,
100) illos] *sic* Reb.; *a* Cod. *abest*.
1) *Es ist* — *nichtes*,] Reb.: Magna et horrenda Dei ira est, quod clamor illorum non exauditur a Deo,
2) contemptoribus:] Reb. *typ. err.*: contemporibus,

frantzosen oder was sonst vor böse kranckheitten auff erden sein, die die landesknecht fluchen, ehe den das du schweigest. [3]) [*fol.* 213ᵃ] Deus dicit: [4]) Extendam manus meas, clamaui, uenite, audite, sed ipsi audire nolunt, ut Esaias conqueritur, imo filium Dei unigenitum crucifixerunt. Idem [5]) hodie Germania facit contemptu iram Dei prouocando, *so gehets mit den verloren kindern*, [6]) qui parentes audire nolunt, deinde a parentibus reijciuntur. Nullus unquam de hac Dei ira scripsit, neque ulla eloquentia satis explicare potest illam ingratitudinem, iram Dei prouocantem. *Ach gott lass vns bey deinem wordt bestendiglich bleiben vnnd nicht darvon fallen.* [7]) Iudaei adhuc audire nolunt, imo horribiliter blasphemant, *wie greulich schenden sie Mariam die mutter gottes.* Etiamsi [8]) fuisset Rhea Syluia gentilis, quam immerito nefande calumniantur. [9]) Obseruate quaeso, quanta Iudaei perpessi sint 1500 [10]) annis, *was wiel mit Ihnen in der hellen werden, do es viel Jemmerlicher mit ihnen wirdt tzugehen.* [11]) Nulla gens tam difficulter conuertitur ut Iudaei. De ὁμοουσίῳ [12]) nihil dicas Iudaeo, non enim credit, *dauon disputire ich mit keinen Juden.* [13])

Rabbi Akiba [14]) dixit Messiam uenisse, sed tamen illum non esse Christum, sed filium stellarum, de quodam ex stella Iacob. Haec fuit causa obsidionis Hierusalem. Omnes fuerunt in ea opinione Messiam uenisse. Postea sequentes Iudaei dixerunt, Bencosban, [15]) id est filium mendacij fuisse. Deinde

---

3) *Ach lieber — schweigest.*] Reb.: Ach bone Deus, velis potius multa alia imponere mala, peste ac alijs infirmitatibus nos corripere quam verbo tuo inter nos tacere,

4) dicit] Reb.: dixit

5) Idem] *sic* Reb.: Cod.: Item

6) *so — kindern,*] Reb.: et sic fieri solet cum filijs perditis,

7) *Ach gott — fallen.*] Reb.: Ach Deus bone conserua nos, ne decedamus a verbo tuo,

8) *wie greulich* — Etiamsi] Reb.: tanta, Mariam Dei matrem ignominia afficiunt, ac si

9) calumniantur.] Reb. *male:* alumniantur.

10) sint 1500] Reb.: sunt centum quingentis

11) *was — tzugehen.*] Reb.: quid tandem fiet in inferno, in quo multo horribilius agetur cum illis.

12) ὁμοουσίῳ] Reb. *corrupte:* ἀμουσιω

13) *dauon — Juden.*] Reb.: ideo ego cum Iudaeis non disputo.

14) Akiba] *sic emendavi nomen* Aiba, *quod* Cod. *falso exhibet, conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 624. nota 6. et Iul. Fuerstii Bibliotheca Iudaica. *Bibliograph. Handbuch der gesammten Jüdischen Literatur Thl. I.* (*Leipzig* 1849. 8°) p. 27—29.

15) Bencosban] *sic* Cod.; *Chald.* בַּר כּוֹזִיבָא filius mendacii, *conf.* Ioh. Buxtorfii Lexicon chald. talmud. et rabb. (Basileae 1639. Fol.) p. 1028. s. h. v.

duos finxerunt Messias, filium Ioseph et filium Dauid, Gomor [*fol. 213b*] inter mendicos esse, donec Deus uocetur. Tertio somniant, quod Messias adhuc sit uenturus, quem expectant. At arbitror nunc Iudaeos factos Epicuraeos, qui de Messia desperarunt, bene operando credunt homines iustificari. ***Wer Moysen höret, Abraham rühmet, der sey selig, Messias komme aber, komme nicht, ist ihnen nichtes daran gelegen.*** Dicunt Messiam instauraturum legem, de de regno mundano illius cogitantes. [16]) Nos amamus hunc populum, at illi superbi et factiosi [17]) sunt erga nos. Certe hic populus excellit magnis priuilegijs. Habuit enim Abraham, Isaac, Iacob, Mosen, Dauid, [18]) Salomon, Daniel, Prophetas, Paulum, cui non doleret tantam gentem perire? Nam latina nostra Ecclesia [19]) nullum habuit praestantiorem [20]) doctorem, quam Augustinum, et orientalis Athanasium, ***wiewohl er nichtes sonderlichs war, darumb sint wir*** [21]) gentes rami insiti in uerum truncum. Prophetae [22]) Iudaeos lineam Christi appellant uirgam pulchram, ***aus diesem schönen gewechse hat Christus kommen müssen, wir heiden sint nicht mer*** Orthodoxi. ***Es seint der mehre teil*** Doctores ***wescher wie*** Chrysostomus, ***das ist ein grober lehrer wie*** Bucerus. [23])

Anno 42. 18. Maij, Wittebergam ueni, et Martino [24]) Luthero significaui [25]) miserandam explosionem Iudaeorum ex Bohemia, et fere toto imperio Romano. Respondit Martinus Lutherus cum singultu: Exilium hoc 1500 annis miserrime experti, et [26]) tamen poenitere nolunt, deridentes sanctam nostram religionem, legitque librum, quem ei comes Schlick miserat eo die, [27]) ubi Rabbini ex Iudaeorum libro Martini Lutheri [28]) contra Sabbatarios inciperent [29]) dubitare. Deinde

16) Rabbi Aiba dixit — — — cogitantes.] ***haec ap.*** Reb. ***non leguntur.***
17) factiosi] ***sic scripsi;*** Cod. ***male:*** factuosi, Reb.: fastuosi
18) Mosen, Dauid,] Reb.: Mosen, Samuelem, Dauid,
19) latina nostra Ecclesia] Reb.: Ecclesia nostra latina
20) praestantiorem] Reb. ***falso:*** praestantior
21) ***wiewol — wir***] Reb.: etiamsi non erat praeclarus vel adeo eruditus, ideo nos
22) Prophetae] Cod. ***calami err.:*** prophaete
23) ***aus diesem*** — Bucerus.] Reb.: ex hac virga pulchra Christum prouenire oportebat, nos gentes non amplius sumus orthodoxi, maior enim pars doctorum sunt Tautologi, quemadmodum Chrysostomus et Bucerus qui valde rudens in docendo fuerunt.
24) Martino] Cod. ***calami err.:*** Martini
25) ueni — significaui] Reb.: venit Aut. Laut. (i. e. Antonius Lauterbach) et M. L. significauit
26) et] ***a*** Reb. ***abest.***
27) miserat eo die,] Reb.: eo die miserat,
28) ex Iudaeorum l. M. L.] Reb.: Iudaeorum lecto libro. M. L.
29) inciperent] Reb.: inceperunt

[illegible] olim ad ipsum [31]) uenisse Rabbinos, Schamaria [32]) [illegible], qui cum illo contulissent, et tandem literas promo- [illegible] petijsse, *an die gleitz leutte,* [33]) quibus meae [illegible] *wen ich nur nicht den* Thola id est Hiesum [illegible] *hat hienein gesetzt.* [34]) Nam hoc nomen Hiesu non [illegible] [35]) blasphemare, et canticum: *Christ ist erstan-* [illegible] oderunt, quapropter quidam Iudaeus in- [illegible] dixisse fertur: *aller lieder singet man sich mit* [illegible], *aber das Christ ist erstanden, must alle Jar* [illegible] *kein Ende habenn.* [37]) Item alius Iudaeus dixit: [illegible] *viel tausent vnschuldig erwurget, die alle geschwie-* [illegible], *allein das* Hiesus *Creutz muss immer gedacht sein,* [illegible] *nicht vergessen wurde.* [38])

ARGVMENTA CONTRA IVDAEOS.

Iudaei adeo sint obdurati, ideo ualidis [39]) argumen- [illegible]di sunt, quale est hoc Hieremiae 23. ubi de Christo [illegible]germine loquitur, quod dicatur iustus, cuius germen [illegible] debeat. Hoc argumentum soluere non possunt, [illegible] *diesen Christum nicht wollen, so mussen sie vns einen* [illegible] *konig von Dauid geben, der regierenn sol, weil son* [illegible] *scheinet,* [40]) ut prophetarum promissiones sonant.

ALIVD ARGVMENTVM.

Aut Deus est iniustus, aut uos estis impij, certum est Iudaeos diutius exulasse, quam in terra Canaan fuistis.

[illegible]icebat] Reb. *male:* licebat
[illegible]sum] Reb.: eum
[illegible]chamaria] *sic* Reb.: Cod.: Schmaria
[illegible] — *leutte,*] Reb.: quo tutum possint habere iter,
[illegible] *ich — gesetzt.*] Reb.: Si Thola, id est, Iesus Christus non esset interpositus.
[illegible]] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
Christ ist erst.] Reb.: surrexit Christus
aller lieder — habenn.] Reb.: Omnes aliae canciones nauseam pariunt, sola cantio haec, SVRREXIT CHRISTVS singulis annis a nouo canitur.
[illegible]int ihr doch — wurde.] Reb.: multa milia interfecti sunt, quorum nunquam fit mentio, solius Christi crucifixi fit mentio in aeternum, illius mors non manet abscondita.
[illegible]alidis] Reb.: validissimis.
weil sie diesen — scheinet,] Reb.: Quia hunc Christum pro Messia et Rege suo agnoscere nolunt, cognatur nobis alium dare Regem, qui in aeternum regnabit

Nam Iudaei ultra trecentos annos non fuerunt in terra promissa, stante templo Salomonis, et nunc exules fuerunt 1500 annis. Neque eos exemplum captiuitatis Babylonicae [41]) consoletur, ubi praefixum tempus septuaginta annorum habuerunt, nec tamen fuerunt sine prophetis et regno, imo Iudaei in Babel [42]) excellentiores fuerunt quam in Hierusalem. Nam Daniel potentior erat Rex, quam Dauid et Salomon in Hierusalem. [43]) Ideo Babylonica illa captiuitas tantum fuit paterna uirga. [*fol. 214*^{b}] At haec postrema captiuitas est extirpatio funditus. Iudaei adhuc expectant, ut nos ad illos [44]) accedamus, quia nunc Hebraea [45]) tractemus, *aber das sol nicht gescheen.* [46]) Optarem illos nostram religionem et Christum crucifixum osculari, et omnia scandala fide uincere, maxime illud de translato sabbatho, quod illos ualde offendit, quod Apostoli in honorem resurrectionis Dominicae in diem Dominicam transtulerunt. At Iudaei caeci et pertinaces legis iustitiam gloriantur, quam praestare non possunt, imo etiam Deum blasphemant hoc legis zelo, quam non debent seruare [47]) extra terram promissam. Summa, hoc argumentum est insolubile Iudaeis, illosque quasi fulmine prosternit. Videlicet ipsi debent causas nominare, cur a Deo 1500 annos reiecti sint, populus sine lege [48]) et grege, sine prophetis, sine templo, ibi nullam possunt reddere rationem, quam sua peccata.

Hierosolymitana [49]) deuastatio fuit horrenda et calamitosissima, adeo ut aliae omnes [50]) ruinae Monarchiarum et plagae Sodomae, diluuij Pharaonis, captiuitatis Babylonicae, nihil sint respectu illius desolationis. Nam illa ciuitas fuit locus Dei, habitatio Dei, focus et lectus [51]) Dei, iuxta illud Psalmi: Hic requies mea, hic [52]) habitabo, quoniam elegi eam. Ibi fuit Lex, sacerdotium, templum, *da ist* Dauid, Salomon, Esaias *gewesen, sint aldo vntzelich viel propheten begraben, dass die Juden auff solche hohe* priuilegia *wol haben mugen trotzen,* [53])

41) captiuitatis Babylonicae] Reb.: Babilonicae captiuitatis
42) Babel] Reb.: Babilonia *(sic)*
43) in Hierusalem.] *a* Reb. *absunt.*
44) illos] Reb. *male:* illi
45) Hebraea] Reb.: Hebraica
46) *aber — gescheen.*] Reb.: verum non fiet hoc.
47) seruare] Reb.: praestare
48) lege] *ap.* Reb. *deest.*
49) Hierosolymitana] Reb. *typ. err.:* Hierosymitana
50) aliae omnes] Reb.: omnes alij
51) lectus] Reb.: electus
52) hic] Reb.: ibi
53) *da ist* Dauid — *trotzen,*] Reb.: ibi fuit Dauid, Salomon, Esaias, etc. Innumerabilia Prophetae ibi sepulti sunt, Iudaei ideo de suis priuilegijs bene gloriari poterunt,

quid nos miserae [54]) gentes et Roma sumus respectu [55]) Hierusalem, *vnser herrgott ist nicht vnser gefangener, er hat noch nicht viel wittenbergisch oder torgisch bier getruncken. hat er das schone Hierusalem also getzieret mit seynem wordt, gesetz, blutfreunden, tempel* etc. *vnnd dennoch Jemmerlich vbergeben. es wirdt vns warlich auch gelten.* [56]) Summa, illa deuastatio Hierusalem horribilior [57]) est omnibus plagis omnium temporum, *Es war auch zu viel, dass sein eigen volck seinen liebsten* [*fol. 215*ᵃ] *son also vor die stadt furen vnnd creutzigen solde,* [58]) Sed adhuc Iudaei [59]) obdurati nondum audiunt, ita confusi per *1500* annos, etiam manifestissime conclusi non cedunt. *Es solt einem wol sein hertz brechen, wan er die Juden also tzerstreuet siehet, das das blut* Hiesu Christi *also schrecklich sol in der hellen brennen.* [60]) *e)* vndique sunt dispersi in imperio iuxta illorum uerba: Regem non habemus nisi Caesarem, *es ist aber ein schedtlich volck,* [61]) omnia [62]) exhaurit foenore et usura, *wo sie einer Obrigkeit 1000 fl. geben, dogegen saugen sie 2000 von den armen vntersassen,* [63]) ideo uitandi sunt. Esto illorum aliqui se medicos glorientur, spoliant tamen Christianos rebus et uita. obsequium se Deo praestare putantes, si Christianos perturbauerint, et nos insensati in uitae nostrae periculis aduersarijs nostris [64]) confidimus, Deum tentando, et recitauit quorundam Iudaeorum medicorum perfidiam et malitiam.

Martinus Lutherus [65]) legit ex libro Hebraeo Iudaeorum superbissimas orationes ad Deum, ubi Deum laudant, inuocant,

---

54) miserae] Reb. *male*: miseri
55) respectu] Reb.: inspectu
56) *vnser herrgott — gelten.*] Reb.: Deus nondum est noster captiuus, non multa cereuisia Witembergae et Torgae bibit, si Ierusalem vrbem clarissimam tam egregie verbo et lege sanguine iunctis templo ornauerit, et postea deuastari profuisit et nobis certa maiora accidere possunt mala.
57) horribilior] Reb. *male*: horribiliter
58) *Es war — solde,*] Reb.: magnum erat peccatum Iudaeorum, quod vnicum Dei filium ante ciuitatem crucifigebant.
59) adhuc Iudaei] Reb.: Iudaei adhuc
60) *Es solt — brennen.*] Reb.: Nec esset mirum cordis alicui adferre dolorem, si Iudaeorum dissipationem videret, et sanguinum Domini nostri Iesu Christi in inferno tantos cruciatos sustinere,
61) *es ist — volck,*] Reb.: est gens peruiliosissima
62) omnia] Reb. *falso*: omni
63) *wo sie — vntersassen,*] Reb.: si principi vel Magistratu ceusum dant 1000 flo. rapiunt econtra subditis illorum 20000 flo.
64) aduersarijs nostris] Reb.: nostris aduersarijs
65) Mart. Lutherus] Reb.: Deinde
e) N. M. in Cod.: *verloren wie des Juden seele.*

quasi soli sint [66]) populus, et omnibus alijs gentibus maledicunt, *dartzu brauchen sie den 23 psalm*: [67]) Dominus pascit me et nihil mihi deerit, etc. [68]) quasi proprijssime de ipsis scriptus esset, Summa, *den armen leutten ist nicht tzu helffen*, [69]) nolunt audire uerbum Dei, suis inuentis student.

Deinde 12. Aprilis 43. anni Martinus Lutherus in libro Hebraeo legit, in quo Iudaeorum festa et orationes hoc seculo usitatae [70]) descriptae erant, in quo miram Iudaeorum praesumptionem mirabatur. Nulla tamen notitia scripturae ibi apparebat, sed iactantia in incertis priuilegijs, nihil intelligunt de gratia et iustificatione fidei, sed natura et sanguine uolunt esse sancti, sicut gentes ex uoluntate carnis. At papistae medium quaerunt, qui neque ex sanguinibus [*fol. 215*[b]] neque ex uoluntate carnis, sed ex uoluntate uiri iusti esse uolunt, illis omnibus reiectis dicit Ioannes: sed qui ex Deo nati sunt. [71])

Martinus Lutherus dicebat: *Wan ich einen fromen Juden mehr vberkomme tzu teuffen, so wiel ich ihnen also balt nach der tauffe auff die Elbbrucken furen, vnd eynen stein an hals hencken vnnd ins wasser sturtzen.* [72]) Nam nebulones illi [73]) omnes nos subsannant in nostra religione, sicut [74]) fecit ille, qui hic Wittenbergae baptizabatur.

Iustus Menius Martinum Lutherum consulebat de Iudaeo baptizando, qui bene esset [75]) Catechisatus, quibus ritibus eum baptizare deberet. Respondit Martinus Lutherus ipsum admonens, ne fucatis Iudaei uerbis deciperetur. Ritus autem baptizandi Iudaeos esset, ut in dolio aqua [76]) repleto Iudaeus exutus et alba ueste indutus, collocetur et immergatur, ideo quia [77]) ueteres post baptismum in albis incedebant. Ideo Dominica prima post Pascha in albis dicebatur. Item, quia mortui in albis sepeliebantur, cuius mortis significatio est.

---

66) sint] *sic recte* Reb.; *in* Cod. *primum erat scriptum*: sunt, *quo deinde emendatum est in*: sint
67) *dartzu — psalm*] Reb.: et vtuntur Psa. 23.
68) etc.] *a* Reb. *abest.*
69) *den — helffen,*] Reb.: miserrimi isti homines nolunt agere poenitentiam,
70) usitatae] *sic scripsi*; Cod.: usitata
71) Deinde 12. Aprilis — nati sunt.] *haec a* Reb. *absunt.*
72) *Wan ich — sturtzen.*] Reb.: si ad manus peruenerit meas ad Baptizandum Iudaeus, ego illum quam primum post baptismum ducam in pontem Albi, et suspensa illi mola asinaria, praecipitem dabo in fluuium.
73) illi] Reb.: isti
74) sicut] Reb.: sic
75) qui bene esset] Reb.: qui est
76) aqua] Reb.: aquae
77) quia] *a* Reb. *abest.*
78) [deo] *ap.* Reb. *deest.*

baptismus, et credo [79]) Christum ita a Ioanne in Iordane [80]) Baptizatum esse.

Iudaei superbissime et uanissime gloriantur, cum iam ultra 1500 annos [81]) miserrime orbati sunt omni gloria et priuilegijs. Nam in septuaginta annis captiuitatis Babylonicae [82]) tanta confusio facta fuit, ut difficillime suas agnoscerent tribus, quid nunc tam longo tempore deberet [83]) fieri, ubi a gentibus toties profligati et captiuati sunt, *do die krieges knechte ihrer weiber vnd tochter nicht verschonet haben*, [84]) ita ut fere [85]) omnes sint spurij, neque ullus suam tribum nouit. Et Martinus Lutherus recitauit magni cuiusdam Rabbini praesagium, qui apud Episcopum Caminensem dixisse fertur: *Mein vater ist ein grosser* Rabbinus *gewesen, der hat* [*fol. 216*[a]] *viel gelesen vnnd gewarttet auff* Messiam, *aber endlich vertzaget an alle hoffnung vnd angetzeiget: Wan der messias nicht komme, wan man schriebe 1500, so wolt er keinem Juden weitter tzu hoffen radten, so müste Hiesus Christus derselbige gewiesslich sein.* [86])

Dicebatur de extrema [87]) Iudaeorum coecitate [88]) et pertinacia. Respondit Martinus Lutherus: Magnum habent priuilegium prae omnibus gentibus, summas promissiones et cultus, qui rationis sapientiae plus arrident quam doctrinae noui testamenti, *die Juden konnen sich mit dem turcken leichtlicher vergleichen denn mit den Christen.* Nam Iudaei et Turcae concordant in uirtute Dei, neuter credit Trinitatem, in baptismatibus, circumcisione et externis ceremonijs mutuo correspondent.

Omnium pauperrimi sunt Iudaei, ubique expelluntur, attamen omnia patiuntur et cum desiderio expectant liberationem dicentes: *Es wirt bald besser mit vns werden.* Ita in

---

79) credo] *a* Reb. *omissum est.*
80) a Ioanne in Iordane] Reb.: in Iordane a Ioanne
81) 1500 annos] Reb.: annos 1500
82) Babylonicae] Reb.: Babiloniae (*sic*)
83) deberet] Cod. *male:* debere
84) *do die — haben,*] Reb.: vbi vxores et filiae illorum per milites crudeliter interfecti sunt,
85) ita ut fere] Reb.: ita fere vt
86) *Mein vater — sein.*] Reb.: Pater meus magnus est Rabinus, multi legit, et Messiam diu expectauit, vltimo tamen desperans dixit, si non appareret Messias, cum iste numerus videlicet 1500. scriberetur, tunc omnibus se consilium daturum Iudaeis vt spem suum de futuro Messia deponerent, Christum enim ipsum Messiam fore.
87) extrema] Cod. *calami err.:* extremo
88) Dicebatur de extrema Iudaeorum coecitate — — impie abutuntur.] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

summa confusione se attollunt. *Ich rate aber, das mann keinen herren mache denn der schon gemacht ist.* Christum qui sedet ad dextram patris. Nam Iudaeis neque labor neque artificia neque pecudes conceduntur, tantum foenore, permutationibus equorum, *rossteuschen*, et uestium se alunt, et magistratibus, sub quibus uiuunt, acerbe multantur, nihil edunt, quae Christiani attrectarunt. Vinum non bibunt, infinitis obruti sunt superstitionibus, mira superstitione uitant sanguinem, carnes diligentissime lauant, cum tamen non possint sanguine purgari. Nam caro nihil aliud est quam massa sanguinea, etsi diligentissime lota et eneruata. Cum Deus tantum de effuso [*fol. 216b*] sanguine locutus est. Eodem cultro non edunt lac et carnes, quia Deus mandauit: non coques hoedum in lacte matris suae. Istae infinitae supersticiones ex ira Dei ortae sunt, nam qui extra fidem sunt, sine fine leges et traditiones habere conantur, sicut hodie apud papistas, Turcos uidemus. Et merito Iudaeis accidit ita, quia postquam Christum et eius Euangelium habere nolunt, pro libertate seruitutem eligere debent. Obseruate, qualem libertatem nobis Deus dederit per Euangelium, si tantum auricularis confessionis carnificinam consideremus, quae traditionum est minima, attamen nunquam pro Euangelio reuelato gratias dignas agere possumus, papatu adhuc florente quilibet rex dedisset 10000 fl. princeps mille, nobilis centum, rusticus 20 pro illa libertate conscientiae, qua per Euangelium adepta nemo illam curat, nec Deo gratias agit. Ita hodie Euangelium papistis et Waldensibus libertatem attulit, sed illa sine gratiarum actione impie abutuntur. [88]) Iudaeos in Saxonia habitasse credibile est, quod ex huius regionis habitationibus perspici potest, ut aedificia et [89]) nomina locorum demonstrant. Ideo Deus suum uerbum in illis locis resurgere uoluit. *Judengasse, Neugasse* [90]) fuerunt plane Iudaica, et arbitror suem in templo illis in ignominiam sculptam esse, sicut [91]) et oppidulorum et pagorum nomina indicant, Zinnen, Zahn, Dame, Resen, Siegrehen, Selwitz, Pratha, Tabhrun [92]) etc. Magna ira Dei est Iudaeos ita profugos, hinc inde agitari incertis sedibus, et in summo contemptu tam misere uiuere, [*fol. 217a*] et tamen Messiam expectant, suas praerogatiuas gloriantur, contra quas

---

89) et] *sic* Reb.; *a* Cod. *abest.*
90) *Judengasse, N.*] Reb.: Platea Iudaeorum, platea noua
91) Iudaica, et arbitror suem — esse, sicut] Reb.: Iudaica (et arbitror suam — esse) vt
92) Zinnen, Zahn, Dame, Resen, Siegreheu, Selwitz, Pratha, Tabhrun] Reb.: Zymen, Dameu, Resen, Sygretz, Selwitz, Pratha, Thabtun

Paulus summo labore pugnauit Rom. 2. Tu Iudaeus es, et circumcisionem gloriaris etc. [93]) Rom. 9. Quorum est legislatio, cultus, patres, testamentum promissionis [94]) etc. Haec summa gloria Iudaeorum est, [95]) *vnnd ist S. Paulo ser sauer worden*, [96]) talia confutare et reijcere. (Nam uidemus hodie, quam difficile sit uerbo Dei contra fictum papatum fulminare) [97]) qui dixit se uocatum ad gentes. Si essem Iudaeus uerus, antequam papa me ad suum cultum persuaderet, *wolt ich mich ehe tzehnmal lassen redern*, [98]) imo [99]) Papatus sua abominatione et prophanatione infinita scandala Iudaeis dedit. Facile crederem, si Iudaei conciones nostras et tractationes ueteris testamenti audirent, quod multi uincerentur, qui disputationibus tantum irritantur, quia [100]) nimis sunt superstitiosi. Si unus aut alter Rabbi deficeret, *so sollte sich ein solch fal hebenn, dan sie sint des herren schir mude.* [1])

Michael Iudae [2]) mulctatus a suo Domino 70000 flo. dixit, *Es hette ihnen eine mücke gestochen.* [3]) Is simulauit apud Albertum Schlick se esse comitem ab Hennenberg, et honorifice tractatus est, tandem proditum esse, male habuit Albertum. Non igitur ferendi sunt propter impoenitentiam et usuram, Francfordia ad Moenum [4]) plena est. Cremona ciuitas tantum 28 Christianos incolas habet. Miserrimi igitur sunt Iudaei, ubique [5]) expelluntur, nullis castigationibus emendantur, in paucis regionibus et ciuitatibus tolerantur, *mussen in engen heusern bey einander stecken*, ut fere 50 personae [*fol. 217*[b]] in tali uaporario [6]) cohabitarent. [7]) Francofordia Iudaeis referta est, qui [8]) signum circuli in uestitu gestare coguntur, domos nec agros proprios habent, tantum mobilia posside-

---

93) etc.] *a* Reb. *abest.*
94) promissionis] Reb.: promissiones
95) est,] *sic* Reb.: *a* Cod. *abest.*
96) *vnnd ist — worden,*] Reb.: et D. Paulus difficillime potuit
97) (Nam — fulminare)] Reb.: Nam — fulminare,
98) *wolt — redern,*] Reb.: ego prius mortem obirem,
99) imo] *a* Reb. *abest.*
100) quia] Reb.: qui
1) *so sollte — mude.*] Reb.: tunc demum ruina accederet, longa enim ista expectatio Messiae, nauseam illis parit.
2) Iudae] Reb.: Iudaeus
3) *Es h. — gestochen*] Reb.: muscam illum laesisse.
4) Francfordia ad M.] *sic scripsi;* Cod.: Francfordiacis Moenum, Reb.: Francfordia
5) ubique] Reb.: vbi
6) uaporario] Cod. *calami err.:* uaporatio
7) *mussen in* — cohabitarent] Reb.: oportet illos cohabitare inter se in augustis domibus.
8) Francofordia — qui] *pro his habet* Reb.: Franckfordiae

D. MARTINI LUTHERI COLLOQUIA

[M]EDITATIONES, CONSOLATIONES, IU-[D]ICIA, SENTENTIAE, NARRATIONES, RESPONSA, FACETIAE

E

CODICE MS. BIBLIOTHECAE ORPHANOTROPHEI HALENSIS CUM PERPETUA COLLATIONE EDITIONIS REBENSTOCKIANAE

EDITA

ET PROLEGOMENIS INDICIBUSQUE INSTRUCTA

AB

HENRICO ERNESTO BINDSEIL

PHILOS. DOCTORE, PROFESSORE,

ORDINIS AQUILAE RUBRAE IV. CL. EQUITE,

BIBLIOTHECAE REGIAE ACADEMIAE FRIDERICIANAE HALENSIS CUM VITEBERGENSI CONSOCIATAE PRAEFECTO SECUNDARIO, SOCIETATIS GERMANICAE ORIENTALIS, HISTORICO — THEOLOGICAE LIPSIENSIS, ET INSTITUTI AFRICANI PARISIENSIS SODALI.

TOMUS II.

LEMGOVIAE & DETMOLDIAE

TYPIS SUMTIBUSQUE MEYERIANI BIBLIOPOLEI AULICI.

1864.

Praefatio.

Primum gratias ago maximas Viris clarissimis, qui sua de hoc opere iudicia in Ephemeridibus literariis *) pronuntiarunt, consiliumque, quod in eo secutus sum, benevole probarunt. Deinde pauca monenda sunt de mutato numero Tomorum, qui haec Lutheri colloquia latina complectuntur. Prius enim propositum erat, ut haec Editio aeque ac Rebenstockiana duobus Tomis absolveretur; sed nunc aptius visum est eam in tres distribuere Tomos, ne alter maiore plagularum numero a priore nimis differret et multo serius in lucem prodiret. Ille Tomus continet Codicis fol. 1 — 218^{b} med., hic secundus complectitur fol. 218^{b} — 455^{b} init., tertius ultimusque proximo anno edendus reliquam Codicis partem fol. 455^{b} — 654^{b} continebit indicesque locupletissimos.

Halis, mense Octobris 1864.

Bindseil.

---

*) Iudicia, quorum cognitionem hucusque cepi, leguntur in hisce Ephemeridibus literariis: 1. *Heidelberger Jahrbücher der Literatur*, 1863. Nr. 46. pag. 736.; 2. *Literarisches Centralblatt für Deutschland* ed. Dr. Frid. Zarncke, 1863. Nr. 47. pag. 1105 sq.; 3. *Theologisches Literaturblatt* ed. Dr. Car. Zimmermann, 1864. Nr. 31. pag. 186 sq.; 4. *Göttingische gelehrte Anzeigen*, 1864. *St.* 17. pag. 641 — 651.; 5. *Zeitschrift für die gesammte lutherische Theologie u. Kirche* ed. Dr. Fr. Delitzsch et Dr. H. E. F. Guericke, 1864. IV. *Quartalheft* pag. 682 sq.

Conspectus
capitum eorumque partium colloquiorum mensalium D. M. Lutheri,
quae continentur in huius editionis Tomo I.

Deus	pag.	1
Trinitas	—	7
Discrimen inter generationem et processionem	—	9
Christus	—	10
Christi regnum	—	12
Ecclesia, quae regnum Christi dicitur	—	13
Ministerium Ecclesiae et vocatio ministrorum	—	22
Utrum vocatus sit ille, qui ambit praedicaturam ministerii	—	22
De Excommunicatione	—	25
Admonitio scripta D. M. Lutheri ad Ioh. Metzsch	—	27
De excommunicatione exhortatio publica D. M. Lutheri a. 1539. Dominica Invocavit post concionem	—	30
Verbum Dei, Evangelium. De Lege	—	34
De contemptu verbi prophetia	—	46
Iustificatio	—	51
Fides	—	54
Sanctificatio per fidem	—	57
Fides et spes differunt	—	60
Invocatio et oratio	—	62
Papa triplex orandi genus praecepit	—	66
Confessio auricularis	—	68
Obiectio	—	72
Patientia	—	72
Liberum arbitrium	—	73
Pax et concordia	—	74
De Praedestinatione	—	78
Cur in Adam plures damnentur quam in Christo salventur	—	78
Argumentum	—	81
Legendae Sanctorum	—	82
De Extremo Iudicio	—	84
Morbi	—	90
Medicamenta et medicina	—	95
Mors	—	98
De obitu suae filiae	—	102
De morte	—	103
Resuscitatio mortuorum	—	108
Vita aeterna	—	110
Damnatio et Infernus	—	115
Missa privata	—	118
Canon Missae	—	121
An liceat christiano homini Missae papisticae interesse	—	123

Monasteria, Monachi, vita et deliciae Monachorum . pag. 124
Duae causae sunt, quae faciunt Monachum . . — 124
Electoratus Saxoniae . . . . . — 125
Facultates Papae . . . . . — 135
Papistarum vitia et libidines . . . . — 136
Papistarum furor et pertinacia . . . . — 137
Defensores et ministri Papae . . . . — 146
Mortes Papistarum . . . . . — 158
Roma . . . . . — 161
Mundus illiusque ingratitudo et malitia . . . — 167
Quaestio . . . . . — 169
Epicurismus in mundo . . . . . — 179
Ingratitudo civilis . . . . . — 183
Scandala . . . . . — 184
Idolatria . . . . . — 185
Ira . . . . . — 191
Arrogantia . . . . . — 191
Tristitia, laetitia . . . . . — 193
Ebrietas . . . . . — 195
Quaestio. An peccanti in ebrietate sit parcendum . — 196
Otium, labor . . . . . — 197
Consuetudo quam difficile deponatur . . . — 198
Prodigia, portenta miraculosa . . . . — 199
Spectra . . . . . — 206
Oracula . . . . . — 209
Somnia . . . . . — 210
Tempestates . . . . . — 211
Complexiones . . . . . — 215
Tempora et annus climactèricus, id est, gradualis septimus . — 217
Diabolus, illius natura, conatus, insidiae, figura, expulsio . — 218
Terriculamentis Satanae quomodo resistendum . . — 224
Quaestio. Quomodo Diabolus possit videre in cordibus hominum, quae ipse suggerit . . . . . — 227
(De supposititiis) . . . . . — 231
De odio Diaboli adversus homines . . . . — 232
Iudicium de his, qui sic pereunt . . . — 235
Phrenetici a Diabolo obsessi quomodo tractandi . . — 239
Homo eiusque lapsus et miseria . . . . — 242
Quaestio de lapsu hominis . . . . . — 245
Infantes . . . . . — 251
Mulieres, uxores . . . . . — 252
Parentes . . . . . — 253
Στοργαὶ parentum . . . . . — 255
Liberorum ingratitudo . . . . . — 256
Familia . . . . . — 258
Sermo . . . . . — 259
Linguae . . . . . — 260
Eruditio et literae . . . . . — 264
Eruditi in genere . . . . . — 265
Iudicia de eruditis nostro seculo . . . . — 266
De Erasmo Roterodamo . . . . — 272
De Concilio Constanciensi excerpta ex libro quodam . — 280
Haeresiarcha . . . . . — 281
Catalogus et numerus Papistarum in Concilio Constanciensi — 281
Ius . . . . . — 285
Iurisperiti . . . . . — 287

Exhortatio ad Iuristas . . . . . pag. 294
Utrum hosti fides sit servanda . . . . . — 296
Politia . . . . . — 298
Magistratus . . . . . — 300
Epistola ad Ioannem Scultetum . . . — 303
Principes . . . . . — 304
De Duce Georgio . . . . . — 317
Electores Saxoniae . . . . . — 318
De morte Ioannis Electoris . . . . — 345
Prognosticon M. Lutheri in libello illius inventum, per Iust. Ionam germanice translatum . . . . . — 349
Regna . . . . . — 351
Reges et reginae . . . . . — 353
Foedera Protestantium . . . . . — 358
An liceat Christiano uti defensione . . . . — 361
Phil. Melanthonis de eadem quaestione iudicium . . — 367
Consilium M. Lutheri: Quid agi debeat in tuendo Evangelio — 367
Iudicia. An in iudicio liceat contendere . . . . — 369
Regiones, terrae situs, mores, populi . . . . — 372
Hispani . . . . . — 377
Anglia . . . . . — 378
Ungaria . . . . . — 379
Saxonia . . . . . — 380
Hassia . . . . . — 382
Thuringia . . . . . — 383
Schotti . . . . . — 384
Germania . . . . . — 386
Turca . . . . . — 395
De lingua Turcica . . . . . — 406
Praesumptio et temeritas . . . . . — 408
Divitiae et thesauri . . . . . — 409
Quaestus et usura . . . . . — 410
Furtum . . . . . — 413
Waldenses . . . . . — 417
Wicklef et Hus . . . . . — 419
Veritas . . . . . — 419
Mendacium . . . . . — 419
Dicta, proverbia et sententiae . . . . — 421
Pro lege et pro grege . . . . . — 423
Iocosa, festiva, fabulae . . . . . — 423
Casus forensis de asino . . . . . — 424
Testamentum asini . . . . . — 424
Lege lata fraus legis nascitur . . . . — 425
Themata papistica . . . . . — 428
De coniugibus dissidentibus . . . . — 428
Contra sciolos fabula *von Hans Pfriemen* . . . — 429
Dyssenteria M. Lutheri in merdi poetam Laemmichen . — 432
Quilibet est rex in sua domo caeteris paribus . . — 434
Ingenia poetica . . . . . — 435
Profectio D. M. Lutheri Wormatiam 1521. 18. Maii . — 438
Moriones stolidi . . . . . — 441
An etiam moriones salventur . . . . — 442
Recordatio M. Lutheri contra privilegia et prohibendi gradus — 443
Iudaei . . . . . — 451
Argumenta contra Iudaeos . . . . . — 457

Conspectus
capitum eorumque partium colloquiorum mensalium D. M. Lutheri,
quae continentur in hoc Tomo II.

	pag.
Absolutio privata	1
Abominationes Papisticae	1
Scortatio Canonicorum	3
Discrimen inter haereticum schismaticum et male catholicum	7
Ecclesiae titulus	11
Abnegatio verbi	12
Universitates	13
Depositionis ritus	14
Academia Vitebergensis	16
De gradibus in scholis	18
Adolescentes	19
Puellae virgines	20
Adversarii haeretici contra D. Lutherum	21
Campanus	25
Errores Campani	26
De arrogantia Doctorum	30
Thomas Muntzerus	32
Sacramentarii Augustanenses	34
Quomodo cum fanaticis agendum, instructio D. M. Lutheri Dom. Ioanni Mantel in Mülhausen	40
De Sacramentariorum negotio fucato et fallaci	45
Negotium Buceri cum D. M. Luthero 1535. 15. Ianuarii	47
Consilium D. M. Lutheri eiusque sententiae	48
M. Buceri sententia a. 1535. 15. Ianuarii	50
Additio D. M. Lutheri post reditum Phil. Melanthonis ex Hassia	53
De Conventu Doctorum in Witemberga a. 1536. 29. Maii	54
Antinomi	57
Adulteri, scortatores	78
Historia de deprehenso adultero et fame necato	84
Agnitio peccati, peccatum	85
Peccata in Spiritum Sanctum	88
Alchimia	91
Allegoriae quomodo tractandae	92
Sensus Scripturae	93
Typi	95
Anabaptistae haeretici	96
Contra Anabaptistas, qui ideo pueros baptizandos negant, quia fidem non habeant	97
De Baptismo parvulorum	98
Contra haec argumenta Anabaptistae sic disputant	99
Argumenta Phil. Melanthonis parvulos baptizandos esse	100
Confutatio aliquot obiectionum Anabaptisticarum	101

Quid prosit Baptismus parvulorum . . . pa
Andwort auff des Landgraven anregen D. M. Luther wider die Anabaptisten zu schreiben . . —
Angeli . . . . . —
Angelorum custodia . . . . . —
Animalia . . . . . —
Annus iubileus . . . . . —
Apologia apud Caesarem . . . . . —
Apologiae efficacia . . . . . —
De Antichristo . . . . . —
Apostoli . . . . . —
Apparatus et luxus epularum et vestitus . . . —
Vestitus . . . . . —
Aquae . . . . . —
Aquae non ultra littus . . . . . —
Apes . . . . . —
Arbores . . . . . —
Arcanorum vel mysteriorum inquisitio extra verbum Dei . . —
Artes et inventiones mirabiles . . . . . —
Artes a Deo conservantur . . . . . —
Artes Monarcharum opera conservantur . . . —
Artes nostro seculo . . . . . —
Disputationum utilitas . . . . . —
Musica . . . . . —
Astronomia . . . . . —
Astronomia quantum probanda . . . . . —
Astrologia . . . . . —
Quaestio . . . . . —
Aula fons invidiae . . . . . —
Avaritia mundi detestabilis . . . . . —
Pecuniae non est fidendum et avaritia est signum et praeludium mortis . . . . . —
Avaritia Parochorum . . . . . —
Aus Schimpf wird Ernst. . . . . . —
Aves, volatilia . . . . . —
Augustana Comitia laudanda . . . . . —
Adversarii Evangelii, qui Augustae fuerunt . . . —
Doctores, qui a partibus Evangelii Augustae fuerunt . —
D. Georgii Spalatini scriptum . . . . . —
Protestatio legatorum Regis Mathiae . . . —
Acta D. M. Lutheri cum Caietano Cardinali Augustae . —
Authores . . . . . —
Αὐτόχειρες . . . . . —
Exemplum muliebris pudicitiae . . . . . —
Iudicium quorundam Theologorum de iis, qui sibi mortem conciverunt vel alias repentina morte obierunt . . —
Iudicium D. M. Lutheri de muliere sepulta, quae sibi ipsi mortem conciverat, ad Fridericum Myconium . . . —
De morte D. Ioannis Kraus Hallensis iudicium D. M. Lutheri —
Baptismus . . . . . —
Gevattern bitten . . . . . —
Argumentum . . . . . —
Quaestio . . . . . —
Baptismus triplex est . . . . . —
Regula D. M. Lutheri in articulis de sacramento . . —
Baptismus infantum . . . . . —

De infantibus in utero matris baptizandis, baptismus in partu, de abortu et monstris . . . pag. 190
Bellum, bellica . . . . . — 190
Bellum expectandum et maximae poenae . . — 196
Arma bellica . . . . . — 197
Colloquium D. Lutheri cum Ph. Melanthone de bello paschali inter Electorem et Ducem Mauritium . — 199
D. M. Lutherus Doctori Hieronymo Wellero . . — 201
Duces praestantes et heroici . . . . — 202
Seditio . . . . . — 205
Biblia et Scripturae sacrae autoritas . . . . — 206
Libri sacrae Scripturae . . . . — 211
De translatione librorum . . . . — 212
Libri Veteris Testamenti . . . . — 216
Libri Novi Testamenti . . . . — 222
Quinti cap. Matth. summa . . . . — 223
Psalmi diversi generis . . . . — 224
Status Psalmorum quomodo quaerendus . . — 224
Explicatio dialectica Phil. Melanthonis Psalmi 51 . — 226
Psalmus 133. Ecce quam bonum et quam iucundum — 227
Catechismus seu doctrina christiana . . . . — 232
Decalogus . . . . . — 232
Symbolum . . . . . — 233
Oratio Dominica . . . . . — 233
Baptismus . . . . . — 234
Coena Domini . . . . . — 234
Decalogus est summa omnium virtutum erga Deum et erga homines, neque unquam est perfectior liber de virtutibus . . . . . — 241
Quomodo colendus et apprehendendus Deus . . — 244
Sententiae Veteris Testamenti . . . — 246
Abraham emit speluncam duplicem. Gen. 23. . — 248
In silentio et spe erit fortitudo vestra. Esaiae 30. . — 249
Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech . — 249
Et ipsum conteret caput serpentis . . . — 249
Et ascendit sicut virgultum coram eo. Esaiae 53. . — 250
An David non peccaverit, cum adversus populum Dei se pugnaturum promitteret Achis 1. Reg. 28. . — 255
Sumptus Salomonis quotidiani . . . — 256
Visitans iniquitatem patrum etc. . . . — 257
Allegoria decem plagarum, quibus Pharao est affectus propter contumaciam Exod. 11. . . — 258
Lucta Iacob cum filio Dei . . . . — 260
Imago Christi proposita in cap. 12. Exodi . . — 260
Effectus conspersionis et applicationis . . — 261
Connexa manducationis agni . . . . — 262
Adiacentia manducationis . . . . — 263
Ci et sententiae Novi Testamenti . . . — 264
Spiritus arguet mundum de peccato . . . — 265
Generales sententiae in particulares . . . — 266
Qui me confessus fuerit coram hominibus . . — 267
Laurentio Kastner in Testamentum Novum manus D. Lutheri. Ioannis 14. . . . . — 267
Ecce duo gladii hic, etc. . . . . — 268
Lucae 1. Spiritus sanctus obumbrabit te . . — 269
Evangelium de divite et Lazaro. Lucae 16. . . — 270

Rom. 12. Ne imitemini gestus huius mundi . pag. 274
Vocabulum Iustitiae . . . . . — 274
Qui recipit vos in nomine prophetae, mercedem prophetae recipiet . . . . . — 277
Rom. 9. Paulus vult esse anathema pro fratribus suis — 277
Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere etc. . — 277
Actor. 23. Nesciebam hunc esse pontificem . . — 277
Consilium M. Lutheri supra locum 1. Petri 4. . — 278
Quaestio . . . . . — 278
Passiones Christi abundant in nobis . . . — 279
Tradidi corpus Sathanae . . . . — 280
Bona opera et eorum praemia . . . . — 280
Eleemosynae . . . . . — 282
Facultates et bona ecclesiastica . . . — 284
Calamitatum, crucis et tentationum utilitas . — 287
Davidis tentationes . . . . . — 288
Adhortatio ad ferendas afflictiones . . . — 289
Consolatio in summa tentatione D. M. Lutheri ad Ioannem Schlaginhauffen . . . . — 290
Prima intentio retinenda adveniente tentatione . — 291
D. M. Lutherus Hieronymum Wellerum moestum et conquerentem consolatur . . . . — 294
Scriptum M. Lutheri ad Mag. Antonium Lauterbachium — 303
Consolatio contra persecutionem . . . . — 305
Visitatio infirmorum . . . . . — 306
Tentatio Christi Matth. 4. . . . . — 307
Consolatio tentati cuiusdam . . . . — 308
Contra tentationes spiritus . . . . — 309
Absolutio cuiusdam adolescentis, qui se Diabolo devoverat — 310
Afflictiones piorum . . . . . — 311
Phil. Melanthonis sententia de afflictione . . — 318
Cardinales . . . . . — 320
De Carolo V. et Ferdinando . . . . — 322
Ferdinandus . . . . . — 324
Nobiles . . . . . — 330
De Coniugio . . . . . — 332
Uxor morosa . . . . . — 343
De imparibus . . . . . — 345
Reconciliatio Marchionissae . . . . — 346
Crotus blasphemans coniugium sacerdotum . . — 348
Quaestio: An minister propter verbum coniugium intermittere possit — 350
Alia quaestio . . . . . — 351
Alia quaestio . . . . . — 352
Opera coniugii et conceptio . . . . — 353
De Coniugio Sacerdotum . . . . — 358
Digamia . . . . . — 360
Polygamia . . . . . — 362
Coelibatus . . . . . — 363
Casus matrimoniales . . . . — 367
Quaestio . . . . . — 371
Causa divortii . . . . . — 372
Alius casus . . . . . — 373
De votis clandestinis . . . . — 375
De causis divortii . . . . . — 383
Formula citandi desertores aut in adulterio viventes D. M. Lutheri — 387
Quaestio 388

ABSOLVTIO PRIVATA. *)

Verbi diuini magna est uirtus et summa conscientiarum consolatio, ubi fratres sese mutuo [1]) uerbo Dei consolantur et erigunt. Clauium et absolutionis priuatae insignis est usus, ubi misere conscientiae sedantur, quapropter omnibus modis in Ecclesia est retinenda. Ego in papatu monachus tristitia et tentationibus grauissimis uexabar, et saepius ex unico uerbo fratris erigebar. [2]) Deus sperare te iussit. Nostra [3]) salus et refugium est fides in Deum. *Warumb wollten wir gott nicht trawen, der vns heisset, befiehlet in ihnen tzu hoffen mit veterlicher tzusagung.* [4]) Et hoc uerbo me uiuificauit. Quapropter hunc thesaurum Ecclesiae magni faciamus.

[*fol. 219a*] ABOMINATIONES PAPISTICAE. **)

Wolffgangus Calixti retulit Luthero historiam de disputatione Romana, cui plus triginta magistris [5]) interfuissent, disputantes contra autoritatem Papae, quem iactarunt dextra manu imperare angelis [6]) in coelis, sinistra animas extrahere purgatorio, illiusque personam diuinitate [7]) mixtam. Econtra ipsum disputasse, Papae tantum autoritatem datam in terris ligandi

---

*) Reb. II, fol. 28b extr. — fol. 29a lin. 15. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 291 sq. cap. 18. §. 8.

**) Reb. II, fol. 71a lin. 3. — fol. 72a lin. 13. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 237. cap. 27. §. 115.

1) sese mutuo] Reb.: mutuo sese
2) erigebar.] Reb. *typ. err.*: erigebat.
3) Nostra] Reb.: Item nostra
4) *Warumb — tzusagung.*] Reb.: cur Deo nostro non fideremus, qui iubet nos vt in ipso speramus additis promissionibus paternis.
5) magistris] *sic* Cod.; Reb.: Magistri
6) imperare angelis] Reb.: Angelis imperare
7) diuinitate] Reb.: diuinitati

grauati [11]) sunt.

Doctor Iustus Ionas asserebat, se a multis synceri ribus audiuisse, Ecclesiae reformationem diu desiderat nullum talia tentare ausum, quia Romanus Pontifex buebat: [12]) Noli me tangere, ideo omnes tacuisse. dit D. Martinus Lutherus: *das habe ich auch wol ge* Nam Doctor Staupitius ad me haec uerba [14]) dixit tentaueris, totum mundum contra nos irritabis, add uerba: Ecclesia sanguine fundata est irrigata et propa *wirdt mit diesem blut begossen, getunget vnnd geschne* Ideo optarem omnes, qui Euangelium serio [17]) uellent ut [18]) considerarent [*fol. 219*[b]] abominationes papisti cretales, sententiarum libros, et praecipue Missarum tiones et profanationes perpenderent, ob quas sola Deus mundum demergere potuisset, contra scandal sui nominis gloriam.

Libri Ioannis Capellae, *) uidelicet [20]) confor *die vergleichnuss Christi vnnd Frantzcisci sint so vol lugen*, [21]) ut autor a Diabolo obsessus iudicetur, non s spiritualiter, sed etiam corporaliter. Horrenda enim e

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 237 sq. cap. 27. §. 116. sect.

8) papisticorum Episcoporum] Reb.: Episcoporum Papisticorum
9) synceriter] *sic* Cod.; Reb.: syncere
10) participasse,] Reb.: distribuisse,
11) praegrauati] Reb. *male:* praeuagati
12) sibi tribuebat:] Reb.: nomen sibi tribuebat.
13) *das — gewust.*] Reb.: hoc ego bene scini.
14) ad me haec uerba] Reb.: haec verba ad me
15) est irrigata et propagata.] Reb.: irrigata et propagata est.
16) *wirdt — geschneittelt.*] *pro his exhibet* Reb. *haecce:*

Tertull.

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cepit,
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.

17) serio] Reb.: syncere et serio
18) ut] *sic* Reb.; Cod.: et
19) in] *sic* Reb.; Cod.: et
20) uidelicet] Reb.: scilicet
21) *die vergleichnuss — lugen,*] Reb.: comparatio Christi et mendaciorum magnorum adeo plena est,
22) solum] *sic recte* Reb.; *in* Cod. *deest.*
23) effutit] *sic* Cod.; Reb.: effudit

mendacia. Christum appellat typum Francisci et ait, [24]) Christum resignasse iudicium Francisco super omnes fratres suos salutandi et damnandi. Horrenda profecto mendacia, *die mer glaubens bedurffen* [25]) quam articuli fidei.

FRANCISCANI *sint vnnsers herrgotts leuse*, *) *die der teuffel in Adams peltz gesetzt hat. Prediger mönche sint die flöhe, die haben sich Ewig mit einander gebissen.* [26])

Papa, **) ut fertur, omnes Lutheranos in gratiam recipit, coniugatos etiam praedicatores, modo quae ipsi uult praedicenti, suasque uxores pro scortis habeant. *pfu dich wollan, was dörff der teuffel thun*, [27]) adulterium impunitum relinquere. Negligere coniugium est [28]) humanum, sed damnare prorsus est Deum contemnere. Ita Wicelius fouetur Islebij [29]) cum sua coniuge accersitus a Comite Hoier. [30]) *Ich wiele keiner fremen frauen radten, dass sie der messen bey ihnen bleybe.* [31]) Exemplum uidemus in Papa nostro, qui Deum et homines irridet in religione et politia, contra omnem [*fol. 220a*] pietatem et honestatem ludit. Nam filius illius spurius, Caesaris illegitimam duxit filiam, creatus est Dux Florentinus, [32]) *schemet sich gar nichtes, wiels tzu ehren gerechnet sein, der sich in sein hertz schemen must, so er anders ein pfaff wolt genennet sein*, etc. [33])

SCORTATIO CANONICORVM. ***)

Dominus a Buna [34]) narrauit reformationem factam inter canonicos Zitzenses et Naumburgenses, coactos [35]) dimittere

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 290. cap. 30. §. 11. sect. 3.
**) *Conf.* ibid. III. p. 238. cap. 27. §. 116a. 116b.
***) Reb. II, fol. 72a lin. 14. — fol. 73b lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 238 sqq. cap. 27. §. 118. 119.
24) et ait,] Reb.: ait etiam
25) *die mer gl. h.*] Reb.: quae maiore fide opus habent
26) *sint vnnsers h.* — *gebissen.*] Reb.: Domini nostri pediculi sunt, quos Sathan pellicae vesti Adami imposuit, Praedicatores monachi pulices sunt, hi bellum diuturnum inter se habuerunt.
27) *pfu dich* — *thun,*] Reb.: Phui quid non audet efficere Diabolus.
28) aut] Reb. *male*: et
29) Wicelius fouetur Islebij] Reb.: Islebij fouetur Wicelius
30) Hoier.] *sic* Reb.; Cod.: Heher.
31) *Ich wiele* — *bleybe.*] Reb.: Ego matronae honestae non suaderem, hoc modo illi cohabitare.
32) Florentinus] Reb.: Florentiae,
33) *schemet sich* — *sein*, etc.] Reb.: non putat magnum esse dedecus, sed in hac re laudari capit et omnem pudorem reiicit, cum potius istud ab isto matrimonio abhorrere deberet.
34) Buna] *sic* Cod.; Reb.: Bunau
35) coactos] *sic recte* Reb.; Cod.: coactus

sua scorta, quod uix quatuordecim diebus obseruatum, se continere non potuerunt, iterumque eas [36]) reduxerunt, sed cum certo promittere non possent se eas retenturos et defensuros, *haben sie dieselbige auffes newe mussen kleiden, das man sie nicht gekandt hat.* [37]) Et aiunt opificem serrarium quendam [38]) dixisse: *Er hette in viertzen tagen vberaus viel tzu erbeiten gehabet nacht vnd tag schlüssel tzu machen, dan viel burgerinne woltten nun schlüssel tzum pfarhause haben* [39]) expulsis scortis. Respondit Martinus Lutherus: Vtinam Deus non ita irrideretur [40]) contra ordinationem et mandatum illius perpetrando. Si enim iusti uix persistent, quid accidet impijs illusoribus et blasphemis. At Papistae confidentes in suo Deo Papa, [41]) secure peccant, ut quidam magnus Doctor impudenter dixit, se aeternam foelicitatem sperare, [42]) ter quaterque foelicem esse in seruiendo Papae. Nonne [43]) mirum fiduciam ponere in cucullam et Schaplerum [44]) ut eam induentibus [45]) impertirent [*fol. 220*^{b}] opera supererogationis. [46]) Si ego cellam meam exijssem sine Schaplero, [47]) desperassem. Horribilis abominatio fuit, huic superstitioni confidere, quem honorem soli Christo mediatori tribuere debuissemus. *solt man doch dem bapst vmb dieses einigen Irthumbs willen gram sein.* [48])

Disputantibus duobus *) ante mensam papae in utramque partem de immortalitate animae, tandem sententiam retulisse

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 239 sq. cap. 27. §. 119. sect. 1. 2.

36) iterumque eas] Reb.: scorta
37) *haben sie — hat.*] Reb.: peregrinis et nouis vestimentis illas inducere, ne agnoscerentur ab alijs, coacti sunt.
38) serrarium quendam] Reb.: quendam serrarium
39) *Er hette — haben*] Reb.: ipsum per 14. dies multa habuisse negotia, quia dies noctesque claues parare coactus fuisset, vxores enim ciuium, claues habere volunt ad aedificia presbyterorum et canonicarum
40) irrideretur] Reb.: derideretur
41) in suo Deo Papa] Reb.: in suo Papa, Deo
42) sperare] *in* Cod. *primum erat scriptum:* expectare, *hoc autem illico deletum et continua scrie pro eo scriptum est:* sperare, *id quod etiam* Reb. *exhibet.*
43) f. esse in seruiendo Papae. Nonne] Reb.: f. esse, inseruiendo Papae, non ne
44) Schaplerum (*i. q.* Scapulare *s.* Scapularium, *vestis scapulas tegens, monachis concessa, ut vestibus parcerent, dum operi vacabant*)] *sic scripsi;* Cod.: Schzeplerum, Reb.: Tschepler
45) eam induentibus] Reb.: induentibus eam
46) opera supererogationis.] Reb.: operam super erogatione.
47) exijssem sine Schaplero (Cod.: schzeplero)] Reb.: sine Scheplero exijssem
48) *solt man — sein.*] Reb.: ideo propter hanc vnicam causam odio prosequi deberemus papatum.

papam, [49]) alterum quidem recte argumentari, sed se assentiri alterius sententiae de mortalitate animae, quia faceret bonum uultum, *solche bösswichter vnd Epicurer sollen die Christliche kirchen tzu regiren haben.* [50]) Ita sub Leone Decimo decretum est in concilio Lateranensi, [51]) *das die pfaffen lange rocke bis auff die knochen tragen soltten, hohe schu, breitte platten vnnd kein rodt kleit,* [52]) Et non disputare, utrum anima esset mortalis uel [53]) immortalis etc. [54])

Error Tricesimarum, *) *der dreissig messen* tempore Gregorij coepit ultra octingentos annos. Nam Gregorius fratrem monachum mortuum officium habentem, oblitum duorum [55]) florenorum damnasse, proiecta illa pecunia in sepulchrum, eundemque fratrem celebratis triginta messis e purgatorio liberatum esse.

Tetzel **) *macht es so grob, das mans muste greiffen,* scribebat indulgentias esse reconciliationes inter Deum et hominem. *Item,* Indulgentiam ualere, etiamsi homo non poeniteret sine contritione. Item, Si qui Beatam uirginem impregnasset, absolui posset. Item, Remissionem promisit de futuris peccatis. [*fol. 221*[a]] Item, Crucem a papa erectam, Cruci Christi dignitate aequalem. Haec portenta me incitabant, ut iusto zelo cum magno periculo me illi opponerem, non propter ambitionem aut pecuniam. [56])

Doctor Iustus [57]) Ionas literas de Canonico in Saltza [58]) sub Duce Georgio legit, qui testamentum constituisset, concubinae mediam partem [59]) legasset, *Eynem Jungen pfaffen sein hundtlein bescheiden, welchem er Jerlich ein malder weitzen Erfurdisch mass, so lange er lebete, vermachte.* [60]) Nulla

---

*) *Conf.* Luth. colloq. german. III. p. 240. cap. 27. §. 120.
**) *Conf.* ibid. III. p. 240 sq. cap. 27. §. 121.

49) sententiam retulisse papam,] Reb.: Papam sententiam protulisse,
50) *solche bösswichter — haben.*] Reb.: hi impijssimi nebulones et Epicuri Ecclesiam gubernare debent.
51) Lateranensi,] *sic* Reb.; Cod.: Basileensi,
52) *das die pf. — kleit,*] Reb.: sacrificulos longas induere tunicas pendentes illis ad pedes, magnos calceos, latam tonsuram in capite, nec vllam vestem rubram induere.
53) uel] *sic* Reb.: Cod.: et
54) etc.] *a* Reb. *abest.*
55) duorum] Cod. *male:* tuum
56) Error Tricesimarum — — aut pecuniam.] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
57) Iustus] *a* Reb. *abest.*
58) Saltza] Reb.: Saltzau
59) med. partem] Reb.: med. partem pecuniae
60) *Eynem Jungen — vermachte.*] Reb.: iuniori sacrificulo caniculum commendasset, cum coretrici (*typ. err. pro:* coro tritici), iuxta mensuram Erfurd. vt triticum illi redderetur annuatim et canis aleretur donec viueret.

ibi fuit cura pauperum. [61]) Respondit D. Martinus Lutherus: *das ist des bapstes Creatur*, [62]) uerus Epicureus, nihil credens de futura uita.

D. Martinus Lutherus admirabatur extremam mundi malitiam, quae neque legibus, neque [63]) gratia regi possit. Nam ex legibus et consuetudine mali mores saepe [64]) profluxerunt, ut tempore Hieremiae et Ezechiae, [65]) illa consuetudo seruata est, ut amici tristes conuenirent, post sepulturam sese consolantes edendo et bibendo, quo respicit dictum Salomonis: Da uinum moerentibus. Ex illa optima consuetudine ortae sunt helluationes sacrificulorum, qui septimis, tricesimis, anniuersarijs [66]) omnia deglubebant, [67]) *haben ein solch schelmen vnnd* Cultum Baal *daraus gemacht.* [68]) Ita tempore Augustini semel atque iterum pro defunctis orabant. [69]) Deinde ortae sunt preces et uigiliae [*fol. 221*[b]] pro defunctis. [70]) Ita ex bonis principijs mali fines orti sunt, et optimae leges depranatae. Quis potest nunc aliquid boni ordinare mundo tam deprauato? Econtra sublata legis tyrannide et humanarum traditionum superstitione [71]) mundus plane effrenis, praesumptuosissime [72]) incedit. Mundus iam est incurabilis, *wan man sie mit pflastern gern heilen wolte, viel nicht sein, sie lan nicht leiden, man muss tzuletzt beil vnd segen nemen vnd gar weg schneiden.* [73]) Nam immedicabile uulnus ense rescindendum est, ne pars syncera trahatur. [74]) Talia corda indurata, malleo tundente opus habent et indigent, [75]) *beim strahlen wirts ausrichten.* [76]) Pij autem discant media via mos-

---

61) ibi fuit cura pauperum.] Reb.: fuit ibi pauperum cura.
62) *das ist — Creatur,*] Reb.: Haec est creatura Papae,
63) neque legibus, neque] Reb.: non legibus, nec
64) saepe] Reb.: saepius
65) Ezechiae,] Reb.: Ezechielis
66) anniuersarijs] Reb.: et anniuersarijs
67) deglubebant,] Reb.: deglutiebant,
68) *haben — gemacht.*] Reb.: helluationes et cultus Baalis inde peruenerunt.
69) pro defunctis orabant.] Reb.: pro defunctis. Ita ex bonis principijs male orabant.
70) pro defunctis] *post haec verba in* Cod. *primum scripta erant haecce:* orabant. Deinde ortae. *quae deinde rubro colore delota sunt.*
71) humanarum traditionum superstitione] *sic recte* Reb.; Cod.: humanarum traditione
72) praesumptuosissime] Reb.: praesumptuose
73) *wan man sie — schneiden.*] Reb.: Emplastris aegrius curari non vult, nec ferre potest, tandem securiculis et serris omnino est diceudus.
74) ense rescind. — trahatur] *pro his habet* Reb. *solum uocem:* est (*ceteris omissis*)
75) malleo — indigent,] Reb. *male:* mallio tendente indigent,
76) *beim — ausrichten,*] Reb.: stipula enim stramina non efficiet.

dere, timere et sperare in Deum, iuxta illud: Beneplacitum est Domino super timentes eum. [77]) *Ach das wirs doch beydes konten ergreiffen,* [78]) scilicet timere et sperare etc. [79])

[*fol. 222ᵃ*] DISCRIMEN INTER HAERETICVM SCHISMATICVM ET MALE CATHOLICVM. *)

Augustinus et alij patres ita definiunt Haereticum qui discrepet [80]) a fidei articulis, Schismaticum, etsi eiusdem fidei sit, dissentiat tamen propter ritus aliquos, Male catholicum, qui utrumque seruet, [81]) male tamen uiuat. Papistae non audent nos appellare Haereticos, sed Schismaticos. Nam papa mihi est Haereticus, et ego illi, quia ipse est aduersarius Christi, ego uero Antipapa. Impudenter enim docet, [82]) sacerdotium Christi esse translatum ad papam, [83]) negans aeternum Christi sacerdotium. *Sehet nur die tzwey* Cuncta [84]) *in seinen Decretalen ahn,* [85]) ubi se extollit magna maiestate supra scripturae authoritatem, in interpretandis iis locum dat patribus, in definiendis causis Apostolicae sedis [86]) authoritatem praefert, quia ipse uult esse Dominus scripturae, non iudicandus. [87]) Ideo iam contra me fulminat, imo contra suos Canones, ubi dicit: Consuetudo cedat ueritati, Distinct. XI. [88]) Et addit exemplum Ezechiae, aeneum serpentem reijciantis. [89]) Nunc ex diametro contra hunc canonem peccat, non uult ueritati cedere, infinitis et palpabilibus erroribus conuictus. [90]) *Ach das ist das allerschwerste,* [91]) quod nostra

*) Reb. II, fol. 73ᵇ lin. 9. — fol. 74ᵇ lin. 8. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 241 sqq. cap. 27. §. 122—124.

77) eum.] Reb.: eum, etc.
78) *Ach das — ergreiffen,*] Reb.: Vtinam haec duo apprehendere possemus,
79) etc.] *a* Reb. *h. l. abest.*
80) discrepet] *sic* Reb.; Cod.: discrepat
81) seruet,] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
82) docet,] Reb.: docet Papa,
83) ad papam,] Reb.: ad Papam vicarium Christi,
84) *die tzwey* Cuncta] *haec verba spectant ad* Decreti Gratiani part. II. causae IX. quaest. III. c. 17. 18., *quod utrumque incipit a voce:* Cuncta (*vide* Corpus iuris canon. ed. Richter P. I. p. 523).
85) *Sehet — ahn,*] Reb.: Inspice tantum duo cuncta in suis decretalibus,
86) sedis] Reb. *male:* sedi
87) non iudicandus.] Reb.: non iudicari ab illa.
88) *Scil. in* Decreti Gratiani part. I. distinct. XI. c. 1. *ubi leguntur verba:* Usus auctoritati cedat (*vide* Corp. iur. can. ed. Richter P. I. p. 20.).
89) reijciantis] *sic recte* Reb.; Cod.: reijcientem.
90) infinitis et p. erroribus conuictus.] Reb.: de infinitis et p. erroribus conuictis.
91) *Ach — allerschwerste,*] Reb.: Ach grausamum est hoc

nuentus tales errores neque uidit neque nouit, ***duncket sie nicht anders, es habe immer also gestanden*** in cursu Euangelij. ***Nun gott hat mich wunderlich in das spiel gefuret den trachen anzugreiffen, das ich darvber monche vnd nonnen habe ausgeschorren vnd den Bapst darvber gehenckt.*** [92]) Si uerbum Dei coluissemus, errores illos et idolatrias non [*fol.* 222ᵇ] adorassemus, sequamur quaeso hoc consilium Dei: [93]) Hunc audite, ***last vns bey dem lieben son vnnd doctor bleiben,*** [94]) Papatus quidem habet cultum speciosissimum, [95]) in quo uerbum Dei, fidem, sacramenta, charitatem, [96]) spem, etc. gloriatur, sed uirtutem illorum omnium [97]) abnegat, et aliena et contraria docet. Ideo Paulus bene dicit: Virtutem [98]) pietatis abnegantes. Non dicit: Pietatem non habentes pro sua uita, neque dicit, pietatem abnegantes, sed uirtutem [98]) pietatis abnegantes [99]) falsa et superstitiosa doctrina. Papa suis [100]) superstitionibus totum dementauit mundum, tabulam pictam monstrans: Nauicula Ecclesiae [1]) Monachis et sacrificulis repleta, qui funes et asseres in mari periclitantibus [2]) porrigerent. Papa in puppi, cum Patriarchis, Cardinalibus, Episcopis sedens, spiritu sancto, tectus, tendens ad coeli culmina, fuitque pictura uenustissima, Venetijs per Dominicastrum Monachum. [3]) Haec omnia credidimus contra fidei articulos.

Also gieng es mit der Veronica, ***das nur ein schwartz bredt ist, mit tzweyen seydenen tuchern behangen, da man nur da eine weg nahm,*** [4]) imaginem imaginatam persuadebant. Ita capita Petri et Pauli Romae sunt sculpta, in ingressu Munsteri Diui [5]) Petri, ad orientem, illa carmina sunt scripta:

---

92) ***duncket sie nicht — gehenckt.***] Reb.: existimat enim, ab initio hanc habuisse formam in cursu Euangelij. Nunc Deus mirabiliter huic Draconi resistere vocauit et adduxit,
93) consilium Dei] Reb. *male:* Dei concilium
94) ***last vns — bleiben,***] Reb.: Nolite a filio Dei dilecto, et doctori nostro discedere,
95) speciosissimum] Reb.: studiosissimum
96) sacramenta, charitatem,] Reb.: Sacramentum, (*omissa voce:* charitatem)
Ad secundum. Cum nos non agnoscamus signum tantum a nobis assertum esse, nec requiramus, ut D. Martinus Lutherus concedat solum panem manducari, non est ut nouam et mediam sententiam statuamus, sed quam reipsa habemus, eadem utrinque uelimus ijs uerbis tradi, ex quibus possit agnosci eadem esse. Istud hac ratione posse commode fieri arbitramur, ut cum utrinque iuxta illa Domini uerba: Accipite, manducate, hoc est corpus meum etc. Ideo fatemur non solum panem hic, sed etiam ac praecipue quidem dari, accipi et manducari ipsum corpus Domini, adderemus modo huius dicti explicationem, et eam, quam D. Martinus Lutherus in confessione illa magna posuit, nempe corporis Domini manducationem, oris, id est, contrectationem per dentes et deglutionem tribui propter sacramentalem unionem, ad eum modum, quo patres dicuntur uidisse Dominum, et Ioannes spiritum sanctum. Cum tamen oculi eorum per se in columnam nubis et speciem columbae tantum ferrerentur, vtrinque certe panem et corpus Domini res natura diuersas et corpus Domini impatibile confitemur. Nostra enim in parte nihil prorsus obstat, quod non simpliciter Doctorum [23]) sectatores etiam hac in re plerique fateri possunt, quam quod dum corpori Christi sine interpretatione et simpliciter tribuunt et competere affirmant, quaecunque pani fiunt et competunt.

Hinc si quidem uidetur statui inter panem et Domini corpus unio naturalis, et in his uerbis Domini: Hoc est corpus meum, esse praedicationem identicam. Explicare itaque [*fol. 243*ª] cum uetustis patribus, qua ratione proprie corpus Domini percipitur, et ita corpus Domini accipi in manus, immitti in os, teri dentibus et huiusmodi, dici ad exprimendam sacramentalem unionem, hoc est, quod cum pane corpus Domini uere exhibetur et percipitur, proprie competere ac fieri pani, et corpori Christi tribui per synecdochen. Id cum consonet scripturae, et sit in sensu omnium recte credentium, poterit indubie citra ullam Ecclesiae offensionem fieri. Ad tertium, quartum, quintum, sextum respondeo: Nos quoque simplicissime inhaerere scripturae sententiae ac omnium uetustorum patrum, eorumque uerbis libenter uti, et si ea satisfaciant, iam esse pacem confectam omnium Ecclesiarum.

Ad septimum nostra conscientia tria solum in ista disputatione respuit ac caueře quaerit, primum ne statuatur aliqua

23) Doctorum] *sic interpretor* Codicis *siglam*: D.Dr

corporis Domini cum pane et uino coniunctio physica. Alterum ne fiat corpus Domini cibus uentris, uel per se obnoxium [24]) actionibus corporis nostri. Tertium ne sacramentalis unio eo extendatur, [25]) ut quicunque sacramentum percipit et habet, is cibum uitae aeternae, Christum dicatur ut cibum uitae uel in salutem sibi percipere aut habere, qui error in papistarum abusu est. Vnde nulla fidei ratione habita, tanquam rem salutarem commenti sunt Sacramentum tam multis modis esse ostentandum, circumferendum.

Si haec tria satis excluduntur et excludere nobis permittuntur, quod utrumque Doctorem [26]) facere non dubitamus, non est quod nos in hac disputatione dicere recusemus, illam praesentiam Christi hic ueram certo credimus. Si uero D. Lutheri conscientia putat praestare illa, quae pani propria [27]) fient corpori Domini [*fol. 243b*] sine explicatione synecdoches huius simpliciter tribuere. Oramus, agnoscat conscientiam nostram, non sine causa explicationem huius synecdoches, praesertim in nostris Ecclesijs requirere. Quanquam tamen adeo adhuc per orbem uigeat ille error papistarum, quo Christum speciebus panis et uini sic alligant, ut salutarem Domini praesentiam polliceantur ubicunque. Illa sunt quidem, ut dixi, de fide qua salutariter suscipiatur ad dentes, uidetur causa esse, ut diserte explicetur, quomodo et ad quid Dominus se hisce signis nobis exhibeat, [28]) ut quod sic per haec signa detur, accipiatur et manducetur, ut tamen, proprie si loqui libeat, nihil prorsus a corpore nostro patiatur. Caeterum nobis eandem esse quae est Doctorum, [29]) non dubito. Quare fidei atque sensus communionem inter nos esse affirmamus, quod si D. D. [30]) ex nostris uerbis nondum potest plane percipere. Oramus in Domino paulisper nos sustineat, nobis certa spes est fore, ut fidem ei hanc abunde astruamus. [31])

---

24) obnoxium] Cod. *calami err.*: obnixium
25) extendatur,] Cod. *falso*: extendantur,
26) utrumqe Doctorem (i. e. Lutherum et Melanthonem)] Cod.: utrumque D. D. (*conf.* praeced. nota 23. pag. 51.).
27) propria] *sic scripsi*; Cod.: propriae
28) exhibeat,] *sic scripsi*; Cod.: exhibet,
29) Doctorum,] Cod.: DD.
30) D. D. *i. q.* Dominus Doctor (?)
31) *His verbis finitur hoc caput, quod integrum ap.* Reb. *desideratur.*

ADDITIO D. MARTINI LVTHERI POST REDITVM DOMINI PHILIPPI MELANTHONIS EX HASSIA.*)

Primum specta { populos [32] } { Praesentes / Praeteritos / Futuros }

Conscientiae in futurum consulendum, si tot populos traxerimus. Secundo, Textus, Tertio, Dicta patrum. [33] Quarto, Ecclesiae usus. Iam si stent [34] dicta contraria, [*fol. 244a*] quomodo probabunt adesse Christi corpus substantialiter? quia talia dicta non dant, quod adsit corpus Christi, cum dicta illa dicant, [35] signum solum adesse. Ergo abesse ipsum necesse est. Quare fictum est, nec ex animo concedunt adesse Christum, [36] tantum ut obtineant signum esse, post relabentur cum tempore. Ergo ad tempus ista concedunt ut necessitate pressi, primo quia iam mentiuntur manifeste, quod dicunt [37] sese nos non intellexisse, hoc enim credi non potest, secundo [38] quia alij non consentiunt, Augustae, Vlmae, etc. Et postea clamabunt, noc cessisse, ipsos perseuerasse, et fient [39] postrema prioribus peiora, si non syncera [40] fiat concordia. Pereat [41] mundus et fiat iustitia. Duo mendacia, [42] primum quod negant se nos intellexisse, secundo, quod fingunt Christi corpus adesse propter dicta patrum, quae figuram et significationem sonant, id est absentiam corporis et sanguinis, si Christus non alia ratione potest nos defendere ab hostilibus armis, melius est non sic defendi.

Textus Euangelii clarus
Dicta patrum consona
Ecclesiae consensus uerus et uniuersalis.

---

*) Reb. II, fol. 44b lin. 20. — fol. 45a lin. 13.

32) populos] *sic scripsi;* Cod.: populus; *a* Reb. *abest.*

33) Dicta patrum.] Reb.: Patrum dicta.

34) stent] Reb.: stant

35) quia talia — illa dicant,] Reb.: quia talia dicta illa dicunt, (*ceteris, quae his verbis interposita sunt, omissis*)

36) adesse Christum,] Reb.: Christum adesse,

37) post relabentur cum tempore. Ergo — quod dicunt] Reb.: post cum tempore reuelabuntur, ideo ad tempus istud concedunt necessitate repressi, 1. Quia mentiuntur manifeste quod dicunt iam

38) secundo] *a* Reb. *abest.*

39) fient] Reb.: fierent

40) syncera] Reb.: syncere

41) Pereat] Reb.: Pereat igitur

42) Duo mendacia, *etc.*] *haec et quae subsequuntur, in solo* Cod. fol. 244a lin. 13. extr. — fol. 244b lin. 8. *leguntur, item quae deinceps* de Doctorum conventu Witembergensi *referuntur nominaque eorum*, qui huic concordiae subscripserunt, *tantum in* Cod. fol. 244b lin. 9. — fol. 245a lin. 27. *exhibentur, quae* Reb. *vero non inveniuntur.*

Contra hoc nihil sciunt, tantum modo dicta quaedam contraria. Primum quae obscura et incerta, recipiunt commodam glossam. Nec tutum est istis incertis fidere et relinquere illa certa. Conscientia enim postea non feret, si [43]) traxerim tot populos in nouam opinionem tam infirmis dictis contra tam firma, glossa autem [44]) est patres loqui de significatione. Primum rei praesentis et non simul negantis praesentiam contra [45]) Capernaitas sensuales pro fide. Secundo contra Hypocritas sine charitate accedentes de re mystica pro *'fol. 244b'*] charitate significata per sacramentum. Nam ipsi cogitabant de signo corporis absentis sicut nos, et patres, sicut Origenes libenter allegorica et figurata sectantur. Ideo nihil probant figurae. Altera species etsi tolerata sit hactenus ad prohibitionem aut utriusque, quis potest consentire? Nam ipsa prohibitio nouum crimen et blasphemia est in Deum praeter peccatum illud neglectae uel potius raptae utriusque speciei, quia est negare Deum et reijcere.

ANNO DOMINI 1536. 29 MAII FVIT CONVENTVS DOCTORVM IN WITEMBERGA. [46])

Audiuimus D. Bucerum explicantem suam et aliorum, qui una adfuerunt, sententiam de sacramento corporis et sanguinis Christi hoc modo. Confitentur [47]) iuxta uerba Irenaei constare Eucharistiam duabus rebus, Terrena et Coelesti. Itaque sentiunt et docent, cum pane et uino uere et substantialiter adesse, exhiberi, sumi corpus Christi et sanguinem. Et [48]) quanquam negant fieri transsubstantiationem, nec sentiunt localem fieri [49]) inclusionem in pane, aut durabilem aliquam coniunctionem extra usum sacramenti, tamen concedunt sacramentali unione panem esse corpus Christi, hoc est,

---

43) si] *sic scripsi;* Cod.: se
44) firma, glossa autem] Cod.: firma glossa, autem
45) contra] *sic scripsi;* Cod.: con: (*quasi legendum esset:* concapernaitas)
46) Anno Domini — Witemberga.] *Caput sic inscriptum cum nominibus eorum, qui subscripserunt in solo* Cod. *exstat, ap.* Reb. *autem non invenitur, id quod iam in praeced. nota* 42. *adnotaui. Idem caput legitur quoque in* Corp. Reform. III. p. 75—77. *sic inscriptum:* Concordia inter Doctores Wittebergenses et Doctores ciuitatum Imperii in Germania superiori. De praesentia corporis et sanguinis Christi in Coena Dominica. Scripta iussu et rogatu utriusque partis a Philipp. Melanth. Anno Christi 1536. — *De* hoc conventu Witembergensi *conf. supra* p. 47. notae 85. *pars extrema.*
47) Confitentur] Corpus Ref. III, p. 75.: I. Confitemur
48) Et] Corp. Ref. *l. l.*: II. Et
49) localem fieri] Corp. Ref. *l. l.*: fieri localem

sentiunt porrecto pane simul adesse et uere exhiberi corpus Christi. Nam extra usum cum asseruatur in pixide, aut ostenditur in processionibus, ut fit a papistis, sentiunt non adesse corpus Christi. Deinde [50]) hanc institutionem sacramenti sentiunt ualere in Ecclesia nec pendere ex dignitate ministri aut sumentis. Quare sicut Paulus ait etiam indignos manducare, ita sentiunt uere porrigi [51]) corpus et sanguinem Domini etiam indignis, et indignos sumere, ubi seruantur uerba et institutio Christi, sed tales [*fol. 245ª*] sumunt ad iudicium, ut Paulus ait, quia abutuntur sacramento, cum sine poenitentia et fide eo utuntur. Ideo enim propositum est, ut testetur illis applicari beneficia Christi, et fieri eos membra Christi et ablui sanguine Christi, qui agunt poenitentiam et erigunt se fide in Christum. Cum autem pauci conuenerimus et opus sit utrinque hanc rem ad alios concionatores [52]) referre, nondum licet nobis, de concordia pacisci, priusquam ad alios retulerimus. Cum autem profiteantur omnes [53]) se iuxta confessionem et Apologiam principum Euangelium profitentium in omnibus articulis sentire et docere uelle, maxime cupimus sanciri [54]) et constitui concordiam. Et spes est nobis, si reliqui utrinque ita consenserint, solidam futuram esse concordiam.

SVBSCRIPSERVNT.

D. Wolffgangus Capito Argentinensis [55])
M. Martinus Bucerus Argentinensis. [55])
D. Ioannes Zing Constanciensis [56])
L. Martinus Frechtus Vlmensis [57])
Geruasius scholasticus Memmingensis [58])
L. Iacobus Ottherus Eslingensis [59])
M. Bonifacius Licostenes Augustanus [60])

---

50) Deinde] Corp. Ref. *l. l.* p. 76.: III. Deinde
51) uere porrigi] Corp. Ref. *l. l.*: porrigi vere
52) concionatores] Corp. Ref. *l. l.*: concionatores et superiores
53) profiteantur omnes] Corp. Ref. *l. l.*: omnes profiteantur,
54) sanciri] *sic* Corp. Ref.; Cod. *calami err.*: sarciri
55) Argentinensis] Corp. Ref. *utroque loco*: minister Ecclesiae Argentinensis.
56) D. Io. Zing Const.] *hoc nomen in* Corp. Ref. *l. l. non invenitur.*
57) L. Mart. Frechtus Vlm.] *hic vir in* Corp. Ref. *tertio loco sic refertur*: Lic. Martinus Frechtus Ecclesiae Ulmensis in verbo minister, Licentiatus.
58) Geruasius schol. Memm.] *hic in* Corp. Ref. *septimo loco sic subscripsit*: M. Gervasius Scholasticus Memmingensis Ecclesiae Pastor.
59) L. Iac. Ottherus Esling.] *hoc nomen in* Corp. Ref. *quarto loco sic exhibetur*: Lic. Iacobus Ottherus Theologiae licentiatus, minister Ecclesiae Eslingensis.
60) M. Bonif. Licostenes August.] Corp. Ref. *hunc virum quinto loco sic nominat*: M. Bonifacius Lycosthenes Ecclesiae Augustanae minister in verbo.

Wolffgangus Musculus Augustanus [61])
M. Ioannes Bernhardi Franckfordiensis [62])
M. Martinus Herman Purfeldensis [63])
M. Matheus Aulberus Reutlingensis pastor ut testis [64]).
Ioannes Scracknus Reutlingensis Diaconus ut testis. [65])
D. Martinus Lutherus [66]) suspirans *) dicebat: *Ach Carolostadt vnd Muntzer haben do in* Euangelio *gross hinderniss gethan.* [67]) Sacramentarij paulatim cesserunt, primo nihil nisi panem et uinum docebant. [68]) Secundo spiritualiter, id est, speculatiue adesse corpus et sanguinem. Tertio corporaliter, sed fide accipi, *das sindt eitel philosophische* [*fol. 245b*] *gedancken.* [69]) Nam articuli fidei sunt contra omnem Philosophiam, Geometriam et Arithmeticam, imo contra omnem creaturam, *Es ist* Est, non, *das reymet niemandt tzusamen.* [70]) Ideo Landgrauius olim fautor Zuinglij uoluit inter nos concordiam facere, [71]) ut fratres appellaremur, sed ego nolui; [72]) quamuis Zwinglius cum lachrymis dixit se cupere in nostra

---

*) Reb. II, fol. 45a lin. 13. — fol. 45b lin. 21. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 356. cap. 37. §. 25.

61) Wolffg. Musculus August.] Corp. Ref. *sexto loco eum sic refert:* Wolffgangus Musculus Ecclesiae Augustanae minister in verbo.

62) M. Io. Bernh. Franckf.] *hic in* Corp. Ref. *octavo loco sic recensetur:* M. Iohan. Bernhardi Francofortensis Ecclesiae minister.

63) M. Mart. Herman Purfeld.] *hic in* Corp. Ref. *nono loco sic vocatur:* Martinus Germani Furfeldensis Ecclesiae minister.

64) M. Math. Aulberus Reutl. past. ut test.] *in* Corp. Ref. *hic decimo loco sic nominatur:* M. Matthaeus Aulbertus Pastor Ecclesiae Reutlingensis.

65) Io. Scracknus Reutl. Diac. ut testis] *hic in* Corp. Ref. *undecimo loco sic nominatur:* Iohannes Schradinus Diaconus Reutlingensis. — *Post haec nomina in* Corp. Ref. *l. l.* p. 77. *referuntur haecce:*
Martinus Lutherus Doctor Wittebergensis.
Iustus Ionas D.
Caspar Cruciger D.
Iohannes Bugenhagius Pomer. D.
Philippus Melanthon.
Iustus Menius Isenacensis.
Fridericus Myconius Gothensis.
D. Urbanus Regius, Ecclesiar. Ducatus Luneburg. Superint.
Georgius Spalatinus, Altenb. Eccl. Pastor.
Dionysius Melander minister ecclesiae Casselensis, et multi alii.

66) D. M. L.] *haec ap.* Reb. *proxime post verba supra* p. 53. lin. 20. *relata* mundus et fiat iustitia. *in eadem linea, continua serie sequuntur.*

67) *Ach — gethan.*] Reb.: Ach Carolostadius et Muntzerus irrecuperabile damnum Euangelio intulerunt.

68) docebant] Reb.: dicebant.

69) *das sindt — gedancken.*] Reb.: sunt modo opiniones Philosophicae.

70) *Es ist — tzusamen.*] Reb.: Et non, haec inter se non conueniunt.

71) uoluit inter n. c. facere.] Reb.: inter nos concordiam facere studebat,

72) sed ego nolui,] Reb.: Ego vero nolebam,

Ecclesia manere, et caueri [73]) distractionem, et spero eum temporaliter punitum, sed [74]) resipuisse. *Es werden altzeit* pericula in falsis fratribus *sein. wir werdens von vnsern güldenen freunden nicht vberhoben werden*, [75]) si Christus talia passus est. *Die* gloria *vnnd schendtliche* ambitio *thut den schaden.* [76]) Zuinglius fuit cupidissimus gloriae, [77]) sicut etiam scripsit, se nihil a me didicisse, *vnd ich wollte es euch nicht gerne, dan er machts nit gut.* [78]) Sic Oecolampadius Doctor sibi uidebatur, et excelluit me, antequam me audiret. Sic Carolostadius dicebat: *vmb euch ist mir nicht.* [79]) Et Muntzer praedicauit contra duos papas, *wider den alten vnd neuen Bapst, vnd ich muste Saul sein. hette wol angefangen, aber der geist gottes wer von mir gewichen.* [80]) Misertus fui [81]) Oecolampadij et mirabar, quomodo fieri posset, ut homo boni pectoris tam acerba in nos euomeret. [82]) Quare uideant omnes qui praedicant, ne gloriam [83]) quaerant in sacris literis, *oder sie gehen tzu boden.* [84]) In Virgilio et Cicerone *stehet* gloria. *Aber* [85]) scriptura expetit humilitatem, et contritum spiritum, [86]) ibi spiritus sanctus habitat.

ANTINOMI. *)

Amicissimi mei me pedibus calcare uolunt, [87]) et Euangelium turbare. Ideo instituam disputationes ad prouocandos

*) Reb. II, fol. 45b lin. 22. — fol. 55a lin. 7. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 360 sqq. cap. 37. §. 33 sqq.

73) caueri] *sic* Cod.; Reb.: cauere
74) sed] *a* Reb. *abest.*
75) *Es werden altzeit — werden,*] Reb.: semper existent pericula in falsis fratribus, nec nos pericula praeteribimus, sed pati cogimur illa, et ab amicis nostris.
76) *Die* gloria — *schaden.*] Reb.: per se sola ambitio infert damnum.
77) Zu. fuit cupid. gloriae,] Reb.: Zu. enim fuit gloriae cupidissimus,
78) *vnd ich — gut.*] Reb.: et ego nollem quod suas detestabiles opiniones a me didicisset, nihil enim boni efficit.
79) *vmb — nicht.*] Reb.: propter vos non sum solicitus.
80) praedicauit — *gewichen.*] Reb.: scribebat contra Papam recentem et antiquum, existimabat me esse Saulem qui bene incepissem, sed spiritum Dei me reliquisse.
81) Misertus fui] Reb.: Miserebar
82) fieri posset, — euomeret.] Reb.: posset fieri, hominem synceri pectoris, vt ipse erat, tam acerba in nos euomere.
83) gloriam] Reb.: suam gloriam
84) *oder — boden.*] Reb.: alias funditus peribunt.
85) et Cicerone — *Aber*] Reb.: Cicerone, Terentio est gloria, verum
86) contritum spiritum] Reb.: spiritum contritum
87) Amicissimi mei — calcare uolunt,] Reb.: Doct. M. L. dicebat, conquerens de Antinomis. Amicissimi mei, pedibus me conculcare volunt,

antagonistas. Esto. humiliter [88]) se offerant. sed [89]) non ero contentus illorum foro. [90]) sed uel vocabo eos nomine [fol. 249ᵃ] ut publice respondeant ad suas positiones. *Wir es gielt nicht also schertzens.* [91] non agitur de nostro nomine, sed de gloria Christi. Deinde magno singultu [92]) dixit: *Ach wie wehe thuts, so einer einen guten freundt verleurt,* [93]) quem summo amore diligit. Istum in mensa mea habui, risit mecum, [94] et tamen a tergo adversatur. *das ist mir nicht too dolden. er hatts auch niemermehr erhalten.* [95]) Nam crassissimus est error rejicere legem. wan doch *andere* errores und scandala gingen, esset tolerabilius. Sed legem rejicere, sine qua neque Ecclesia. neque politia. neque oeconomia aut quisque hominum potest esse. *das heist den fues den boden ausgestossen. da ist tzeit wehrens. ich kan noch mags nicht lyden.* [96]) Deinde dicebat, quomodo cum spiritu lenitatis illum corripuerit, [97]) et quam astute responderit. *Ach die schentliche arrogantia wes nicht sie an,* ipsa est mater [98]) omnium haeresium. Iam esset [99]) tempus cantandi: Te Deum laudamus. et gratias agendi. et fit tempus [100]) rixandi, *pfui dich, ist doch kein irthumb so grob,* quin habeat auditores. *das muss ich sehen,* quod me umentes superbiunt. [1] Volunt regnare, sicut Paulus ad Corinthios dicit: [2] Vtinam regnarent [3];

88) humiliter] Reh.: ipsi humiliter
89) sed] a Reh. absunt.
90) illorum foro.] Reh.: foro illorum.
91) sed uel vocabo — *schertzens,*] Reh.: Adigam eos, vt se aut opponant, aut ipsi praeeidant et respondeant. Imo nomine eos vocabo, vt ad suas positiones publice respondeant. Non est habendum in rebus diuinis,
92) singultu] *sic* Reh.: Cod.: consultu
93) *Ach wie — verleurt,*] Reh.: Ach quantas affert animi dolores, optimum amittere amicum,
94) in mensa mea habui, risit mecum,] Reh.: in mensa habui mecum,
95) *adversatur, — erhalten.*] Reh.: mihi adversatur, hoc poti non possum, nec ipse quum errorem vnquam defendere potuit.
96) *legem. wan doch — — leiden.*] Reh.: legem Dei, tolerabilius est alia scandala et errores oriri, sed legem Dei rejicere, sine qua neque Ecclesia, neque politia, neque oeconomia, aut quisquam hominum constare potest, hic certe error est intolerabilis, huic errori resistere me oportet, non possum, non volo ferre diutius.
97) cum spiritu lenitatis illum corripuerit,] Reh.: spiritum illum lenitatis corripuit,
98) *Ach die — mater*] Reh.: Turpissima illa arrogantia quid non efficit. Inter
99) Iam esset] Reh.: Instat nunc
100) et fit tempus] Reh.: et proh dolor tempus fit
1) *pfui dich — superbiunt.*] Reh.: Phui, nullus fere error est, quem maximus sit, quin habeat assipulatores. Illum factum illorum cogor videre victus,
2) dicit:] Reh.: conquerilur,
3) regnarent] *sic* Reh.; Cod.: regnadur (1. Cor. 4, 8. in Vulg. *legunter haecce:* sine nobis regnatis; et vtinam regnetis, vt et nos vobiscum regnemus.)

sine me, *der gutte Paulus hat der ding viel mussen sehen.* [4]) Sicut Deus inquit Actorum nono: [5]) Ego ostendam [6]) quanta oporteat te pati [7]) pro nomine meo, *leget ihm balde das* Pati *auff. hats auch wol erfaren,* [8]) qui dolores fuerunt acerbiores morte. [9]) *Es heist* [10]) martyrium interpretatiuum, quod est sine sanguine. *darumb sich einer bretl vnd engstet, das muss ich auch leiden* in illis scandalis et discipulorum meorum arrogantia, *das ich viel lieber den todt leiden wolte, vnd mit dem tode* [*fol. 246*^{b}] *beschliessen.* [11]) Postea nobis abeuntibus dixit: Orate pro pace [12]) Ecclesiae [13]) contra scandala. *ich bin betrogen worden, wie Christus in* psalmo *vber den Iudam schreiet.* [14]) Aduersarij minus [15]) nocent, sed illi qui ex nobis esse uolunt, et scandala mouent, illi [16]) sunt pestilentissimi. *Es ist tzu grob, Moysen tzu verwerffen.* [17]) Si aliam poenitentiam moralem aut ethicam docuisset, [18]) non Ecclesiasticam, *das were noch tzu leiden,* [19]) sed legem Dei reijcere, *das ist nicht tzu leiden.* [20]) Neque satis est, quod se excusat Ioannes Agricola, [21]) se Crucigerum, et Magistrum Georgium Rorarium [22]) perstrinxisse, *der Catechismus, die taffeln,* [23]) confessio Augustana mea sunt, non Crucigeri aut Rorarij. Si ipse poenitentiam ex amore iustitiae uult praedicare, tunc tantum iustis praedicat reuelationem irae, impijs nihil prae-

---

4) *der gutte — sehen.*] Reb.: Diuum Paulum procul dubio multa harum rerum experiri oportuit.
5) inquit Actorum nono: Reb.: Actorum 9. indicauit.
6) ostendam] Cod. *calami err.*: ostendeam
7) oporteat te pati] Reb.: te pati oporteat
8) *leget ihm — erfaren,*] Reb.: et quam primum crucem et passionem, et satis expertus,
9) fuerunt acerbiores morte.] Reb.: morte acerbiores fuerunt
10) *Es heist*] Reb.; et vacatur (*typ. err. pro*: vocatur)
11) *darumb sich einer bretl vnd — beschliessen.*] Reb.: in qua quis seipsum macerat et dolores auget, hanc passionem et ego habeo, in illis scandalis, propter arrogantiam discipulorum annorum, quod esset, ipsam mortem pati et sanguinem meum effundere mallem.
12) pace] Reb.: patre
13) Ecclesiae] Cod. *calami err.*: Ecclesia
14) *ich bin betrogen — schreiet.*] Reb.: Ego defraudatus sum, quemadmodum et Christus in Psalm. 41. conburetur de Iuda.
15) minus] Reb. *falso*: vanus
16) illi] Reb.: hi
17) *Es ist — verwerffen.*] Reb.: Mosen reijcere, magna est proteruitas.
18) docuisset,] Reb.: Moses docuisset,
19) *das were — leiden,*] Reb.: hoc esset ferendum,
20) *das ist — leiden.*] Reb.: nimium est.
21) Ioannes Agricola,] *ap.* Reb. *hoc nomen deest.*
22) Rorarium] *sic* Reb.; *a* Cod. *abest.*
23) *der Cat., die taff.*] Reb. *habet solum vocem*: Catechismus,

dicat. Cum tamen [24]; Paulus inquit: Lex iniustis est posita. Summa, ipse aperit fenestram omni securitati, [25]; nam qui tollit legem, tollit [26]; et Euangelium. Ipse nostram doctrinam de consolatione conscientiae trahit in licentiam carnis. *Ich hette mich solcher tucke tzu ihm nicht versehen*, [27]) qui tamen quotidie mecum communicare potuisset suam sententiam.

D. Iac. Schenck *); in Epistola ad suos pastores, [28]) legis praedicationem omnino reiicit, [29] ut non [30]) necessariam, primo [31]) quia esset humanae rationi nota. [32]) Euangelium autem [33]) supra omnem rationis captum semper ac dulcissime esse praedicandum. Secundo et Christus Petro mandauit: [34]) pasce, pasce, pasce oues meas, ne [35]) macta neque occide. Tertio, Est [36]) etiam minus consultum, ut [37]) praedicator propter paruulos [38]) aliquos impios in concionibus [39]) fulminare uellet, et interim totam Ecclesiam relinquere. Quarto, Impios priuatim [*fol. 247ᵃ*] esse [40]) arguendos, et indicandos magistratui. [41]) Respondit D. Martinus Lutherus: Talia monstra uiuentes uidere cogimur. [42]) Elector noster non absque [43]; meo consilio M. K. [44]) incarcerauit, uidens illam collusionem sathanae inter ipsos, *das einer auff den andern singen mag*, [45]) fortassis haec omnia fiunt contra futura scandala, in gloriam

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 367. cap. 37. §. 40.

24) praedicat — tamen] Reb. *pro his exhibet:* praedicet. Nam
25) Summa — securitati,] Reb.: Summam fenestram omni securitati aperit,
26) tollit] Reb.: trahit
27) Ipse nostram — *versehen*,] Reb.: Consolationem coelestem conscientiarum mutat incarnis licentiam. Ipsum talem hominem fere profanaticum, non existimassem,
28) Epistola ad suos pastores,] Reb.: Epistola sua ad pastores,
29) reiicit (Cod.: reicit),] Reb.: reiecit,
30) ut non] Reb.: quasi minime
31) primo] a Reb. *absunt.*
32) humanae rationi nota.] Reb.: rationi cognita.
33) autem] *sic scripsi;* Cod.: aut, Reb.: vero
34) rationis captum semper ac dulc. esse praed. Secundo et Chr. P. mandauit:] Reb.: captum rationis semper dulcissime praedicandum esse, quia Christus Petro mandasset,
35) ne] *sic* Reb.; Cod.: non
36) Tertio, Est] Reb.: Esse
37) ut] Reb.: quod
38) paruulos] Reb.: paucillos
39) in concionibus] Reb.: in publicis cancionibus (*typ. err. pro:* conc.)
40) Quarto, Impios priuatim esse] Reb.: Impios priuatim
41) indicandos magistratui.] Reb.: magistratui indicandos.
42) uiuentes uidere cogimur.] Reb.: videre cogimur viventes.
43) non absque] Reb.: sine
44) M. K.] Reb.: M. C. K.
45) *das — mag*,] a Reb. *absunt.*

Christi [46]) et Euangelij. M. Ioannem Agricolam*) insignis arrogantia uexat, [47]) solus uoluit esse, et omnes suo fastu [48]) excellere, *aber er ist wol behauen*, et princeps [49]) hodie mandauit, ut publice admitteretur ad concionandum explorandi causa. [50]) M. Antonius Lauterbach [51]) exposuit Luthero interdictum Pomerani. Respondit: [52]) Principis edictum excellit Pomerani. Non enim sine causa urget, nec frustra tantum stipendium ei largitur, ideo uult [53]) eum syncerum. Amsdorffius uero non potuit suspicionem suam contra eum mittere, [54]) quia posset simulando multa tegere, et multa dicendo non fateri. Respondit D. Martinus: [55]) Nos obseruabimus eum, et cogemus, ut clare dicat, et nisi affirmatiuam sententiam de lege docuerit, *so sehe er izu, ich habe ihn erhalten itzunder, er wer sonst dahin.* [56]) Ah quantos dolores et agonismos sustinui in ista causa propter scandalum, quod ille, in quem posui spem meam, quem fouebam, exaltabam, defendebam, qui in mensa mea suauis et mansuetus facie aliud uoluit quam ostendit. Si esset infirmitas, posset tolerari, si autem malitia ex proposito, est horrendum. [57]) Non sum martyr sanguinis, sed quales tentationes expertus sim [58]) in hac causa, Deus nouit. *Ich wer schir vor angst gestorben*, [59]) antequam peperi meas propositiones [*fol. 247*[b]] contra ipsum, [60]) quibus ipsi et scandalo occurrere cupiebam. *Ach herrgott*, [61]) difficile

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 362 sq. cap. 37. §. 34.

46) Christi] Reb.: Domini

47) M. Ioannem Agricolam insignis arr. uexat,] Reb.: M. Ioan. Agric. insigni arrogantia vexatur,

48) fastu] Cod. *calami err.*: facto

49) *aber er* — princeps] Reb.: egregie autem arrogantia sua pudefactus est. Princeps Elector

50) admitteretur ad concionandum explor. causa.] Reb.: explorandi causa ad concionem admitteretur.

51) Lauterbach] Reb.: Lauterbach. Diaconus

52) Luthero — Respondit:] Reb.: A Pomerano pastore interdictum esse. Respon. M. I..

53) nec ... largitur, ideo uult] Reb.: ne ... largiatur, ideo cupit

54) contra eum mittere,] Reb.: contra ipsum dimittere,

55) D. Martinus] Reb.: M. I..

56) *so sehe er — dahin.*] Reb.: male profecto habebit, ego modo seruaui illum, alias perijsset, vitam relinquere coactus fuisset.

57) Si esset infirm., posset tolerari, si autem malitia ex proposito, est horrend.] Reb.: Si infirmitas esset, tolerari posset, si ex proposita malitia, horrendum est.

58) tentationes expertus sim] Reb.: expertus sim tentationes

59) *Ich wer — gestorben,*] Reb.: Vitam ferme cum morte mutassem,

60) peperi meas propositiones contra ipsum,] Reb.: meas positiones contra ipsum peperi,

61) *Ach herrgott,*] Reb.: Ach bone Deus

est gloriam suam quaerere in Theologia, quae ambitio est ignis consumens, [62]) sicut Christus inquit Ioannis 5. Qui quaerit gloriam eius, qui misit eum etc. [63]) Scriptura sancta tradita est ad ignominiam carnis et nos stultissimi uolumus gloriam nostram in illa quaerere. [64]) Omnes aliae arrogantiae in Medicis, [65]) Philosophis, Poetis, Mechanicis, Iuuentute, forma, sunt tolerabiles, quia facile possunt mutari, puella [66]) forma superbiens, uno morbo humiliatur. [67]) *Aber die schendliche* arrogantia [68]) in Theologia est fomes malorum et ignis consumens. Oremus [69]) Deum.

Doctor Martinus Lutherus ultimam admonitionem scribens ad Iacobum Schenck, *) in hanc sententiam: Esto uariae querelae de illo undiquaque spargerentur [70]) a uicinis, tamen Doctorem [71]) hactenus ipsi plus [72]) credidisse, quam omnibus alijs, sed nunc incipiat illa fides uacillare, quia [73]) regnum sisiret, Magistrum Georgium Kargk Chirographo sibi deuinxisse, si uellet esse socius doctrinae Euangelij, ut syncere agat, aut simplex, aut publicus hostis fieret. [74]) Et si ultimam admonitionem esset contempturus confidens in aliquo, [75]) se Lutherum econtra in Hiesu Christo confisurum, qui eum contra potestates inferorum et multos fanaticos seruasset. Caue ne impingas et non [76]) literis, sed reipsa respondeas, et fidem uacillantem apud me reipsa [77]) confirmes, *Ich habe gnug bey dem menschen gethan,* [78]) promoui eum hactenus apud Electo-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 367 sq. cap. 37. §. 41.

62) est ign. cons.] Reb.: ignis consumens est.
63) inquit Ioannis 5. Qui quaerit — eum etc.] Reb.: Ioan. 5. inquit, quod quaerit — eum.
64) tradita est ad ignominiam carnis et nos stultissimi uolumus gloriam nostram in illa quaerere.] Reb.: ideo tradita est ad nostrae carnis ignominiam, et nos miseri et stulti nostram gloriam in illa quaerere cupimus.
65) Medicis,] Reb.: Medicis, Iuristis,
66) puella] Reb.: puella enim
67) humiliatur.] Reb.: humiliatur, etc.
68) *Aber* — arrogantia] Reb.: Foedissima autem illa arrogantia
69) Oremus] Reb.: Vigilemus et oremus
70) spargerentur] Reb. *typ. err.:* spargeretur
71) Doctorem (*i. e.* D. Lutherum)] *sic* Cod.; Reb.: se (*i. e.* Lutherum)
72) ipsi plus] Reb.: plus ipsi
73) omnibus — quia] Reb.: aliorum rumoribus, nunc vero fides illius inciperet vacillare, quasi
74) aut publicus hostis fieret.] *sic* Reb.; Cod.: ac publicus sit (*omissa voce:* hostis)
75) ultimam adm. esset contempturus confidens in aliquo,] Reb.: hanc vltimam adm. contempturus esset in aliquibus confidens,
76) non] Reb.: ne
77) apud me reipsa] Reb.: reipsa apud me
78) *Ich habe — gethan,*] Reb.: multa beneficia homo hic a me accepit,

rem excusando, precando, sed illius fucatam doctrinam nolo. *Ich habe ihm genug gethan* [79]) priuatim ac publice monendo, *das saget mir nach meinem tode künlich vnd frey nach.* [80])

[*fol. 248*a] Vxor *) Ducis Henrici uenit Wittenbergam [81]) cum qua D. M. Lutherus collocutus, de D. Ieckel, eius [82]) fastu et insolentia, eam [82]) hortatus est, ut Ecclesiae scandala consideraret. [83]) Aderat etiam senatus Fribergensis, ut alium uocarent. Is indicabat Iacobi impietatem. Nam publice docuit in templo licentiam carnalem: [84]) Fac quicquid uis, modo credis, [85]) saluaberis. Respondit D. M. Lutherus: Mala est distinctio, sed fiat inuersio. Mi homo crede in Deum, et postquam regeneratus nouus homo factus fueris, tunc fac quaecunque in manus uenerint, *die narren wissen nicht, was* fides *sei,* [86]) putant esse opinionem frigidam, [87]) sicut sophistae de fide infusa, aut informi [88]) docuerunt, eam [89]) esse donum Spiritus sancti, etiam in infantibus, quae stet in peccato mortali. Formatam uero fidem in charitate non peccare. Ita docuerunt, cum impossibile sit peccare, [90]) et esse natum ex Deo, quia pugnant inter se. [91]) *Ach lieber herrgott,* [92]) multa sequentur [93]) scandala, quia Deum non timemus, neque oramus, sed ingenij nostri uiribus fidimus. [94])

Anno 39. 18. Augusti **) mirabatur Martinus Lutherus [95]) Ioannis Agricolae arrogantiam et uanitatem, qui frigidissimis suis cogitationibus regnum affectaret, neglecto interea [96])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 369. cap. 37. §. 43.
**) *Conf.* ibid. III. p. 363 sq. cap. 37. §. 35. sect. 1. 2.

79) sed illius — *gethan*] Reb.: sedulo fucatam doctrinam improbaui, satis feci ei
80) *das saget* — *nach.*] Reb.: quod libere post mortem meam dicere de me debetis.
81) Vxor Ducis Henr. uenit Witt.] Reb.: Princeps Du. Henrici vxor Witebergam venit,
82) eius ... eam] Reb.: eiusque ... eamque
83) consideraret,] *sic* Reb.; Cod.: consideret,
84) Is indicabat — carnalem:] Reb.: qui impietatem D. Iac. indicabant, quod publice in templo carnalem licentiam docuisset ijs verbis.
85) credis,] Reb.: credas,
86) *die narren* — *sei,*] Reb.: verum insipientes isti homines definitionem fidei ignorant,
87) opinionem frigidam,] Reb.: frigidam opinionem,
88) informi] Reb.: infirmi
89) eam] Reb.: scilicet eam
90) Ita docuerunt, — sit peccare,] *sic* Reb.; *in* Cod. *haec desunt.*
91) pugnant inter se.] Reb.: inter se pugnent.
92) *Ach l. h.*] Reb.: Ach bone Deus,
93) sequentur] *sic* Reb.; Cod.: sequuntur
94) sed ingenij — fidimus.] Reb.: fidentes ingenij nostri viribus.
95) Anno 39. — Lutherus] Reb.: Anno 38. August. M. L. mirabatur
96) interea] Reb.: interim

Euangelij negotio. 95) Respondit D. Philippus: 96) Sunt quidem omnium temporum. Nam omnia negotia habent impedimenta. multos vero impediuerunt. 97) et tamen Deus 1) in aduersitate perfecerunt. multorum cursus impedit. 2) Deinde D. Martinus dixit: Quos contemnit de illa secta 3) Antinomorum? *Ich habe drey grewliche teufel vberlebet.* 4) Munzer. Sacramentarium. et 5) Anabaptistarum. his tapfer *alle wunden. eine wirde ers schreiben kein Ende werden.* 6)

fol. 29ᵇ Ego nunc non capio 7) diuinos vincere. quia nulla pax speranda est. Veteres et Bernhardus. bene dixerunt. quatuor esse praedicanda. virtutem. vitia. praemia et minas. et optime dictum est. Sed Antinomorum sapientia multo 8) aliter sentit. Nam noster Lecebrio Schenck 9) iam 9) dixit: *Ich habe euch einen kopff. Ja wen gott damit zufrieden were. so hette ich euch einen.* 9 Ita inducti pergunt, non sentientes summa malum. 10) *Ach lieber herrgott* 11) liberet nos a malo illo. 12 Beneplacitum tuum 13) est super timentes te. 14) et in his qui sperant in tuam misericordiam. 15) Si mortuus essem. illa omnia non viderem. *Aber vnser herr gott wird noch noch lenger martern. den papisten zu trotz,* 16) qui prae mortem meam 17) mea beneficia agnoscent. *vnd der spruch wirdt bey Ihnen an mir erfüllet werden:* 18) (ni

---

7) *Conf.* Luth. *enarr. perm.* II. p. 389 sq. cap. X. § 44.

95) negotio.] Cod. *colonni err.*: negotia.
96) D. Philippus:] Reb.: Ph. M.
97) negotia multa] Reb.: multa negotia.
1) Deus ... impedit.] Reb.: Deum ... impedisse.
2) multa] Reb. typ. *err.*: multa
3) *Ich habe — vberlebet,*] Reb.: Ego vix horrenda fabularum monstra,
4) et] a Reb. *absunt.*
5) *alle — werden.*] Reb.: Nec mihi fuit verbendi satis materiam,
6) Ego nunc non capio] Reb.: palma nunc capio quam
7) multo] Reb.: longe
8) Lec. Schenck iam] Reb.: Ia. S. nr
9) *Ich habe — einen.*] Reb.: Est et mihi caput, verum si Deus esset contentus capitibus, tunc et ego caput haberem.
10) non sentientes summa malum.] Reb.: malum nemo non sentiebat.
11) *Ach l. h.*] Reb.: Ach bone Deus.
12) a malo illo.] Reb.: ab illo malo.
13) tuum] a Reb. *absunt.*
14) te] *om.* Reb. *deest.*
15) misericordiam.] Reb.: misericordiam, etc.
16) *Aber vnser — trotz,*] Reb.: Verum Deus noster dolens me mortuo coniuge in contumeliam fortem Papistarum,
17) mortem meam] Reb.: meam mortem
18) *vnd der — werden:*] Reb.: vt dictum mihi illo de me impleatur,

mortuus est, iustificatus est a peccato. Mira referebant *) de uaferrimo spiritu Io. Agricolae et Iacobi Schenckii [19]) qui, simulando suam prudentiam exercerent, et hominum applausum mirabiliter captarent. [20]) Respondit Martinus Lutherus: Haec oportet nos uidere in falsis fratribus, Ideo Christus ad Paulum dicit: Vide ego [21]) ostendam tibi quae pati debeas. *Er wils den seinen sauer machen. er hat mich Jo auch hinein bracht der liebe herrgott, wirdt mir auch heraus helffen. ich habe gnug, wan ich seine gnade behalte.* [22])

Anno 38. 3. Septemb. **) D. Gabriel [23]) Pastor Torgensis aderat, de Iacobi Schenckij [23a]) insolentia conquerens, qui astute omnes nobiles fere, consiliarios [24]) et [*fol. 249a*] ipsum Principem Electorem ad se traheret, ut etiam fratrem ipsius Michaëlem [25]) contra regulam uisitationis cogatur ferre, ut concionetur [26]) in Torgau. D. Martinus Lutherus his territus [27]) tacuit [28]) et orauit, illo [29]) die iussit agi cum Eislebio, ut recantaret publice, aut confunderetur. Nam Iacobus Schenck [30]) fraudulenter gloriabatur ***) concordiam cum Wittenbergensibus. Respondit Martinus Lutherus: *Ich muss ihn vor meinen freundt annemen, vnd das gleuben, wie wol ich mit briuen vnd siegeln ihn tzu vbertzeugen habe.* Sed sine uadere sicut uadit. [31]) Tempus meum et illius nondum uenit. In fine uidebitur cuius toni. Oremus Deum contra scandala. [32])

Anno 38. 11. Septembris ****) D. Martinus Lutherus au-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 370. cap. 37. §. 45.
**) *Conf.* ibid. III. p. 370. cap. 37. §. 45a.
***) *Conf.* ibid. III. p. 370 sq. cap. 37. §. 46.
****) *Conf.* ibid. III. p. 371 sq. cap. 37. §. 47.

19) Ioannis Agricolae et Iacobi Schenckii] Reb.: Io. A. et Ia. S.
20) exercerent, — captarent.] Reb.: exerceret, applausum vulgi mirabiliter captando.
21) Vide ego] Reb.: Vade
22) *Er wils — behalte,*] Reb.: Sic pij in sudore vultus, Dei donis a Deo acceptis, fieri deberent, Deus mihi quoque crucem imposuit, sed tandem liberabit me, sufficit enim mihi gratia ipsius.
23) D. Gabriel] Reb.: D. G.
23a) Iacobi Schenckij] *sic scripsi;* Cod.: Ioannis Schenckij, Reb.: I. S.
24) consiliarios,] Reb.: et consiliarios,
25) Michaëlem] *sic* Reb.; *in* Cod. *non legitur.*
26) cogatur ferre, ut concionetur] *sic* Cod.; Reb.: cogeret ferre vt concionarentur
27) territus] *sic* Reb.; Cod.: territis
28) tacuit] Reb.: iacuit
29) illo] Reb.: et illo
30) Iacobus Schenck] *sic scripsi;* Cod.: Ioannes Schenck, Reb.: Iac. S.
31) Respondit — sicut uadit.] Reb.: patientiam pati cum papa, haereticis, asaris, familia, et vxore cogor, et vita mea nihil est quam mera patientia. Sed valeant haec.
32) contra scandala.] Reb.: que auertat scandala.

diuit in Locha Iacobum [33]) Schenckium concionantem secundum magna temeritate. A prandio cum [34]) priuatum colloquium cum ipso habuit, an [35]) eum] cri facere, sed proh dolor, impoenitentem et [36]) imp ambitiosum, et [37]) rebellantem, et peierantem inue D. Martinus ignorantiam ei [38]) obijceret, eum [39]) es citatum, neque Dialectica, neque Rhetorica instructu men audere talia [40]) contra suos praeceptores. R *Ich muss es thun vmb des bluttes Christi willen vnn ren leidens, auch das ihn dartzu tzwinge des gewissen tus, das ich gott mer sol furchten dan alle* praecept *ich habe so wol einen gott als ihr.* [41]) Respondit D. Esto doctrinam nostram penitus intelligeres, [42]) att praeceptores, [*fol. 249b*] a quibus primum didicisti e rare deberes in gloriam Dei. [43]) Ita si ego omne Dauidis scirem eo spiritu, quo compositi sunt, *noc würde ich noch keinen können machen. Ich vermöch ersten Versen* primi psalmi *tzu machen.* [44]) Tande serunt non reconciliati, dixitque D. Martinus: *Bistu a sen, so flicke dich der teuffel. Nu wir mussen das*] it falsis fratribus *auch mitte leyden, das arme Frei windts niemer mehr.* [45]) Sed Deus ultor disperdet uiolauit templum suum. [46]) Hic uidemus prouerb Mala mens malus animus, *Ein vertzweyfelter böser*

---

33) Iacobum] Cod. *falso*: Ioannem (*conf.* p. 65. *notae* 23a *et*
34) cum] *sic* Cod.; Reb.: praesente
35) an] *sic* Reb.; Cod.: si
36) impoenitentem et] Reb.: non resipiscentem,
37) et] *a* Reb. *abest.*
38) ignorantiam ei] Reb.: ei ignorantiam
39) eum] Reb.: illum
40) audere talia] Reb.: talia audire
41) Respondit: *Ich — als ihr.*] Reb.: Respon. Ille, propter s sacro sanctam Christi passionem atque conscientiam meam haec t praesertim, quia maiorem Deo obedientiam praestare debitus q meis praeceptoribus. Nam et ego Deum habeo, sicuti et vos.
42) intelligeres,] Reb.: intelligens,
43) primum didicisti eam, honorare deberes in gloriam Dei.] Reb.: didicimus honorare debemus, propter Dei gloriam.
44) *noch dennoch — tzu machen.*] Reb.: nullum tamen e me nere possem, Imo nec primum versum Psalmi primi.
45) *Bistu do — niemer mehr.*] Reb.: Est haec herba sub qua tunc caueat sibi quisque ab illa, tamen cogimur periculum hoc i tribus pati, Miser Freiberga nunquam ab isto damno et pericul liberabitur.
46) uiolauit templum suum.] Reb.: templum violauerit.
47) prouerbium:] Reb.: iuxta prouerbium.
48) *Ein v. b. bube.*] Reb.: est homo malignissimus.

nde in coena sedebat [49]) satis proteruus cauillans D. Martino Lutherum et [50]) Fribergenses eosque perstringens. Respondit D. Martinus Lutherus: *Wan ich den hoffe so from che als ihr die welt, so habe ich verthan.* et [51]) semper torno uultu, oculisque [52]) demissis et tectis sedit, ostendens animi sui malitiam. [53]) Tandem cum Martino Luthero unte expostulare cupiebat. Lutherus ad Ionam [54]) dixit: *) quanta pestis est hominum, qui prosperitate plus degenerant quam cruce. Nam illi tantum ex prospero successu in iam arrogantiam inciderunt, [55]) inexperti omnia sibi uendicantes et praesumentes, se ociosos, et gloriosos regnaturos in stris laboribus, [56]) *da soltte ein feyne* Ecclesia *werden vnd* [57]) Iam dudum Catechismus in Ecclesia periisset, quem mo cum [58]) labore et fructu adhuc praedicamus, Deus seruet nos [59]) in puritate illius doctrinae. [60])

fol. 250a] Anno 38. 48. Septembris**) cum undiquaque irent laudes et praeconia [61]) de D. Iacobo Schenckio, [62]) i esset syncerissmus Euangelij praedicator, et conscientiae consolator. Respondit D. Lutherus: Quam libenter hoc onium de ipso audirem, modo non esset blandiloquus, turbator, ut Paulus Roman. ultimo conqueritur, qui allacissimi, sicut Caecias [64]) uentus, qui leni flatu proflores ad interitum. [65]) Ita Sathan facit, qui docendo um delere conatur, et dicendo uerum mentitur. *Es kan n from man vber die treppen gehen, so ein schalck darlieget, dan das kan der teuffel wol nach lassen, dass*

Conf. Luth. colloq. germ. III. p. 372. cap. 37. §. 48.
Conf. ibid. III. p. 372 sq. cap. 37. §. 49.
sedebat] Reb.: I. S. (*i. e.* Iac. Schenck) sedebat in mensa
t] *a* Reb. *abest.*
espondit — *verthan.* et] Reb.: Luthero obiecit, si aula in tantum per te reformatur quantum mundus per te, tunc satis me fecisse, puto.
culisque] Reb.: oculis
sedit, ostendens animi sui malitiam.] Reb.: sedebat animi sui malitiam ostendens.
utherus ad Ionam] Reb.: Tandem L. ad D. Ionam
rrogantiam inciderunt,] Reb.: inciderunt arrogantiam,
gnaturos in nostris laboribus,] Reb.: in nostris laboribus regnaturos,
in soltte — folgen.] Reb.: quam egregia Ecclesia sequi deberet.
um] *a* Reb. *abest.*
eus conseruet nos] Reb.: conseruet nos Deus
octrinae.] Reb.: doctrinae, Amen.
s praeconia] *a* Reb. *absunt.*
acobo Schenckio] Reb.: Iac. S.
t] Reb.: aut
Caecias (*i. q. καικίας*)] Reb. *male*: Cecicas
rouocat flores ad interitum.] Reb.: flores ad interitum prouocet.

Christus vber die tzunge gehet, vnd er die weil daruntter lieget, vt homines pruritu aurium inficiantur. *dasselbige geschwetz wirdt nicht lange bleiben.* [66]) Nam Satham per Euangelium, Euangelium uult subuertere, quia in praesumtuosis et securis non est peccati cognitio neque materia. *da hat Christus keine wergckstadt, darinne er erbeytten konde.* [67]) qui [68]) tantum uenit ad contritos et humiliatos. sed illi contemptores legis sunt superbissimi. sicut sub papatu. sub legis traditionibus homines erant alienissimi. [69]) Ideo legis praedicatio est praeparatio Euangelij. et Christo fideli operario [70]) materiam praebet. [71])

Ioannes Agricola *) maximas tempestates [72]) egregie dissimulat. fingit sibi multum. et miror illius hominis [73]) laetitiam. qui in tantis calamitatibus non humiliatur. [74]) Ipse mihi suam palinodiam commendauit. [75]) fortassis hac spe. me modestius acturum cum illo. [76]) sed ego gloriam Christi [77]) non suam quaeram. et definiam eum [78]) suis uerbis. hominem ignauum. superbum [79]) et impium qui Ecclesiae multum obfuit. [80]) et hanc recantationem suo [*fol. 250b*] nomine Caspero [81]) Guttel. et caeteris dicabo praedicatoribus. [82]) Iacobus Schenck [82a]) sacram scripturam tractat. **) sicut aliquis Ludimagister [83]) in scholis Terentij comoediam praelegit.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 364. cap. 37. §. 36. sect. 1.

**) *Conf.* ibd. III. p. 374. cap. 37. §. 51.

66) *Es kan wol — bleiben.* Reb.: pus interim scitam transire patet cum tamen nequam latet intra scitam. Fabulis cum euacuit Christum transire lingua, cum ille interim pure, materia linguae vana, sed haec breuis vana non diu persistet.

67) *da hat — konde.* Reb.: nec Christus a suis hominibus sitam habet officinam in qua laborare possit.

68) qui] Reb.: qua

69) sub legis — alienissimi.] Reb.: sub traditionibus humanis alienissimi erant a lege.

70) operario] sic recte Reb.: Cod.: operam

71) materiam praebet.] Reb.: praebet materiam.

72) m. tempestates] Reb.: m. tempestates tentationem

73) et miror illius hominis] Reb.: et v. miror hominis

74) qui ... humiliatur] Reb.: qui ... humiliatur.

75) Ipse mihi — commendauit.] Reb.: promsit mihi suam palinodiam

76) acturum cum illo.] Reb.: cum illo acturum.

77) gloriam Christi] Reb.: Christi gloriam

78) et definiam (Cod. difiniam) eum] Reb.: eumque in infinitum

79) superbum] Reb.: arrogantem

80) Ecclesiae multum obfuit.] Reb.: multum obfuit Ecclesiae.

81) Caspero] Reb.: D. Cas.

82) dicabo praedicatoribus.] Reb.: praedicatoribus dicabo.

82a) Iacobus Schenck] Reb.: Iac. S.

83) aliquis Ludimagister] Reb.: Ludimagister aliquis

Ita ipse in scriptura suam personam sicut in Comoedia respicit. *Er sol vnd muss sein.* Ideo impossibile est [84]) hominem superbum et arrogantem posse Christum [85]) praedicare, qui uult [86]) contrita corda, et spiritus humiliatos etc. [87])

Anno 38. 18 Septembris *) mentio fiebat Iacobi Schenckij [88]) qui superbus et mendax omnia [89]) tentaret, et tamen negaret, ubicunque esset, dissidia seminaret fretus et confisus authoritate principis et applausu populi, sed confundetur suo tempore. [90])

Ioannes Agricola erat magnae authoritatis in aula, [91]) et fere consiliarius intimus, attamen sine me corruit eius aestimatio. [92]) Cum in Cycensi [93]) synodo doceret, omnibus displicuit. Ille [94]) miser homo sua arrogantia inflatus, seipsum decipit nouis uocabulis. [95]) Vrget enim: Reuelatio irae est praedicanda, non lex. [96]) Cum lex et praedicatio irae [97]) eadem sint et synonyma. Ego plane nihil curarem abolita lege reuelationem irae. [98]) Adeo stulti et inepti [99]) sunt, ut synonyma non intelligant, quasi [100]) ego dicerem: *vom tode sol man nicht predigen, sondern von sterben mag man predigen.* [1]) quae haec esset [2]) insania? Ego huic homini in tantum confidebam, ut doctrinam, Ecclesiam, domum et secreta mea commendarem, [3]) et is sua sathanica simulatione suam

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 374 sqq. cap. 37. §. 52.

84) comoediam praelegit — impossibile est] Reb: Comoedia suam personam respicit ipse solus est et esse debet. Impossibile igitur est
85) posse Christum] Reb.: Christum posse
86) uult] Reb.: requirit
87) etc.] *a* Reb. *abest.*
88) Anno 38. — Schenckij] Reb.: Mentio fiebat l. Sch.
89) omnia] Reb.: nihil non
90) dissidia seminaret — tempore.] Reb.: seminaret dissidia, authoritate principis et populi applausu fretus. At suo tempore confudetur.
91) erat magnae authoritatis in aula,] Reb.: in aula magnae authoritatis erat,
92) sine me corruit (Cod. *male*: curruit) e. aest.] Reb.: eius aestimatio absque me corruit.
93) Cum in Cycensi] Reb.: Cum enim in Zitzensi
94) o. displicuit. Ille] Reb.: o. displicuit auditoribus. Ita
95) n. uocabulis] Reb.: n. uocabulis studens.
96) Reuelatio — lex.] Reb.: reuelationem irae esse praedicandam et non legem.
97) praedicatio irae] Reb.: irae reuelatio
98) abolita lege reuelationem irae.] Reb.: reuelationem irae, lege abolita.
99) stulti et inepti] Reb.: inepti et stulti
100) intelligant, quasi] Reb.: obseruent, ac si
1) *vom tode — man predigen.*] Reb.: de morte non est concionandum sed de mortis efficacia concio est instituenda.
2) haec esset.] Reb.: est haec
3) doctrinam — commendarem,] Reb.: doctrinam Ecclesiae, domum meam, secreta mea illi commendarem,

55) *hat — gehabt,*] Reb.: quinquaginta duo commisit proelia,
56) interfuit,] Reb.: ipse interfuit,
57) *in den sint — man.*] Reb.: in quibus interfecti sunt 1100000. virorum.
58) Colloquium — Mauritium.] Reb.: Colloquium D. M. L. cum P. M. de bello Paschali.

hofe daruon sagen, dass das haus von Sachsen in sich selbest felt, vnnd sich selber vnttereinander verterbet. D. M. L. *Das ist war. meint ihr, das der Teuffel feyre? er wirts lange gegen Rom bracht haben, die papisten werden in die faust lachen.* P. M. *Ja freilich sie werden sagen: sehet da, das sint vnsere Euangelische, das sint die gutte fruchte ihrer* [59]) *lehre.* D. M. L. *Sie werden tzu Rom also dauon redenn. Was gilts, sie werden sich selbes vnttereinander schlaen, vnd die lehre selbest ausrotten, das muss man horen, der barmhertzige gott wende es. Bittet ihr nur fleissig, vngetzweiffelt, gott wirts wenden. Ich habe den hertzog Georgen tzu tode gebet, wir wollen auch woll Carlowitz vnnd* Pistorium *tzu tode lachen, vnnd gott gebe, dass es des spieles anfengern gehe, wie es Judas gieng vnnd Achitophel.* P. M. *Moritz* [*fol. 320*^{b}] *ist ein Junger man, kaum 20 Jar alt, vnnd wann wir grosse muhe vnnd arbeit gehabet haben in der kirchen, die lehre erhaltten wider den Bapst vnnd die gantze welt, dass sich niemandt wider vns legen darff, so kompt ein Junger lecker vnnd macht vnter vns selbes ein spiel, das wir nicht wissen, wo wir daheime sint. Es wirdt nu keiner sein leben lang den andern vertrauenn. Es wirdt der widerwil vnnd grol stets im hertzen bleiben.* D. M. L. *Es ist war, ob sie schon eynen vertragk auffrichten, so wirdt doch einer den andern meiden,* quia corda sunt diuisa. P. M. *Es wirdt aber nicht gescheen* sine magna concussione Ecclesiae. D. M. L. *Es wirdt eine* Concussio *vnnd* uastatio *werden, aber gott seine kirche wol erhaltten. Hertzog Moritz ist ein Junger man, verstehet die Sache nicht, er meinet, seine Rethe meinens sehr gut mit ihm. Aber er wirts einmal verstehen lernen mit seinem grossen schaden, vnnd da wirdt man ihm auch nicht glaubenn.* P. M. *Hertzog Moritz ist wie ein pfeiff, was die Rethe ihm einblasen, das pfeifft vnnd schallet er.*

[Rebenstockius T. II. fol. 191^{b} lin. ult. — fol. 193^{a} lin. 6. ***hoc colloquium*** Lutheri ***et*** Melanthonis ***sic latine reddidit:***

Ph. Misnenses plane Diabolicis ingeniis excepto D. C. Cruc. sunt proditi, qui hoc malum ante multos instituerunt annos, nihil in hoc situm est, ipsos magna multitudine populi, et instrumentis bellicis stipatos ipse, quia iustam non habent causam, nam iusta in primis requiritur causa, postea, si bellum aggressi fuerint, virorum strenuorum vehemens conflictatio. Ph. Elector noster statuit causae intelligit, illi volunt nostrum principem opprimere, et nos funditus delere conantur. M. L. Oratio piorum valebit, sicut Dauid inquit. Ego autem orabam, sinite et illos orationi incumbere, armis enim et consilijs non opprimetur illa factio, sed oratione. Phil. Sine labore magno inceptum non perficient. Audio enim K. et P. calumniosos et cauillationum amatores esse. Respon. M. L. Nos facundis, et eloquentibus hanc

59) *ihrer*] Cod. *calami err.*: *ihre*

commendemus causam, ipsi enim ad finem perducere possunt, absque enim nostro consilio, hanc rem inceperunt. D. Pont. saepius dixit. Misnenses nunquam bene de nobis sensisse, semper ideo suspecti, fuisse quasi mali aliquid instituere conarentur. Ph. Magnum autem ab illis prouenit scandalum. M. L. Verum dicis, sed quid vlterius in hac re facere possumus aut debemus, modo enim mutari non potest. Ph. Iam Romae, omnibus notum erit, Papa Caesari, magna cum gratulatione adscripsit. Rex Angliae nec non sciet, Lutetiae in aula regis de controuersia domus Saxoniae loquuntur. M. L. Verum est, sed putas Diabolum dormire, Romanis enim quam primum manifestauerit. Papistae super hanc discordiam exhilarabantur, dicentes, Ecce hi nostri Euangelici sunt cum suis fructibus, et Romae ita de hac re loquantur, obseruate an non ipsi Euangelici propter hanc doctrinam sese interficiant. Talia verba nos audire cogimur, Deus misericors hanc calamitatem auertet, orate modo, Deus noster absque dubio amouebit. Ego D. Georg. oratorem necaui, nos quoque K. et P. risu nostro interficiamus, et faxit, vt inceptoribus huius controuersiae, sicut Iudae, et Achitopheli, contingat.

D. Mauritius adhuc vir iuuenis nondum attigit annum aetatis vicesimum, et si nos magno cum labore Christi doctrinam in Ecclesia nostra, contra Papam, et totum mundum, ita vt etiam nemo illam oppugnare ausit, conseruauimus, tunc iuuenis, ille princeps, et inter nosmet ipsos controuersiam et discordiam mouet, quod etiam ignoramus quid nobis agendum sit. Perpetuum nunc inter se habebunt odium, et alter alteri fidem non seruabit. Mart. Lut. Verum est, etiamsi pactum concordiae instituunt, alter tamen odio habebit alterum, quia corda sunt diuisa. Phi. Non autem fiet sine magna concussione Ecclesiae. M. L. Futura est concussio et vastatio, attamen Deus suam seruabit Ecclesiam. Dux Mauritius princeps iuuenis, huius rei nullum habet intellectum, consiliarijs enim suis nimium credit, verum magno suo damno et periculo aliquando intelliget, postea et ipse fidem suam apud alios homines amittet. Phil. Dux Maur. fistulae similis, quicquid enim consiliarij sui inflant illi, de his rebus sonum ille mittet.]

[*fol. 321*[a]] D. MARTINVS LVTHERVS DOCTORI HIERONYMO WELLERO.

G. et P. Iste huius belli subitaneus tumultus ex multorum cordibus reuelauit cogitationes. Quam scilicet sint Centauri Misnici et Cerua Lypsensis fallaces, et perfidi, simulatores in Euangelio fouendo. Deus det illis perditis [60]) Tyrannis, luxu, usura, auaritia, superbia, perfidia, odio, impietate, hypocrisi, seditionibus, fraudibus, periurijs, et omni iniquitate et malitia deploratis suam mercedem tempore suo ij tam parricidiale bellum excitarint, Amen. Deus exaudiuit orationem Ecclesiae suae, et porro exaudiit contra illos Diabolos, ut non perficiant quod faciunt, et ora pro Ecclesia Dei, sicut ipsa pro te et nobis omnibus orat. Feria 4 post Quasimodo geniti anno 42. [61])

---

60) perditis] Cod. *male:* pertitis

61) D. Mart. Lutherus — — anno 42.] *Haec Lutheri epistola*, quae *a* Reb. *abest, germanice legitur inter eius epistolas a* de Wettio collectas T. V. p. 465. nr. 2062. *conf. etiam* Seidemanni annot. in eiusd. collectionis T. VI. p. 634. not. 6.

DVCES PRAESTANTES ET HEROICI [62]) *)

Fama ferebatur **) Andream de Doria a Turca undique obsessum. [63]) extrema fame compulsum tandem paucis militibus exercitum Turcarum perrupisse [64]) et in Italiam fugisse. Ibi reparatis *fol. 32b* uiribus iterum exercitum Turcicum rupisse. et in eadem loca redijsse. *das muss warlich* Heroica uirtus *sein* ita perrumpere hostes. [65])

KVNTZ von der Rosen [66]) *** Maximiliani Secretarius heroico animo praeditus. iter faciens per syluam. coactus est diuertere ibi [67] apud hospitem latronem. Benigne acceptus [68], uidit puellam flere, quae interrogata secreto [69]) respondit, eum esse inter latrones, et addidit tesseram. *wan der wirt die lichte wird lassen antzunden, vnnd ein glocklein leutten, so werden die pauren komen.* [70]) Apparata mensa exibit e uaporario dicens: *putze dich licht*, deinde accedet [71] rusticus delens candelas, *so sticht man euch todt.* Ille uir fortis sui curam [72] habuit, petiuitque a puella candelam, quam in laterna sub scamnum posuit. [73] expectauitque latrones armatus in mensa. Statim rusticus accessit, qui deleuit candelas, uoluitque transfigere nobilem, sed [74]) ille armatus cum seruis, prolata lucerna, rusticum cum bipenni [75]) fugauit, [76]) occidit et hospitem cepit etc. [77])

---

*) Reb. II, fol. 193a lin. 7. — fol. 194b lin. 12. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 447 sqq. cap. 63.

**) *Conf.* ibid. IV. p. 447 sq. cap. 63. §. 1. sect. 1.

***) *Conf.* ibid. IV. p. 453. cap. 63. §. 11.

62) Duces praest. et her.] Reb.: Duces bellorum heroici.

63) obsessum] Reb. *typ. err.:* absessum

64) exercitum Turc. perrupisse] Reb.: ipsum perrupisse exercitum Turcarum

65) iterum exercitum — hostes.] Reb.: in eadem loca redijsse. et Turcicum exercitum inuasisse iterum. Respon. Doct. Mart. Luth. Certe haec est uirtus, ita hostium exercitus perrumpere. Ideo Iulius Caesar dixisse fertur:. Male esse in exercitu Ceruorum duce Leone quam in exercitu Leonum duce ceruo, multum enim in his personis situm est.

66) *Kuntz v. d. R.*] Reb.: Conradus de Rosa.

67) ibi] *a* Reb. *abest.*

68) Benigne acc.] Reb.: vbi humaniter exceptus,

69) interrogata secreto] Reb.: secreto interrogata,

70) eum esse inter — *komen.*] Reb.: Dum (*typ. err. pro:* eum) hospitari inter periculosos latrones, et addidit tesseram, si hospes candelas incenderit, et campanula pulsauerit, quam primum adsunt rustici aliqui,

71) *putze* — accedet] Reb.: emunge lumen, illico accedit

72) delens cand. — curam] Reb.: candelas delens, et interficit te. Vir ille fortis curam sui

73) sub scamnum pos.] Reb.: sub scamno occultauit.

74) sed] Reb.: at

75) bipenni] Cod. *male:* bipennis

76) fugauit,] *a* Reb. *abest.*

77) etc.] *ap.* Reb. *deest.*

Alius *) in terram sanctam profecturus in deserto adortus est a latronibus, [78]) quibus procul adhuc visis, iussit apparari mensam et latrones inuitauit dicens, [79]) Morem esse in suis terris, hospites ita aduenientes [80]) suscipere. Illi cum eo conuiuantur [*fol.* 322ᵃ] donaque accipiunt et discedunt. Altero die iterum sese offerunt, eosque [81]) capiunt, abducunt in arcem, donant et deducunt in uiam. [82])

Rumor uenerat **) de uictoria contra Turcam occisis 20000. Respondit D. Martinus Lutherus: *Ach lieber gott mit wenig fromen ist die schlacht gescheen.* [83]) Nos Germani nimis securi et [84]) bibuli sumus, *die grossen Tattern, die dem Turcken wol neher liegen, lest er wol tzu frieden,* quia sunt bellicosi, ad praedam parati, *konnen ihre speise auff 14 tage am pferde furen,* dixitque [85]) de Tamerlano rege Tartarorum, qui Turcam 20000 hominum profligauit, [86]) regemque Turcarum captum, ferrea cauea [87]) inclusum, in [88]) omnem terram circumduxit, *Er begegenet auch den Turcken mit tzehen mal hundert tausent man,* [89]) multasque regiones bello sibi subiecit. Obsidens ciuitatem, primo die tentorium album fixit, gratiam afferens, secundo die rubrum, id est [90]) sanguinem significans, tertio die atrum, id est [90]) subuersionem et deuastationem [91]) portendens. Summus [92]) Tyrannus se gloriabatur [93]) esse feruentem Dei iram, orbisque terrarum ua-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 454. cap. 63. §. 12.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 448 sq. cap. 63. §. 1. sect. 2. et §. 2. 3. 4.

78) in deserto — latronibus.] Reb.: a latron. in deserto adortus
79) dicens,] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
80) ita aduen.] Reb.: aduenientes ista
81) eosque] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
82) abducunt — uiam.] Reb.: et in arcem abducunt, donis ornant et in viam deducunt.
83) *Ach lieber — gescheen.*] Reb.: Ach Deus bone, paucis cum pijs hoc proelium factum est,
84) securi et] *a* Reb. *absunt.*
85) *die grossen T.* — dixitque] Reb.: magnos enim Tartaros, qui limites eius attingant, non adeo sollicitat, sicuti nos Germanos, quia sunt bellicosi, et ad praedam parati. victum enim quatuordecim dies, portant secum in equis, dixit
86) qui Turcam 20000 hominum profligauit] *sic* Cod.; Reb.: qui Turcam, qui cum 200000, profligauit,
87) cauea] Reb.: caua
88) in] Reb.: spectatum per
89) *Er begegenet — man,*] Reb.: ipse quoque armatus Turcae occurrebat, habebat enim penes se duces centena millia virorum.
90) id est] *utroque loco a* Reb. *absunt.*
91) deuastationem] Reb.: vastationem
92) Summus] Reb.: Summus erat
93) se gloriabatur] Reb.: gloriabatur se

stationem. [94] Talis fuit et Alexander Magnus, heros ille [95] eximius, qui paruo tempore uixit, et 12 annis [96]) totum orbem [97]) sibi subiecit. Hunc Iulius Caesar imitari uoluit, [*fol.* 322ᵃ] sed tantum simia, qui [98]) Rempublicam minuit et rapuit, *dan ein schwerdt behelt das ander in der scheiden. Die grossen Tattern* ferales illi [99]) nulli sunt subiecti, tamen luctantur cum Persis et Turcis, *wie sich die kleinen Tattern mit den* Moscouitis *vnnd Polen schlagen.* [100]) Summa: Deus est omnium regnorum Dominus et author, qui transfert regna [1]) et constituit, *noch wollen wir ihn mustern vnnd klug sein, die wir vns selber nicht können kennen, viel weniger gott ausforschen.* [2]) Quis potest metiri oculos suos, ubi stella oculi minima potest totum hemispherium coeli capere, *noch wollen wir gott mustern.* [3])

Philippus Melanthon dicebat *) omnibus temporibus heroes singulari Dei [4]) gratia datos et seruatos esse, qui non frigidis imaginationibus, sua negotia gessissent, sed diuino quodam motu agitati, suos cursus absoluissent. Vt Alexander, qui regnum Persicum transtulit, Deinde [5]) Iulius Caesar. [6]) Ita Prophetae et Paulus excellentes [7]) heroicis motibus suas res gesserunt. Talis est liber Iudicum, *do man siehet, wie gott grosse ding mit einer person gegeben vnnd weggenomen hat.* [8])

Alexander oblatam pacem a Dario recusauit, ibi Parmenio

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 449. cap. 63. §. 5.

94) nastationem.] *sic* Reb.: Cod.: uastitatem.
95) ille] *a* Reb. *abest.*
96) annis] *sic* Reb.: Cod.: annos
97) totum orbem] Reb.: maguam orbis partem
98) tantum simia, qui] Reb.: tantum fuit simia, quia
99) *dan ein* — ferales illi] Reb.: Tartari maiores, ferales illi homines
100) *wie sich* — *schlagen.*] Reb.: quemadmodum Tartari minores bella ducunt contra Moscouitas et Polonos.
1) transf. regna] Reb.: regna transfert
2) *noch wollen* — *ausforschen.*] Reb.: attamen nos semper prudentiores esse volumus, qui nosmetipsos, multo minus Deum, perscrutari possumus.
3) *noch* — *mustern.*] Reb.: tamen Deum iudicare, illumque docere conantur. — (Luth. colloq. germ. IV. p. 449. lin. 23. *pro* „mustern" *recte habent*: „*meistern*").
4) Dei] Reb. *male*: Deo
5) Deinde] *a* Reb. *abest.*
6) Caesar.] Reb.: Caesar, qui quartam Monarchiam instituit.
7) et Paulus excellentes] Reb.: Paulus et excellentes viri
8) *do man* — *hat.*] Reb.: in quo videndum, quomodo Deus aliquando per vnam personam, multa et magna dedit dona propter ingratitudinem iterum abstulit.

dixit: Ego si Alexander essem, [*fol.* 323ª] reciperem. Alexander respondit: Ego si Parmenio essem, facerem, quasi dicat: ***du bist nicht der man, der ich bin.*** [9])

Papistarum*) caecitas eo est maior, quia doctrina putatur [10]) ab uno homine reuelata [11]) non esse recipienda, quasi [12]) Helias Thesbites [13]) ille mendicus unus homo, tanta [14]) fecerit contra tot Baalistas. Item Ioannes Baptista unus homo in [15]) paruo tempore insigni uictoria prostrauit Pharisaeos. [16]) ***Es heist nicht:*** [17]) unus homo, sed homo Dei. Heroici uiri non sit unus homo etc. [18])

SEDITIO. **)

Anno 36. inquit Martinus Lutherus: Colonia maxima ciuitas, excedens Romam, seu Norinbergam, Augustam, Florentiam. Haec iam paucis diebus [19]) per incolas seditiose oppugnata est, ***denn sie haben den thum gestürmet, die pfaffenn huren ausgeiagt, mer dan 200 mönche vnnd nonnen vertrieben, das heiligthumb begrabenn.*** Haec Spalatinus. Lutherus territus respondit: ***Ach es ist nicht gutt.*** Violentia illa multum scandalizat Euangelium et incitat Tyrannos. ***Sie wollen vns mit der faust fur dem kamen fischenn.*** [20]) Cum Esaias [21]) et Paulus dicant: Ego conteram eum uirga oris mei

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 450. cap. 63. §. 7.

**) Reb. II, fol. 194ᵇ lin. 13. — fol. 195ª lin. 12. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 455 sq. cap. 63. §. 15.

9) Alexander oblatam — *ich bin*] *haec a* Reb. *absunt.*

10) quia d. putatur] Reb.: qui putant

11) reuelata] Cod. *falso*: reuelato

12) quasi] *sic* Reb.: Cod.: Quas

13) Thesbites] Reb. *corrupte*: Lesbites

14) tanta] Reb.: non grandia

15) in] *a* Reb. *abest.*

16) prostrauit Pharisaeos.] Reb.: Pharisaeos confutauit,

17) ***Es heist nicht:***] Reb.: non dicitur,

18) etc.] *a* Reb. *abest.*

19) Anno 36. — diebus] Reb.: Sicut bellum omnium calamitatum plaga est atrocissima, ita seditio fastidiosa, ciuitatibus est exitium, Sicut iam Coloniae accidit. Anno 36. Scribente Georgio Spalatino, quae ciuitas amplissima, Romam, Florentiam, Augustam, Norimbergam magnitudine excedit, haec

20) ***denn sie haben — fischenn.***] Reb.: cathedralem enim Ecclesiam oppugnarunt, concubinas sacrificulorum fugarunt, vltra 200. Monachos et Nonnas fergnersarunt, et reliquias sanctorum sepelierunt. Haec legens ex literis Spalatini M. l., territus respondit. Ach non est bonum signum, illa violentia scandalosa, Euangelij cursum plurimum impedit, incitans Tyrannos, nimium festinantes suo proposito.

21) Esaias] Reb.: Daniel

et spiritu labiorum suorum interficiet impium. *Damit man das Bapstumb fol. 323ᵃ schlagen. Es kann das Bapstumb nicht mit gewalt zerstoret noch erhalten werden.* [22]) quia consistit in mendacio. Ideo uerbo ueritatis illud regnum [23]) euertendum est. Ego maxime odi [24]) illos, qui uiolentia irrumpunt. [25]) *Es heist: predige du, ich wil krafft geben.* Nos negligimus concionem, et irruimus uiolentia etc. [26])

BIBLIA ET SCRIPTVRAE SACRAE AVTORITAS. [27]) *)

Biblia esse Dei uerbum et librum, [28]) non hominis, hoc argumento probatur, quia omnia quae sunt, et ut sunt in mundo, ea omnia scripta [29]) sunt in Genesi per Mosen, *dass es nicht anders gehet noch stehet, dan wie es gott geschaffen*

---

*) Reb. II. fol. 195ᵃ Ex. 13. — fol. 197ᵇ Ex. 17. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 4. cap. 1. §. 2. p. 11 sq. cap. 1. §. 9. sect. 3. 4. p. 5 sq. cap. 1. §. 4. p. 10 sq. cap. 1. §. 9. sect. 1. 2. p. 67 sq. cap. 1. §. 14. 15. (*quos locos infra singulis sectionibus iterum adscripsi, ut facilius inueniantur et conferantur*).

22) Ego conteram — werden,] Reb.: Antichristum conterendum esse virga oris et spiritu labiorum suorum interficiendum esse, his armis et hoc gladio Papa interficiendus est, regnum enim Papae non deuastabitur et opprimetur magna vi et potentia.

23) illud regnum] Reb.: regnum superstitionis

24) Ego maxime odi] Reb.: plurimum odi

25) irrumpunt.] Reb.: interrumpunt.

26) *Es heist* — etc.] Reb.: Deus iubet praedicare, et virtutem ab ipso expectare, illi autem negligunt praedicationem et seditioni student scandala mouentes et cursum Euangelii impedientes, quapropter pacem sectemur propter aedificationem Ecclesiae.

27) Biblia et scripturae sacrae autoritas.] Reb.: De Bibliis, et sacrae scripturae authoritate.

28) Biblia esse — librum,] Reb.: Aeternus Deus et omnipotens, sicut verbo suo omnia creauit, conseruat, benedicit et fouet: Ita regnum suum Spirituale auditu verbi vocalis et ministerio Ecclesiae ordinato erigit et confirmat, dicens: Hunc audite. Ita etiam scriptura chartis et membranis delecta, consolatur et erigit conscientias. Ioan. 5. Scrutamini scripturas. Rom. 15. Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Valeant igitur haeretici Enthusiastae, qui scripturam aut deprauant, aut plane reijciunt, irridentes nos quasi Dei omnipotentiam et virtutem verbis sonitu euanescentibus et mortuis chartis, literis depictis alligaremus, cum tamen Deus per media de ipso ordinata operetur.

Bibliorum sacrorum descriptio.

Biblia esse Dei verbum et librum,

29) scripta] Reb.: descripta

vnnd gemacht hat. Ad haec [30]) Iulius Caesar, Augustus, Alexander, Regnum Aegyptiorum, Babyloniorum, Persarum, Graecorum, Romanorum *sint hinweg,* qui tamen omnes uoluerunt hunc librum delere et perdere, atque hoc unice studuerunt, ut hic liber deleretur, attamen non potuerunt, sed mansit incolumis. *Wer helts, oder wer het es wider solche krafft erhaltten konnen?* [31]) Homerus, Vergilius, esto sunt uetusti [32]) libri, sed nihil ad Biblia. Item Baptismus, [33]) sacramentum, [34]) concio, id est, totus cultus primi praecepti *ist blieben* [35]) contra tot Tyrannos et haereticos. *Ey vnser herrgott hats mit sonderlicher krafft erhalten,* [36]) quia praedicandum, [*fol 324a*] Baptizandum, communicandum fuit. Ideo [37]) nemo potuit resistere et impedire.

Multa dicebat [38]) de scripturae efficacia, *) quae longe superaret omnes alias artes [39]) Philosophorum et Iuristarum, [40]) quantumuis essent bonae et necessariae, tamen quantum ad uitam aeternam esse mortuas. *Darumb mag man die* Biblia *wol mit andern augen ansehen denn* Iuristarum leges. Et nisi quis supra rationem fuerit, [41]) et se ipsum abnegauerit, ille [42]) impinget in sacra scriptura. Ideo [43]) mundus non potest eam intelligere, [44]) quia nescit mortificationem, quae [45]) planissime in uerbo Dei procedit. Vide, [46]) quomodo statim

---

*) Reb. II, fol. 195b lin. 27. — fol. 196a extr. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 11 sq. cap. 1. §. 9. sect. 3. 4.

30) *dass es* — Ad haec] Reb.: non enim alium habent progressum res mundanae, quam sicuti creatae sunt, supra hoc

31) *sint hinweg* — *konnen?*] Reb.: in totum effluxerunt, qui omnes hunc librum Bibliorum delere voluerunt et vnice conati sunt hunc extirpare, sed tamen permansit incolumis contra illorum conatus, quis conseruat, vel quis conseruare potuit contra tantam potestatem Tyrannorum?

32) esto sunt uetusti] Reb.: esto vetustissimi

33) Baptismus,] Cod. *male*: Baptisma,

34) sacramentum,] Reb.: coena Domini et

35) *ist blieben*] Reb.: mansit,

36) *Ey vnser — erhalten,*] Reb.: Deus ergo sua virtute verbum conseruauit suum,

37) Ideo] *sic* Reb.; Cod.: et tamen

38) Multa dicebat] Reb.: Mart. Luth. multa dicebat

39) artes] Reb.: artes et facultates

40) et Iuristarum,] Reb.: Iuristarum, Medicorum,

41) quantumuis essent — rationem fuerit,] Reb.: quamuis ad vitam bonae et necessariae. Attamen quantum ad vitam aeternam vanae et mortuae, merito igitur Biblia, alijs inspici deberet oculis, quam Iuristarum leges,

42) ille] Reb.: ille profecto

43) Ideo] Reb.: Quapropter

44) eam intelligere,] Reb.: intelligere Biblia,

45) quae] *sic* Cod.; Reb.: qua

46) Vide,] Reb.: Obserua quaeso,

Adae tempore [47]) factum sit, qui cum duos [48]) haberet filios, prior Cain, id est, possessor. Dominus appellatus est. *der solte der man gottes sein*. aliud semen. [49]) Posten altero partu [50]) futuro sperabat Eua [51]) filium. *dass der liebe sohn* serum *bekeme*, [52]) sed cum pareret filium, appellauit eum Abel, id est, uanitatem et nihil, quasi diceret: [53]) *Es ist umbsonst, ich betrogenn*. [54]) Hic est typus mundi et Ecclesiae. Nam Cain impijssimus est Dominus [55]) orbis terrarum. Abel [56]) pijssimus est subiectus, pressus, seruus et nihil, sed coram Deo contrarium apparet, ille reiectus, hic assumptus etsi coram ratione *fol. 324b* contrarium appareat. Ita Ismael habuit pulchrum [57]) nomen, auditor Dei, Esau factor. *der solt thun*. [58]) Absolon pater pacis. Hunc praetextum habuerunt, sed reuera fuerunt contemptor, neglector et seditiosus. *Last uns die liebe Biblia halten rund fleissig lesenn*. [59])

Sacra [60]) scriptura * plena est diuinis donis et uirtutibus. Omnes [61]) gentium libri plane nihil [62]) docent de fide, spe et charitate, imo nihil sciunt de his diuinis [63]) uirtutibus, saltem inspiciunt praesentia. Confide, [64]) spera in Dominum. [65]) Si tantum Psalterium et Hiob haberemus. *so solten weirs in so-*

---

*) Reb. II. fol. 196b lin. 1—16. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 5 sq. cap. 1. §. 4.

47) Adae tempore] Reb.: tempore Adae
48) duos] Reb.: duos tantum
49) *der solte* — semen.] Reb.: is pro viro Dei reputabatur, scilicet illud semen
50) partu] *sic* Reb.: Cod.: parto
51) sperabat Eua] Reb.: Eua putabat
52) *dass* — *bekeme*,] a Reb. *absunt*.
53) diceret:] Reb.: dicat.
54) *Es ist* — *betrogenn*.] Reb.: nunc temere expectatione et misere decepta sum.
55) est Dominus] Reb.: Dominus est
56) Abel] Reb.: Abel vero
57) pulchrum] Reb.: pulcherrimum
58) *der solt thun*,] Reb.: is acceptissimus esse debebat,
59) contemptor — *lesenn*.] Reb.: impij contemptores, neglectores et seditiosi, Ideo Biblia amemus et summa diligentia illa perlegemus.
60) Sacra] Reb.: Sacra enim
61) Omnes] Reb.: omnium
62) plane nihil] Reb.: nihil plane
63) diuinis] Reb.: Theologicis
64) s. inspiciunt praesentia. Confide,] Reb.: (saltem praesentia inspiciunt) confide et
65) Dominum.] Reb.: Dominum, etc.

hen. [66]) Nam Hiob habet omnes [67]) et cogitationes, quae possunt incidere in cor humanum [68]) contra fidem. Summa, sacra scriptura est summus et diuinus [69]) liber, plenus consolationum in omnibus tentationibus, quia docet:

de {Fide / Spe / Charitate} aliter quam ratio potest {Videre / Sentire / Experiri [70])}

Imo in contrarijs docet illa elucescere, ut significent [71]) aliam esse uitam, praeter hanc miseram.

Doctor Ionas *) aiebat sacrae scripturae tantam inesse [72]) sapientiam, ut nemo eam [73]) perdiscere possit. [*fol. 325*[a]] Respondit D. Lutherus: ***Wir werdenn wol schüler drinnen bleibenn.*** [74]) Quis enim potest se ipsum cognoscere, cum malum originale [75]) adeo profundum sit in nobis, [76]) et uoluntas Dei longe excellentior captu nostro. Quis quaeso potest hunc unicum locum capere? [77]) Gaudete in tribulationibus, ***dass wir*** [78]) ***mitten in der hochsten angst sollen frolich sein, Ja gerne wie die kinder die rutten possen.*** [79]) Valeant Epicurei et arrogantes scioli, qui scripturam sanctam derident aut mox didicisse [80]) putant. Qualis est Iacobus Schenck, Ioannes Agricola, [81]) qui sunt pestes [82]) religionis, quorum [83]) arrogantiae et contemptus fructus erit amentia et caecitas.

---

*) Reb. II, fol. 196[b] lin. 17. — fol. 197[a] lin. 19. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 10 sq. cap. 1. §. 9. sect. 1. 2.

66) *so — sehen.*] Reb.: in his libris multae oculis nostris proponuntur consolationes.
67) habet omnes] Reb.: omnes continet
68) possunt incidere in c. h.] Reb.: incidere in c. h. possunt
69) summus et diuinus] *a* Reb. *absunt.*
70) de — Experiri.] *haec ap.* Reb. *non sic tabulae instar, sed continua verborum serie leguntur.*
71) significent] *sic* Cod.; Reb.: significet
72) tantam inesse] Reb.: tantum esse
73) ut nemo eam] Reb.: quam nemo
74) *Wir — bleibenn.*] Reb.: Nos sacrae scripturae discipulos manere oportet.
75) originale] Reb.: originis
76) sit in nobis,] Reb.: in nobis sit,
77) capere?] Reb.: percipere.
78) *wir*] Cod. *calami err.*: *mir*
79) *dass wir — possen.*] Reb.: quod in medijs tentationibus hilaritatem praebere nos debemus, scilicet, quemadmodum laetantur propter virgam.
80) didicisse] Reb.: perdidicisse
81) Iacob. — Agricola,] Reb. *habet siglas*: I. S. I. Agric.
82) sunt pestes] Reb.: pestes sunt
83) quorum] *sic* Reb.; Cod.: quarum

Ach lieber herr gott wie wollen wir so durstiglich in tuo sanctuario handelen. [84]) et tuam scripturam nobis suggerere, tamen [85]) uidemus Ethnicos in suis falsis religionibus ardentissimo Zelo incessisse. *das Jungfrauen vnnd Matronen die Tempel mit ihren hahren geheret haben.* [86])

Deus mirabilis [87]) est in sanctis suis, quasi per contrarium [88]) humanae sapientiae, ut scilicet pij discant pendere ex inuisibilibus et mortificatione reuiuiscere. Nam Dei uerbum [89]) est lucerna in loco caliginoso. Sic sunt [90]) omnia exempla fidei. Esau maledictus erat foelicissimus. Iacob benedictus erat [91]) [*fol.* 325] profugus et [92]) exul. *Es war gar ein seltzame* inthronizatio *mit dem Jacob*, qui cogebatur fugere Esau et pauper esse. [93]) Ita Christi glorificatio [94]) erat sub cruce ignominiosa. [95]) Ita et Ecclesiae promissiones sunt. [96])

D. Martinus Lutherus interrogatus a D. Cordato [97]) de fidei uerbo, [*]) quod esset contrarium experientiae, et Ecclesia maxime uexaretur a sathana, cum tamen Christus dixisset: Ego uici mundum, gaudete, Et [97a]) nihil sit, quam tristitia et crux. Respondit: *Wisset ihr nicht, dass alles in der heiligen schrifft ist erlogen?* [98]) Deus uult esse potens in infirmitate, sapiens in insipientia. [99]) Beatus qui haec [100]) crediderit.

---

[*]) Reb. II, fol. 197a lin. 20 — 29. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 67. cap. 1. §. 74.

84) *Ach lieber — handelen,*] Reb.: Ach Deus bone quod nos miseri hominij, tam ardenter in tuo sanctuario, agere conamur.
85) tamen] Reb.: cum tamen
86) incessisse — *haben.*] Reb.: flagrasse, quod etiam virgines et honestae matronae idolorum templa crimibus suis purgarunt.
87) mirabilis] Reb.: admirabilis
88) contrarium] *sic* Reb.: Cod.: contrarius
89) Dei uerbum] Reb.: verbum Dei
90) Sic sunt] Reb.: sicut testantur
91) erat] *a* Reb. *abest.*
92) et] *ap.* Reb. *deest.*
93) *Es war* — esse.] Reb.: mirabilis valde erat intermixtio cum Iacobo, qui pauper erat et cogebatur fugere Esau.
94) glorificatio] Reb.: gloriatio
95) erat sub cruce ignominiosa,] *sic* Reb.; Cod.: erat sub ignominiosa Crucae
96) Ita et — sunt.] Reb.: tales sunt promissiones Ecclesiae.
97) Cordato] Reb.: Crue. (*i. e.* Crucigero)
97a) Ego uici m., gaudete, Et] Reb.: Gaudete quia ego vici mundum, cum ibi
98) Respondit — *erlogen?*] Reb.: Respondit Mart. Luth. Nescitis, omnia quae continentur in sacra scriptura, mentita esse.
99) insipientia.] Reb.: insipientia, etc.
100) haec] Reb.: hoc

D. Lutherus legens in Psalterio, *) Dauidis spiritum admirabatur, dicens: *lieber herrgott welche leute sindt das gewest.* [1]) Hic Dauid fuit coniugatus rex, bellator, negotijs et causis forensibus occupatus, attamen tantum conscripsit librum. Et Nouum Testamentum a uiris [2]) Iudaeis est scriptum. Nam Apostoli fuerunt Iudaei. Ita ostendit Deus, quod nos debeamus uerbum Dei [3]) adorare in Synagoga. Nam nos gentes nullum habemus librum in Ecclesia gubernantem, nisi quod Augustinus in Ecclesia gentium solus est prae alijs [4]) Doctor. Ideo nos [*fol. 326*[a]] gentes nullo modo sumus pares Iudaeis. Ideo [5]) Paulus optimum fecit discrimen [6]) inter Saram et Agar, et duos earum [7]) filios, Agar *war auch eine frawe, aber noch lange nicht der Sara gleich.* [8]) Ideo horrenda fuit papae temeritas, qui homo sine scripturis, audebat sese opponere scripturae sanctae. [9])

LIBRI SACRAE SCRIPTVRAE **)

Quicunque concedit Euangelistas habere uerbum Dei, *dem wollen wir wol begegnen.* [10]) qui [11]) hoc negat, cum illo nec unico uerbo agam. Nam contra negantem principia non est disputandum, omnes tamen Iudaei, gentes, Turcae, Biblia sacram scripturam [12]) esse fatentur. Hic liber summum habet testimonium. Deinde Magister Forstemius dixit, multos asserere *πεντάτευχον* [13]) a Mose non fuisse [14]) scriptum. Respondit D. Doctor: [15]) Quid hoc ad rem? Esto Moses non

---

*) Reb. II. fol. 197[a] lin. 30. — fol. 197[b] lin. 17. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 67 sq. cap. 1. §. 75.

**) Reb. II, fol. 197[b] lin. 18. — fol. 198[a] lin. 2. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 28. cap. 1. §. 25.

1) *lieber — gewest.*] Reb.: Deus bone quales hi fuerunt homines.
2) uiris] Reb.: veris
3) uerbum Dei] Reb.: verbum, Deum
4) alijs] *sic* Reb.; Cod.: alij
5) Ideo] Reb.: quapropter
6) fecit discrimen] Reb.: discrimen fecit
7) earum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
8) *war auch — gleich.*] Reb.: quoque vxor fuit, sed Sarae plane dissimilis.
9) audebat — sanctae.] Reb.: sacrae scripturae se opponere audebat.
10) *dem — begegnen.*] Reb.: huic admodum bene obuenire volumus,
11) qui] Reb.: qui vero
12) sacram scripturam] Reb.: sacra
13) *πεντάτευχον*] Reb.: *πενταπεύχον* Mosi
14) fuisse] Reb.: esse
15) D. Doctor:] Reb.: M. Luth.

[illegible] [illegible] [illegible] [

et tamen mea sententia, hoc uolo. [26]) Vt cum in Mose legitur: *sie haben die stadt verbant* [27]) [*fol.* 327[a]] per os gladij, Est [28]) hebraismus. Nos propter allegoriam uertimus: *sie haben die stadt verheret durch die scherffe des schwertes.* [29]) Hoc quadrat ad concionatores, qui ore gladij uincere debent, sed Germanice ita dicitur: *sie schlaget alles todt, was nur lebet* etc. [30])

Transferendi labor magnus est. Nam in translatione Bibliorum multum olei insumpsimus. [31]) *Es werden aber etliche sein, die es werden besser wollen wissen den wir, aber nicht besser machen.* [32]) Carpent me in uno uocabulo, ubi eos in centum uocabulis reijcere uellem, si ipsi uerterent. *Also wirdt vnser getreuen arbeit auch gescheen,* [33]) si quis mihi potest uersus 72 et 73 tantum apte uertere, huic dabo 50 fl. *Er muss aber vnser Translation nicht dartzu nemen.* [34])

Apposite uertere sententias ex lingua in linguam artis est. Nam cognita sententia, tamen explicare non possumus. Ideo Ambsdorffius dixit: *Es ist wol schande, dass ich ein ding wissen vnnd verstehen sol vnnd doch nicht konnen reden. Ja wir müssens wol in vier fesser giessen, ehr wirs mugen tzu rechte bringen.* [35]) Quis potest hanc sententiam Salomonis explicare: sicut fulgur praecedit tonitru, ita uerecundiam praecedit [36]) [*fol.* 327[b]] gratia. Cum tamen meo iudicio melius esset: [37]) Verecundia praecedit gratiam. Quis mihi potest [38]) exponere uerecundiam? Verecundia est [39]) optima uirtus in

---

26) Nam uere — uolo.] Reb.: et Iudaei dicere deberent esse nouum Mosen, Nam vere transferre, est applicare suae linguae, in sententia non, sed in verbis errauit, hoc volo, est mea sententia,
27) *sie — verbant*] Reb.: ciuitatem hanc percusserunt,
28) Est] Cod. *calami err.: Es*
29) *sie haben — schwerttes.*] Reb.: ciuitatem deuastarunt, per astutum gladium,
30) *sie schlaget* — etc.] Reb.: omnes vitam habentes, interficiebant.
31) olei insumpsimus.] Reb.: insumpsimus olei,
32) *Es werden — machen.*] Reb.: inueniuntur autem aliqui, qui melius scire volunt quam nos, melius autem componere non valebunt,
33) *Also — gescheen,*] Reb.: sic labori nostro fidelissimo quoque fiet,
34) potest uersus — *nemen.*] Reb.: versus 72. et 73. tantum apte potuerit vertere, dabo illi 50. aureos, nostra autem translatione vti non debet.
35) *Es ist wol — bringen.*] Reb.: pudor sane rem aliquam mihi notam esse, et de hac me non posse loqui, sed magno labore constat, donec ad perfectum intellectum rei alicuius perueniamus.
36) praecedit] *sic* Reb.; Cod.: procedit
37) meo iud. m. esset:] Reb.: melius esset (meo iudicio)
38) mihi potest] Reb.: potest mihi
39) est] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

adolescentia. Verecundus, *Ehrsam,* [40]) qui omnes reueretur. Econtra *Ehrbar der aller ehren werdt ist. Ich muss oft ein gudt wordt* in translatione *verwerffen; do ich lieber ein rotten gulden verlieren wolte,* [41]) quia illud uerbum quantumuis elegans, non conuenit ad sententiam. *Wan wir gleich nicht predigen, würden dennoch fromme leutte sein, die die* Biblia *in ihren heusern würden lesen.* [42]) Biblia olim erant [43]) incognita. Carolostadius octauo anno post suum Doctoratum primo legit Biblia. Nam ipse et Petrus Lupinus ad lectionem Augustini adigebantur.

Quidam petebat D. Lutheri Psalterium uetustum et laceratum, daturus ei nouum. Doctor nolebat, [44]) quia huic esset assuetus, Nam localis memoria multum ualet, et ego meam memoriam translatione Bibliorum [45]) corrupi, ita ut memoriam localem [46]) filiorum turbarim. [47])

Consilium est pijssimum, ut quis ex fonte hauriat, et diligenter Biblia [48]) legat. Nam [*fol.* 328ᵃ] bonus textualis est insignis Theologus, *dan ein* Locus *vnnd* Textus Bibliae *gielt mer dan vier scribenten glosenn,* [49]) quae non sunt firmae et rotundae. Ut si ego hunc textum habeo: Omnis creatura Dei est bona. Cibus, coniugium, etc. est creatura Dei. Ergo bona. [50]) Ibi glossae reclamant Bernhardus, Basilius, Dominicus etc. [51]) aliter scripserunt et fecerunt, sed ipse textus uincit omnes glossas, [52]) *Die lieben veter haben gross ansehen gehabet,* [53]) et interim facta est iniuria Bibliorum. [54]) Ambrosius, Basilius satis [55]) sunt frigidi, et Gre-

---

40) *Ehrsam,*] Reb.: germanice Ehrsam,
41) *Ehrbar der — wolte.*] Reb.: honestus, qui omni honestate dignus est, ego saepius bonum verbum vel vocabulum in translatione reijcere cogor, cur libentius aureum florenum amitterem,
42) *Wan wir — lesen.*] Reb.: etiamsi nulla per nos vnquam fieret concio, pij tamen inuenientur homines, qui Biblia in suis aedibus reseruabunt,
43) erant] *sic* Reb.; Cod.: erat
44) daturus — nolebat,] Reb.: nouum enim redditurus, M. Luth. noluit,
45) Bibliorum] *sic* Reb.; Cod.: Bibliae
46) memoriam localem] Reb.; localem memoriam
47) turbarim.] Reb.: turbauerim.
48) diligenter Biblia] *sic scripsi;* Cod.: diligenter Bibliam, Reb.: Biblia diligenter
49) *dan ein — glosenn,*] Reb.: vnus enim locus et textus Bibliorum plus valet, quatuor scriptorum gloss.
50) bona.] Reb.: etc.
51) etc.] *a* Reb. *abest.*
52) omnes glossas.] Reb.: glossas omnes,
53) *Die lieben — gehabet,*] Reb.: Patres magnam habuerunt authoritatem,
54) Bibliorum.] *sic* Reb.; Cod.: Bibliae.
55) satis] *a* Reb. *abest.*

gorius Nazianzenus accusatur, quod ipse in sua poësi et carminibus [56]) uersatus, nihil syncere de Deo scripserit.[57]) Spiritus sanctus *lest sich nicht* uerbis et laruis *binden*, sed rem [58]) profert. Idem mihi olim accidit, cum consilio quorundam graecismo me applicarem, *weil ich auff den* definitionibus *lag*, [59]) nihil rei tractabam, [60]) neque officium neque usum et utilitatem [61]) proponere poteram eius rei, de qua loquebar.

D. Martinus Lutherus [62]) deplorabat copiam librorum et scribentium.*) Vbi infinitum pelagus librorum [62a]) futurum sit. Nam quilibet [63]) pro sua arrogantia componit librum. [64]) Aliqui studio quaestus promouent hoc malum. Ita copia commentariorum sepelitur Biblia, [65]) et textus negligitur, cum Textuales in omni facultate sint [66]) optimi. Nam bonus Bartolista est bonus Iurista. [*fol.* 328[b]] Nunc statim se ad scribentes conferunt. Ego miror, [67]) assuefeci me ad Biblia, saepius legendo fiebam localis. Deinde me ad scribentes contuli. *Aber ich muste sie tzuletzt alle aus den augenn stellenn vnnd mich in der Biblien wurgenn.* Satius est enim [68]) uidere proprijs quam alienis oculis. Ideo optarim omnes meos libros sepultos propter exemplum malum, *dan es wiel sonst ein ieder mir nachfolgenn* et uolunt per hoc fieri glo-

---

*) Reb. II, fol. 199[b] lin. 19. — fol. 200[a] lin. 7. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 68 sq. cap. 1. §. 76.

56) et carminibus] *a* Reb. *absunt.*
57) scripserit.] Reb.: scripsit.
58) *lest sich* — rem] Reb.: non patitur, vt verbis et laruis obligetur, sed rem ipsam
59) graecismo — *lag*,] Reb.: me preciosissimo applicarem, dum inhaerebam definitionibus,
60) rei tractabam,] Reb.: tractabam rei,
61) et utilitatem] Reb.: neque finem
62) D. Mart. Lutherus] *sectio ab his verbis ordiens, atque sectio subsequens, quae incipit a verbis:* Doctoris Pontani filius, *apud* Reb. *ordine inverso leguntur; prior enim sectio ibi exhibetur* T. II. fol. 199[b] lin. 19. — fol. 200[a] lin. 7., altera autem fol. 199[b] lin. 4 — 18.
62[a]) pelagus librorum] Reb.: librorum pelagus
63) Nam quilibet] Reb.: quilibet enim
64) componit librum.] Reb.: librum componit.
65) Ita copia — Biblia,] Reb.: Et hac copia commentariorum Biblia sepeliuntur,
66) sint] Reb.: sunt
67) Ego miror,] *sic* Cod.; Reb.: Iunior ego
68) Deinde me ad — Satius est enim] Reb.: Tandem ad me scribentes, cond tuli, tandem scribentes, omnes deponere, et excludere, et Biblia rursus amanus sumere cogebar. Satius enim est

riosi. [69] Quasi Christus ideo sit mortuus pro nostra uanissima gloria, non pro sanctificatione nominis sui etc. [70]

Doctoris Pontani filius aduenerat, adolescens ingenuus, uerecundus et studiosus, non attollens sese ad alta, sed humilibus contentus, primis fundamentis institutionum [71] contentus. Respondit D. M. Lutherus: Hoc facit consilio patris. [72] Nam qui est solidus in fundamentis et bonus textualis, ille non facile impingit. Et ego textu et fundamento scripturae confutaui omnes meos aduersarios, [73] quia ipsi tantum somnolenter incedunt, *sie schreiben auswendig* [74] et suspicantur scripturam esse facilem. Hoc fac et uiues. *O das ist bald gescheen,* [75] inquiunt. Nihil interim intelligunt et errant [76] in commentarijs uacillantibus, Summa, *Wer im Text wol gefast ist, der ist ein Doctor.* [77]

[*fol. 329a*] LIBRI VETERIS TESTAMENTI. *)

BARVCH *ist ein Einsideler, hat des Registers vergessenn,* [78] non obseruat tempora. Et locus ille Baruch: In terra [79] uisus est, non est de Christo, sed de rubo Moysi.

ECCLESIASTICVS [80] est ita deprauatus, ut nisus, Graece [81] *νῆσος*, id est insula, scriptum fuerit Iesus. Nam Ecclesiasticus est uerus legista, non propheta, nihil de Christo scit. Nam Euangelium est doctrina primi et secundi praecepti, et est ultra tertium praeceptum primae tabulae, quia nihil curat sabbathum. Nam tertium praeceptum et sabba-

---

*) Reb. II, fol. 200a lin. 8. — fol. 202b lin. 19. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 399 — 407. cap. 59. §. 5 — 7.

69) *dan es wiel* — gloriosi.] Reb.: quilibet alios me imitari, et per hoc gloriosi fieri volunt,
70) pro sanctif. — etc.] Reb.: pro sui nominis sanctificatione.
71) institutionum] Cod. *calami err.*: institucionem
72) facit consilio patris.] Reb.: patris facit consilio,
73) conf. omnes meos adu.] Reb.: omnes meos aduersarios confutani,
74) somnolenter — *auswendig*] Reb.: solenniter incedebant, extra scripturam scribebant,
75) *O das — gescheen,*] Reb.: hoc optime fieri potest,
76) errant] Reb.: haerent
77) *Wer — Doctor.*] Reb.: si quis textum bene nouit, illum doctum esse iudico.
78) *ist — vergessenn,*] Reb.: solitarius est, et indicem emisit,
79) In terra] Reb.: In terram
80) Ecclesiasticus] Reb.: Ecclesiasticus, id est, Iesus Syrach
81) Graece] *a* Reb. *abest.*

thum tantum ad tempus et ad uerbi cultum pertinent [82]) et sabbathi authoritas est propter uerbum. D. Martinus Lutherus [83]) recitauit cuiusdam temerarium iudicium in sacris literis, qui sibi iudicium sumere audebat, euehebat [84]) alios concionatores plus aequo. [85]) Is quoque Hiesum Syrach tantis praeconijs extulit, [86]) quasi alia omnia [87]) Euangelij uerba nihil essent. Talis stultitia rationis est, cui tantum placent, quae sibi sunt grata. [88]) Quid est Hiesus Syrach, quamuis optimus liber, ad Apostolorum et Christi uerba, [89]) tantum est legalis, *Iuristisch vnnd Oeconomisch* liber. [90]) Hoc miratur mundus, *vnd sol die maiestetischen wordt* Christi [91]) de uictoria [*fol. 329*^{b}] mortis, peccati, inferni, de uita aeterna, *so schleffelrich vbergehenn*, [92]) ut nihil illis moueatur. [93]) Si autem morale aliquid [94]) uel allegoricum praedicatur, tunc arrectis auribus attoniti stupent, *pfu dich an* [95]) nostrae ignorantiae.

Deus politiam [96]) Ecclesiasticam et politicam omnium pulcherrimam instituit in Deuteronomio, sed cum mundus Deum rectorem contemnit, alia quaecunque libentius sequitur.

ECCLESIASTE a D. [97]) praelecto, edito, dicebat: *das buch solt volliger sein, ihm ist tzuuiel abgebrochen, es hat weder stiefel noch sporn, es reitet nur in socken, gleichwie ich, do ich noch im kloster war.* [98]) Non credo Salomonem esse damnatum, sed haec scripta sunt ad terrendos reges.

---

82) Nam tertium praec. — pertinent,] Reb. *mendose:* tamen ad tempus et verbi cultum pertinet,
83) D. Mart. Lutherus] Reb.: Deinde
84) euehebat] Reb.: euehens
85) aequo.] Cod. *male:* equo.
86) extulit,] Reb.: extendit,
87) alia omnia] Reb.: omnia alia
88) grata.] Reb.: cognita,
89) quamuis — uerba,] Reb.: (quantumuis liber sit optimus) Ad Christi et Apostolorum verba
90) legalis — liber.] Reb.: legalis liber, loquitur de iure et oeconomia
91) *vnd sol* — Christi] Reb.: et verba Christi excellentissima,
92) *so schleff. vberg.*] Reb.: adeo negliguntur,
93) moueatur.] Reb.: moueantur.
94) aliquod] Reb.: aliquid
95) *pfu dich an*] Reb.: Phui et ve
96) politiam] Reb.: ordinationem
97) D.] *sic* Cod.: Reb.: Mart. Luth.
98) *das buch — — war.*] Reb.: hic liber non est plenus, multa sibi abrepta, neque ocreis neque calcaribus indutus est, hoc est, nullam habet perfectam sententiam, equitat in arundine longo, sicuti et ego, dum eram in monasterio.

Neque is conscripsit Ecclesiasticum, sed tempore Machabaeorum a Syrach conscriptus est. Estque optimus liber, et gratus propter praecepta oeconomica. Et est [99]) liber Talmudicus et farrago ex multis libris congesta [100]) fortassis ex Bibliotheca Ptolomei Euergetis, [1]) sicut et prouerbia [2]) ab alijs composita sunt, ex ore regis, [3]) in quibus relucet regia maiestas et sapientia.

TERTIVM ESDRAE LIBRVM *werffe ich in die Elbe.* [4]) In quarto sunt somnia Esdrae, *die sint schöne vnnd sonst auch gutte pösslein,* [5]) ut forte est uinum, fortior rex, fortiores mulieres, supra omnia ueritas.

[*fol. 330ª*] PRIMVM CAPVT GENESIS [6]) totam scripturam continet, ideo optime cautum a [7]) ueteribus, ne quis ante trigesimum aetatis annum id legeret, quia haberet magna mysteria, quae ab indoctis et incautis [8]) non obseruantur, neque quisquam unquam id satis deprehendit et intellexit. [9]) Ex omnibus historijs sacrae scripturae non possum colligere librum Iudith esse historiam, neque etiam Geographia [10]) obseruatur, sed sicut legendae sanctorum sunt fictae, ita et [11]) hoc poëma est confictum a bono aliquo uiro, [12]) ut doceret bonos [13]) homines, quod [14]) Iudith, id est, regnum Iudaeorum, in quo confitentur Deum, uincat Holofernem, hoc est, omnia regna mundi, et quod omnes Tyranni talem consequantur finem, [15]) qualem Holofernes, nempe quod a foemina trucidentur. Voluit igitur author huius libri et poëmatis, Iudith tantum esse figuram, et ut Homerus occasionem sui poëmatis accepit a Troia, Vergilius ab Aenea, quem finxit personam heroicis uirtutibus praeditam, [16]) cui tribuit pru-

---

99) Et est] Reb.: Est et
100) congesta,] Reb. *male*: congestus,
1) Euergetis,] Reb. *typ. err.*: Puergetis,
2) et prouerbia] Reb. *male*: in prouerbijs Salomonis
3) ex ore regis,] Reb.: ex regis ore,
4) *werffe ich in die Elbe.*] Reb.: omnino reijcio.
5) *die sint — pösslein,*] Reb.: pulchrae facetiae,
6) Genesis] Reb. *falso*: Genesin
7) a] Reb.: est
8) et incautis] *a* Reb. *absunt.*
9) et intellexit.] *ap.* Reb. *desunt.*
10) etiam Geographia] Reb.: ex γεογραφια
11) et] Reb.: etiam
12) est confictum a bono aliquo uiro,] Reb.: est a bono aliquo viro compositum,
13) bonos] *a* Reb. *abest.*
14) quod] *sic* Reb.; Cod.: quos
15) consequantur finem,] Reb.: finem consequantur,
16) praeditam,] Reb. *male*: praeditum,

dentiam, magnanimitatem, fortunam, casum, ita etiam [17]) Iudith proponitur in hoc poëmate. Iudith uidetur mihi esse tragoedia, in qua finis [18]) describitur Tyrannorum, Tobias uero Comoedia, quae de mulieribus loquitur. Illa est exemplum [*fol. 330*^{b}] politicum, haec exemplum oeconomicum. D. Ionas cum transtulisset Tobiam, [19]) scriptum translatum [20]) afferens, D. Martino Luthero [21]) dixit, in eo libro permulta esse ridicula et stulta, [22]) praecipue de tribus noctibus et de [23]) iecinore piscis assato, quo diabolus fugatus sit. Respondit D. M. Lutherus: Est poëma Iudaicum, sed [24]) Diabolus acerrimus hostis non ita [25]) fugatur, habet enim hastam Goliath, qua nos petit. Praeterea Deus illum armat, *scherfft ihm noch seine waffen dartzu, giebet ihm ein stachel tzu seinem schafft*, scilicet legem Dei, *do greifft er vnns grimmig an*, [26]) sed Deus ideo eum armat, ut a pijs uictus deinde magis doleat. [27])

CORRIGENS secundum librum Maccabaeorum dixit: *Ich bin dem buch vnnd Esther so feindt*, ut mallem eos non extare, *dan sie Judaitzen* [28]) *tzu sehr vnnd haben viel heidnische vnradt.* [29])

Magister Forstemius dixit: librum Esther [30]) apud Iudaeos in maiore aestimatione [31]) esse, quam ullum prophetam, Danielem autem et Esaiam plane contemni. [32]) Respondit D. Martinus Lutherus: Horrendum hoc est [33]) prophetiam sanctissimam ab illis contemni, cum alter Christum syncerissime praedicet, alter Monarchias certissime depingat cum regno Christi.

---

17) casum, ita etiam] Reb.: etc. Ita et
18) finis] Cod. *calami err.:* fines
19) transtulisset Tobiam] Reb.: Tobiam transtulisset,
20) scriptum translatum] *sic* Reb.; *in* Cod. *desunt.*
21) D. Mart. Luthero] *a* Reb. *absunt.*
22) in eo libro permulta esse ridicula et stulta,] Reb.: permulta ridicula et stulta inesse eo libro,
23) de] *a* Reb. *abest.*
24) sed] *ap.* Reb. *deest.*
25) ita] Reb.: facile
26) *scherfft ihm — an*,] Reb.: confortat currum eius, et aculeum hastae apponit, vt legem Dei, quam nobis semper opponit,
27) deinde magis doleat.] Reb.: magis doleat et fremat.
28) *Judaitzen*] *sic scripsi;* Cod. *corrupte: Iudnisttzen*
29) *Ich bin — vnradt.*] Reb.: ego hunc librum, et librum Esther odio prosequor, mallem eos non extare, multum enim imitantur Iudaeos et Ethnicos.
30) librum Esther] Reb.: Esther librum
31) in maiore aestimatione] Reb.: maioris aestimationis
32) autem — contemni.] Reb.: aut Esaiam, qui contemnerentur.
33) est] Reb.: esse

DANIEL et ESAIAS excellentissimi duo Prophetae fuerunt prae alijs, Ego sum [*fol. 331ª*] Esaias, Philippus est Hieremias, *derselbige prophet hat immer sorge gehabt, er schelte tzu viel.* sic facit Philippus Melanthon. [34]) Nullius Prophetae sermones integre [35]) sunt descripti, *sondern haben tzu tzeitten einen spruch gefast, darnach aber einen, vnnd also tzusammen getragen. Also ist die Bibel erhalten wordenn.* [36])

LIBRI REGVM [37]) *sein nur ein Juden Calender,* [38]) in quibus ordine descripti sunt reges, ille ita, alius aliter regnauit. Et libri Regum *gehen hundert Tausent schritt fur* scriptori [39]) Chronicorum. Summas enim et praecipuas res descripsit, tenues praeteriens. Et [40]) libris Regum plus credendum, quam Paralipomenon. [41])

IN LIBRO IVDICVM describuntur saluatores diuinitus missi, [42]) qui omnes iuxta primum praeceptum fiducia Dei praedicati per Mosen [43]) suas res susceperunt et gestis [44]) illis Deo gratias egerunt, *habens gott im himel wider heimgeworffen.* [45]) Domine Deus tu fecisti ut Samson etc. [46])

Sacramenta sunt Ceremoniae Ceremoniarum, [*fol.* 347ª] *die hochsten Ceremonien, welche gott selbest gestieffet vnnd eingesetzt, vnd vns darinnen seiner gnaden versichert. derhalben sollen wir Ja den Catechismum lieb vnnd werdt haben, vnd der Jugent mit fleiss einbilden. dan dorinne die rechte, ware, alte, reyne gottliche lehre der heiligen, Christlichen kirchenn tzusammen gefasset, vnnd was dem entgegen ist, fur neuerung vnd falsche irselige lehre tzu halten, es hab auch so lange geweret, wie es wolle, vnnd darfur vns hütten sollenn.* [41])

QVOMODO COLENDVS ET APPREHENDENDVS DEVS? [42])*)

Fide et amore. Quia dicit: Ego sum Dominus Deus tuus. Si noster est, Ergo sumus ei curae, puniet nos, iuuabit nos. Dij Gentium oculos habent et non uident. Aures habent et non audiunt. Et Gentes non credunt se Deo curae esse. Ergo nullum habent Deum, seu surdum Deum. At nos curae sumus Deo, exaudit, iuuat nos, punit impios. Ergo credamus ei et ab eo opem expectemus ac speremus, timeamus etiam, ne offendamus. Testatur autem nos sibi curae esse, quia defendit [*fol.* 347ᵇ] educens ex Aegypto. Sero id fecit, et cum

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 73 sqq. cap. 11. §. 12. rectionem filij Dei, qui nostri causa, homo, sine peccato, factus, liberati et redempti sumus, quomodo per Spiritum sanctum, renouemur, sanctificemur, et tanquam noua creatura, in populum suscipiamur, peccatorum remissionem et vitam aeternam consequamur.

40) Oratio Dominica — — *stundte.*] Reb.: Oratio Dominica, oratio orationum, summa et optima est oratio, quam summus et coelestis artifex orauit, in qua omnes res spirituales comprehenduntur, et optima ac summa nostra est consolatio in omnibus tentationibus, miseriis, etiam in agone mortis.

41) Sacramenta sunt. — — *hütten sollenn.*] Reb.: Duo Sacramenta, Baptismus et coena Domini ceremoniae ceremoniarum, cultus Dei summus, quae Sacramenta a Deo ipso instituta sunt, eosque in illis de gratia et misericordia sua certificauit, merito ergo Catechismum in summo honore habere (quia vera et incorrupta doctrina Christi, et Ecclesiae Catholicae in comprachensa est) et omnem doctrinam impiam et nouam vitare debemus.

42) Quomodo colendus et appreh. Deus?] *sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 349ᵃ *lineae extremae verbis*: bona a Deo accipere etc. *finitur, ap.* Reb. *A. l. non extat.*

ante grauiter afflicti essent Israelitae, sed ita solet Deus tentare et eripere ex tentatione et probare fidem nostram. Est et horrendum exemplum, quod semel deleuit omnes Aegyptios. Cor autem humanum tam est ferreum, ut Deum adeo seuere punientem, tamen non metuat. Recenseri hic debent et alia facta. Aluit in deserto et defendit aduersus hostes et serpentes. Item seuerissime punit cultores uituli, item diffidentes de possessione terrae. Tot nobis exempla praesentia ostendunt homines curae esse Deo, sed nos praeterimus. Tanta est impietas humani cordis, et tamen quidam liberum arbitrium eiusque uires mirabiliter audent praedicare.

FORTIS, et haec eodem pertinet quod Deo curae simus, quod iuuet et puniat. Non enim loquitur de fortitudine et potentia Dei, qua condidit res, sed qua nunc gubernat, iuuat suos, exercet uindictam in impios, sicut Dauid in psalmo 71. uocat Deum adiutorem fortem.

Zelotes aemulator est. Dupliciter autem aemulatur Deus. Primum irascitur tanquam [*fol.* 348ᵃ] Zelotypus, deficientibus a se et praeferentibus creaturas, fidentibus amicis, opibus, sua sapientia, aut qui praeferunt suos Deos aut suos cultus, [43]) ut qui amissa iustitia fidei, operibus se iustificant. Illis omnibus grauiter succenset, ut apparet in Senacherib, qui confidebat se suis uiribus euersurum Hierosolymam. Item Sauli, qui confidebat se suis uiribus regnum administraturum et traditurum filijs suis oppresso Dauide. Secundo aemulatur Deus et est Zelotypus in diligentes se, quos amat, defendit, et aduersarios repellit custodiens ut pupillam oculi. Ergo in nocabulo Zelotes comprehenditur odium et amor, uindicta et defensio. Itaque exigitur timor et fides, Timor, ne offendamus, Fides, ut in aduersis rebus credamus eum nobis opitulaturum alere, defendere in hac uita, quemadmodum petimus quotidie panem nostrum quotidianum etc. Et quod remittat peccata propter Christum, donet uitam aeternam. Nam in omnibus negotijs corporalibus et spiritualibus dominari fidei debet et cor credere. Deinde respicere nos et opem laturum, iuxta psalmum: Inuoca me in die etc. Item, omnis qui inuocauerit [*fol.* 348ᵇ] nomen Domini, saluus erit etc.

Visitans iniquitatem patrum etc. Haec est horribilis comminatio merito incutiens metum animis nostris. Omnino aduersatur iudicio rationis nostrae. Nos enim iudicamus impium, posteros luere poenam superiorum propter peccata, sed

---

43) cultus,] *sic scripsi*; Cod.: cultos,

quia Deus ita constituit, iustum esse fatemur, si timeamus. Hoc tamen atrox comminatio, quia pugnat cum ratione, non mouet carnem. Tum uero et iustum esse credimus et terremur ea, cum spiritus sanctus nostra corda excitat. Hic palam uidemus liberi arbitrij uires non probare, nec intelligere, nos metuere, nos enim examinaremur, si hac commonitione commoueremur. Extant etiam exempla. Deus dicit se propter peccata Manasse populum in exilium mittere. Dicat aliquis: Ergo non est spes ueniae posteris, si parentes peccauerunt. Respondes: In poenitentibus est lex abrogata. Ezechiel. 18. Filij non portabunt etc.

Et faciens misericordiam in millia etc. Haec est amplissima promissio, quae omnem captum rationis longe superat. Ratio enim nec iustum [*fol. 349ª*] nec probabile esse dicit, multis benefieri propter unum bonum, sed extant exempla, propter Abraham seruati sunt multi, et propter Isaac. Propter Naaman Syriae salus data. Porro Diligere est sentire, quod Deus iuuet nos et det nobis bona. Ratio cogitat nos Deo non esse curae. Et genus humanum nimis multis calamitatibus oneratum esse a Deo. Itaque odit Deum. Est ergo dilectio ex fide. Et fides exigitur, quia bona promittuntur. Non habebis Deos alienos, non facies sculptile. Haec simpliciter sunt exponenda. Hunc esse Deum, qui mundo hoc uerbum tradidit, et sic esse praecepit. Nam Idola facere est nouos Dei cultus excogitare, ut illi faciunt, qui neglectis timore et fide, satisfactiones humanas excogitant. Summa igitur praecepti est in Deuteronomio: Dominum Deum tuum timebis et illi soli seruies. Et in psalmo: Qui te expectant, non confundentur. Secundum praeceptum exigit inuocationem nominis diuini in rebus aduersis, et gratiarum actionem, si profiteamur, nos omnia bona a Deo accipere etc. [44])

[*fol. 349ᵇ*] SENTENTIAE VETERIS TESTAMENTI. [45]) *)

Regem mihi eligam [46]) qui faciat omnes uoluntates meas. Deus hic loquitur de Dauide. Cur Saul magis uidetur

*) Reb. II, fol. 210ª lin. 21. — fol. 215ª lin. 12.

44) bona a Deo accipere etc.] *his uerbis finitur haec* Codicis *sectio, quae ap.* Reb. *non reperitur.*

45) Sententiae Vet. Test.] Reb.: Sententiae aliquot ex ueteri Testamento.

46) Regem mihi eligam] *loci, qui inde ab his uerbis* (Cod. fol. 349ᵇ lin. 3.) *usque ad uerba*: Bene hic distingue *vnnd sprich frey*: est damnatus. (Cod. fol. 352ᵇ lin. 15.) *exhibentur, ap.* Reb. *non exstant.*

contra uoluntatem Dei fecisse eo quod nolebat regem Amalec occidere, cum Dauid et adulterium et homicidium commisisset? Respondeo. Hic locus debet accipi de priuatis Dei mandatis, non de Decalogo.

Genesis 4. Et ait Dominus ad Cain. Item dixit Cain ad Dominum. Ista uerba fuerunt Adae patris ad Cain, et rursum Cain ad Adam patrem. Vocat autem more scripturae sermonem Adae sermonem Dei, sicut in prophetis ubique: Hoc est uerbum Domini, cum tamen propheta aliquis loquitur. Sic Paulus 1. Cor. 7. Illis autem, qui matrimonio iuncti, praecipio non ego, sed Dominus uxorem a uiro non discedere. Cum Moses hoc praeciperet ut sint duo in carnem unam. Sic cap. 25. putat ipsius Sem aut alterius patriarchae uerba esse ad Rebeccam. Duae gentes sunt in utero tuo. Item in eodem loco, cum inquit: A facie terrae et a facie tua, id est, a politia et ex Ecclesia. Faciem Domini Ecclesiam Dei appellat etc.

[*fol.* 350ª] MANHV quid est hoc? Quasi dicat: *wie kompt das brodt hieher*, ubi nihil minus quam panis expectabatur, scilicet in solitudine. Quidam dicunt: *das ist man*, id est, hoc editur.

Spiritus idem est, sed duo habet officia. Spiritus gratiae facit nobis Deum gratiosum, et efficit nos gratiosos filios Dei. Spiritus precum, qui orat pro se et toto muudo, ut omnia mala auertantur et bona eueniant. [47]) Spiritus gratiae docet alios, spiritus [48]) precum orat, ut sanctificetur nomen Dei, et adueniat regnum eius.

3 Regum 22. Elizeus de Elia: Currus et Auriga Israel, quasi dicat: Tu es prora et puppis, id est, Tu es fac totum. *wann du nicht hindenn vnd fornen bist, so ist es aus, tzeuchstu hinweg, wo wollen wir dan bleibenn, wie wirdts vnns dan gehen?*

Samuel ad Saul inquit: fac quodcunque inuenerit manus tua. Admonet eum officij sui et uocationis, quasi dicat: Iudica tu et belligera, et quidquid acciderit, quod ad te et tuam functionem attinet, illud expedi, quidquid id tandem sit, et hoc contra Monarcharum scrupulosam conscientiam, qui putabant quodcunque ipsorum ieiunium uel orationem impediebat esse peccatum.

[*fol.* 350ᵇ] Salomon. 25. Nubes sine pluuia, sunt typi mundi, ubi gloriosi magna promittunt, sed nihil praestant.

---

47) eueniant.] Cod.: eueniunt.
48) spiritus] *sic scripsi;* Cod.: spiritum

D. M. Luthertus interrogabatur, quomodo Deus cum patribus esset locutus, cum Ioannes dicat: Deum nemo uidit unquam. Et contra Iacob: Vidi Dominum facie ad faciem. Respondit. Deus locutus est cum patribus per apparitiones, id est, facies. Ita uiderunt faciem Dei, sed non ipsum Deum, sicut nos habemus faciem Dei: Verbum, sacramenta, claues, ordinationes parentum, Magistratus. Ibi sunt facies et apparitiones Dei. Ita facies apparitionem, praesentiam et misericordiam Dei significant. Sicut Dauid inquit: Ne auertas faciem tuam a me. Econtra posteriora Dei uidere, *das heist* Grammatice: Facies et posteriora Dei. Sed allegorice posteriora Dei de humanitate Christi interpretati sunt. Ita Moses faciem Dei, id est, gloriam eius uidere uoluit, ut populus ei crederet. Ideo Moses in publica persona petijt uidere faciem, id est, sapientiam, potentiam et bonitatem, quae tria non distinguunt personas, sed tribuunt [49]) personas patri, filio et spiritui sancto. Sed Deus econtra apparet infirmus, [*fol.* 351ᵃ] stultus et malus, *das heist* uidere posteriora Dei, sicut Paulus loquitur de infirmitate Dei crucifixi, de stulto uerbo.

Primo Regum 23. Dauidis haec fuit consolatio, quod se cum habuit Abiathar sacerdotem cum Ephod. Nam in Ephod erat oraculi responsio. Et cum Dominus in arduis causis consuleretur, ibi apparuit. Si lucebat *vnnd eymen schein gab, so war es Ja*, quando non lucebat, *so war es nein*, quod hinc conijcio. Saul dicebat: Neque per lumen, neque per prophetiam. Caeterum in externis rebus consulebantur et respondebant sacerdotes ex Mose et scriptura.

ABRAHAM EMIT SPELVNCAM DVPLICEM. GEN. 23.

Interrogatus D. Martinus Luthertus, Cur tot et tam diligenter ista historia a Mose esset descripta, quomodo Abraham speluncam duplicem in Hebron in terra Canaan emisset, ut legitur Gen. 23. Respondit ob eam causam factum esse, ut esset initium fidei erga Dei promissionem de terra Canaan possidenda, et ut incredulas gentes haberet testes, quod aliquid proprij haberet in terra ista, atque in rei testimonium ibi sepelisse uxorem Saram. [*fol.* 351ᵇ] Deinde ne eius posteri ejicerentur e terra impiorum inuidia, *dan der Teuffel gönnet den fromen nicht einen bissen brodts, vnnd wan sie den haben, wolt er ihn gern nemen.*

49) tribuunt] Cod.: tribuuntur

IN SILENTIO ET SPE ERIT FORTITVDO VESTRA. ESAIAE 30.

Patientiae fructus describitur et quomodo acquiratur. *wiltu die grossen, greulichen vnnd schrecklichsten feinde vberwinden, die eynen sonst wol verschlungen, vnnd an leib vnd seel schaden mögen, darfur nu einer wol allerley wapen solt keuffen vnnd alles gelt dramb gebenn, die kunst tzu lernen. Es ist ein susses, liebliches kreutlein, das heist* patientia. *Ja wie kan ich tzu solcher artzney komen?* Respondeo: *niem den glauben fur dich, wird* [50]) *dir niemandt schaden ohne gottes willen, geschichtes aber aus dem freundtlichen, gnedigen willen gottes also, dass ihm der feindt tausent mal grössern schaden tzufuget denn dir. Daraus fleust nu die liebe, die spricht: So wil ich nu guttes thun fur böses, viel ihm feurige kolen auff den halss schutten, das sint die wapen, damit man die feinde gewinnet, die wie die grossen berge scheinen, die nicht tzu sturtzen, oder mit eysen vnnd stal tzu gewinnen sein* etc.

[*fol.* 352ª] TV ES SACERDOS SECVNDVM ORDINEM MELCHISEDECH.

An dem priester last vnns hangen vnd bleiben, dan er ist trew. Gott fur vnns gegeben vnd hat vns lieber dan sein eigen leben. Das hat er beweiset mit seinem tode. das ist gewisslich war. Ach wer das gleuben könde, wie selig wer der. Haec uerba scripsit in Bibliam *herr Henrichen Baumgartten.*

Cum Lutheri famulus legeret psalmum 110 et recitasset: Iurauit Dominus etc. Dixit: *das ist der schönste, herlichste vers in dem gantzen psalter,* ubi Deus hunc Christum solum proponit, quod debeat esse Episcopus et summus sacerdos *vnd sonst kein ander nicht. Es sols weder Caiphas, Hannas, weder Petrus, Paulus, noch papa sein.* Ille ille solus erit sacerdos, *das schwere ich einen eidt, dass ers alleine sein sol.* Ideo ad illum confugite sacerdotem. *Ich meine die Epistel tzun Hebreern kans ihr nutze machen.*

ET IPSVM CONTERET CAPVT SERPENTIS.

Bone Deus quam multae et pretiosissimae conciones *sint vber diesem Thema tzu Adams tzeitten vnnd der propheten*

50) *wird*] *sie scripsi;* Cod.: *wie*

tzeitten geschehen. [*fol.* 352b] *es solten vntzeliche viel bücher davon geschrieben sein, in diesen kurtzen wortten ist begriffen* Peccatum. Mors. Maledictio. Infernus. Sathan. Christus. Ideo Deus in istis breuibus thematibus seruauit suam Ecclesiam. Seth, Enoch. Kenan habuerunt pulcherrimas conciones de illo, quem anxie expectarunt. Ioannis Euangelium et Epistolae Pauli *reymen sich feine darauff.* Princeps mundi iam iudicatus est. Nam ante Christum incarnatum. Sathan non est publice iudicatus. Priuatim eum agnoscebant. sed nouum testamentum eum publice contemnat. Qui non est Christus, est Sathan. Bene hic distingue *vnnd sprich frey:* est damnatus. [51])

ET ASCENDIT SICVT VIRGVLTVM CORAM EO. [52]) ESAIAE 53.

Sicut omnia Dei opera sunt mirabilia, et quasi impossibilia, [53]) Ita maxime, ubi Christus filius Dei, seruissimus seruus seruorum [54]) factus est. Sed ratio hoc non potest comprehendere, nec mirum est, quia non unius arboris folium potest considerare. Bone Deus, quid cogitamus Deum metiri ratione, philosophia, [55]) Mathemathica, quid sunt quam creaturae? Cur illis Deum immensum mensurare [*fol.* 353a] praesumis, [56]) et factorem cum factura [57]) metiri? Infiniti [58]) enim et finiti nulla est proportio. Appellat Christum brachium, id est, filium et potentiam Dei, quae est propria et personalis Dei appellatio. Ascendit. hoc non uidetur [59]) uerum. Quia, cum Deus sit altissimus, non potest ascendere, ut Nestorius sentit, sed ille asellus sua ratione non debet ascendere montem, quia nescit communicationem idiomatum. Iuxta communicationem idiomatum eadem est praedicatio Filij Dei et Mariae *θεοτόκου.* [59a]) Quidquid dicitur de filio Dei, idem de filio Mariae

---

51) est damnatus.] *his verbis finiuntur loci, qui h. l. ap.* Reb. *desiderantur.*
52) eo.] Reb.: eo, etc.
53) impossibilia,] *sic* Reb.; Cod.: possibilia,
54) seruus seruorum] Reb.: seruorum seruus
55) Bone D. — philosophia,] Reb.: Optime Deus, quid tentamus, ratione Deum metiri Philosophica,
56) Cur — praesumis,] Reb.: Illis Deum immensum mensurare cur praesumimus,
57) factura] *sic* Reb.; Cod.: facturi
58) Infiniti] Reb.: Infinita
59) Ascendit. hoc non uidetur — — Germanice *Junck.*] *haec ap.* Reb. *non leguntur.*
59a) *θεοτόκου.*] *sic scripsi;* Cod.: *θεοτοκής,*

dicitur iuxta concretum, non abstractum. Lyra exponit: Seruus radix ascendit. Angeli et uniuersa creatura adorare debent illum hominem concretum. Christus homo nihil regij habet, sed pauperrimus, sicut surculus et radix in terra sitiente et arena. Hebraice Ionek significat infantem et surculum, Germanice *Junck*. [59])

Brachium illud Dei, si gemmatum, torquatum, annulatum, auratum catafractum, purpuratum [60]) appareret, admirationi esset, sed cum appareat frigidissima specie [*fol. 353*[b]] aridissima, [61]) despectissima, nemo id [62]) uult. Obserua regiam [63]) speciem in Bethlehem. [64]) Summa coniunctio duarum naturarum constituit unam personam Dei. Verbum caro factum est. Vnum sunt. [65]) Non dixit: Verbum et caro sunt duo. Christus non solum passus, sed et compressus miseria, non fuit ei formae species. Ideo fidei difficillimum, credere Christum esse Messiam, contra naturam, legem et rationem, appellat eum prophetia [66]) uirum dolorum, aegritudinis, morbosum. Haec omnia sunt fidei, non [67]) rationis obiecta.

Magistri Forstemij quaestio. [68]) Cum Bileam toties Dominum consuleret et diuersa responsa acciperet, Vtrum uerum Deum consuluerit [69]) et ab eodem responsum sit. Respondit D. Lutherus. Bileam initio uerum Deum consuluit, et ab eo responsum accepit, *bey dem wortte solte er auch blieben sein*, sed postea auaritia promissionibus Balac in eo excitata, statim ad Magos se conuertit, qui ei aliud nuntiarunt. Tertio uerus Deus iterum ei per Angelum restitit, et tamen iterum se ad Magos conuertit. Et quanquam in textu ponitur, quod Dominus responderit, tamen sunt uoces facti, sunt non rei, sicut [*fol. 354*[a]] papistae gloriantur uerum Deum et Christum, et tamen eo praetextu Diaboli opera faciunt, et textus ibidem est clarus.

Anno 38. 23 Augusti D. Martinus disputans interrogauit, *)

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 167 sq. cap. 2. §. 164. sect. 1. 2.

60) catafractum, purpuratum] Reb.: purpuratum, catafractum

61) cum appareat frigidissima (Cod. *male*: fugidissima) specie, aridissima,] Reb.: cum specie appareat frigidissima, auidissima et

62) id] *sic* Cod.; Reb.: eum

63) regiam] Reb.: regis

64) in Bethlehem.] Reb.: in Bethlehem nato Christo.

65) sunt.] Reb.: significat.

66) legem et rationem, appellat eum prophetia] Reb.: rationem et legem. Ideo Prophetia eum appellat

67) non] Reb.: et

68) Magistri Forstemij quaestio.] *haec usque ad verba:* et seditiosissima secta (Cod. fol. 354[a] lin. 18. med.) *ap.* Reb. *h. l. desunt.*

69) consuluerit] *sic scripsi;* Cod.: consulit

unde Bileam fuerit, si in Syria supra flumen Aram habitauit, ut textus indicat, quomodo concordat scripturae, quae dicit eum occisum inter Midianitas. Respondit. Fortassis Bileam fugit Mosen seditiosum (ut ipsi eum accusabant), quasi diceret: *Nun wirts mit dem volck tzu trumern gehen*, iam oritur seditio, et ita fugit ad Midianitas uictores. Nam Bileam uidit magnas turbationes et uexationes populi Israel, sicut hodie papistae de nostra confusione gaudent bona spe. Ita populus Israel omnium gentium iudicio aestimatus est impijssima et seditiosissima secta. [68]) Et credo Pharaonem [70])*) regem Aegypti, Mosen et Israelitas tanta securitate esse secutum, [71]) ut Deum pro se contra Israel stare cogitauerit, *gleich als hette sich das meer vmb seinet willen auffgethan*, quasi diceret, [72]) ut textus sonat: Nunc implebitur anima mea, *nu habe ich sie gewiss, dass ich sie im meer angreiffen sol.* [73]) In hac summa securitate perit, [*fol. 354b*] et illi in infirmitate euadunt uictores, [74]) *so wunderlich stellet sich gott in seinem regiment, das wider ihn ist, scheinet fur ihn, vnnd das fur ihn ist, scheinet wider ihn,* [75]) iam appareret fortis, iam infirmus, *dass sich der sathan noch alle klugheit nicht drein richten kan.* [76]) Christus saepe [77]) apparuit Sathanae fortissimus in miraculis, mox infirmus in passionibus, *hat den teuffel gar irre gemacht.* [78]) Ideo ad opera Dei mirabilia pertinet fides, [79]) non sapientia carnis. Ita excitatus est Oecolampadius [80]) illo argumento: Caro nihil prodest. Ergo corpus Christi non adest. Et Zuinglius: Sedet ad dextram patris. Ergo [81]) non est in pane. *Das sint ihre* aenei

---

*) Reb. II, fol. 210b lin. 28. — fol. 211a lin. 23. — *Conf.* Luth. colleq. germ. I. p. 168 sq. cap. 2. §. 164. sect. 3—6.

70) Et credo Pharaonem] Reb. *praefixa inscriptione:* De Pharaone. *exhibet:* Arbitror pharaonem

71) esse secutum,] Reb.: persecutum esse,

72) ut Deum — diceret,] Reb.: sperans Deum pro se contra Israel stare, quasi Mare propter Pharaonem sese erexisset, quasi dicat,

73) *nu habe — sol.*] Reb.: Nunc certus sum, quod Israelitas in manu aggredi debeo.

74) illi in infirmitate euadunt uictores,] Reb.: illi econtra sub infirmitate victores euadunt,

75) *so wunderlich — wider ihn,*] Reb.: adeo mirabilis est Deus in suis operibus, quicquid enim contra illum est, pro se esse oportet, et quae pro se sunt, contra se esse, apparent,

76) *dass sich — kan.*] Reb.: quod etiam Sathan omni sua astutia, ad Dei opera sese dirigere non potest.

77) saepe] Reb.: saepius

78) *hat — gemacht.*] Reb.: et sic Diabolum decepit.

79) pertinet fides,] Reb.: fides pertinet,

80) excit. est Oecol.] Reb.: Oecol. excitatus est

81) Ergo] Reb.: Ergo corpus Christi

mari *gewest, darauff sie stundenn*, et excaecati uidentes per uitrum coloratum omnia iuxta suum conceptum iudicabant mordicus. [82])

Transitus per mare rubrum miraculosissimus [83]) fuit. Ideo Prophetae tantis uerbis illum [84]) exaggerarunt, quem nos leuiter existimamus, *gleich als wann man durch die Elben wer gangenn. Ich halt, dass sie wol acht tage in diesem durchgang tzubracht habenn, dann es sint 600000 streittbare man gewest von 20* [*fol.* 355[a]] *Jaren bis auf 60 Jar.* [85]) Quantus praeterea fuit numerus puerorum, senum, mulierum, *das ich gleube, dass in die tzwentzigmal hundert tausent hesptter gewesen sint. die hat er gefurt* per iter fere 30 miliarium. *da hat das wasser in die höhe gestanden* [86]) terribili spectaculo. Principio fuerunt in ipsa morte a tergo, a facie et a lateribus. *Wann ich an Moses stadt were gewesen, so hette ich in die hosen gethan. Aber do sich das meer geteilet hat, do sindt sie fro worden.* Et dicitur, *dass Juda erstlich habe eingesatzt*, [87]) quem [88]) deinde alij secuti sunt. Est magna [89]) potentia Dei, *hat den Pharao hinein gelassen, aber darnach ist ihm die reise tzu kurtz* [90]) *worden*, [91]) et in medio mari submersus est.

Nomina plerumque [92]) aliquid sub se habent, tam in sacris quam in prophanis libris. Abraham pater multorum populorum. Israel uictor Dei. Dauid id est ἐράσμιος [93])

---

82) *Das sint ihre — mordicus.*] Reb.: Haec dicta muri aenei fuerunt, in quibus persistebant, vt excaecati per vitrum coloratum omnia videntes mordicus iuxta suum conspectum iudicarent.

83) miraculosissimus] Reb. *corrupte*: maculosissimus

84) tantis uerbis illum] Reb.: illum tantis verbis

85) existimamus — 60 *Jar.*] Reb.: ponderamus, vt quasi aliquis Albim pertransisset, existimo penitus, hunc transitum totam durasse hebdomadam, fuerunt enim 60000. virorum armatorum, ab anno vigesimo vsque ad sexagesimum.

86) *das ich gleube — gestanden*] Reb.: familiae, et sane vltra 200000. domos fuisse, quas secum duxerit, per iter aquarum, fere 11. milliarium, credo, ibi mare saeuum stetit erectum,

87) *Wann ich an M. — eingesatzt,*] Reb.: ego si Moises fuissem, est timore in tanto periculo, desperassem, sed cum Mare sese diuiserit, maxime tunc exhilarati sunt. Et dicitur quod tribus Iuda in primis Mare sit ingressus,

88) quem] Reb.: quam

89) Est magna] Reb.: insignis est

90) *tzu kurtz*] Cod. *calami err.*: *tzu kurtz tzu kurtz*

91) *hat den Pharao — worden,*] Reb.: Pharaonem ingredi fecit, exire vero minime potuit, quia iter illi abrenatum,

92) Nomina plerumque — — Luther fecerunt.] *haec sp.* Reb. *a. l. desunt.*

93) ἐράσμιος] *sic scripsit* Cod.: ερασμιος

suam operam, sed quia fuit sub Philistim, postulatus [*fol.* 357ᵇ] est a rege ut minister, sicut nostri subditi contra papisticam Ecclesiam pugnare possunt.

Primo Reg. 2. Si peccauerit uir in uirum, placari ei potest Deus, si autem in Deum quis peccauerit, quis orabit pro eo? Respondit D. Martinus Lutherus: Tollerabilius est peccare contra secnndum tabulam, quam contra primam, *wan sol nur* Decalogum *recht fur sich nemen*, tunc uidebitur [16]) maius peccatum esse contra primam quam secundam tabulam peccare.

Quomodo Saul agitatus spiritu maligno potuerit prophetare et qualis fuerit illius prophetia. Respondeo. Saul eo tempore, quo prophetauit, non agitabatur malo spiritu. Prophetia autem ipsius fuit expositio legis in domo sua.

Conciliatio duorum locorum in Mose de morte Aharonis. Nam Deuteron. 10. dicitur Aharon mortuum in Moserah mansione 27. Numer. 33. scribitur eum mortuum in monte Hor 34. mansione. Respondit D. Martinus Lutherus, Aharon mortuum in Moserah et cadauer eius deportatum in Hor.

[*fol.* 357ᵇ] SVMPTVS SALOMONIS QVOTIDIANI.

Magistratus nunc nulla ratione uictus suas regiones ordinat. [17]) Salomonis regnum erat ordinatissimum, ubi certa ratio sumptuum erat, *dass er auch wuste, wie viel teglich vortzeret wordt, durch das gantze landt in den 24 emptern*, ut 3. Regum 4. describitur. Erat autem cibus Salomonis quotidie 30 Cori farinae, 10 boues pingues et 20 pascuales. *Also ist sein gantzes gefast gewest.* Illi sumptus non pertinuerunt tantum ad aulam Salomonis, sed ad totam regionem. *Ich haltte, dass itzunder 4 Reichstette teglich mehr vortzeren* in tanto luxu.

Abraham inquit de Sara: Est soror mea, filia patris mei, *Das halde ich also*, quod Thare nato Abraham aliam duxit uxorem uiduam, quae habuit filiam Saram. Iudaei putant Saram Abrahae neptem fuisse. Et nisi mea sententia sit, tunc amittimus 60 annos ex computatione.

Sodomorum poena est omnino horrenda, quae nullis uerbis potest exprimi. Esto Moses eam breuissimis uerbis descripsit, attamen [*fol.* 358ᵃ] prophetae subinde hoc exemplum irae contra synagogam superbam allegant. Et ipse Apostolus

16) uidebitur] *sic scripsi*; Cod.: uidebatur
17) ordinat] *sic scripsi*; Cod.: ordinant.

Petrus contra Ecclesiam Catholicam, quam papa ultimum portentum sathanae diripuit, hoc exemplum amplificat, *vnser herrgott muss tzuweilen sawer sehen*, etiam in minimis peccatis, sicut fuit uxoris Loth, *das man sich vor ihm furchte*, etc.

De Loth uinolento disputabant, unde tantum uini secum acceperit, ut pater duabus noctibus inebriatus sit, cum uinum non propter sitim, sed tantum propter refocillationem [18]) secum acceperint. Deinde quomodo hoc sit possibile, quod senex duas uirgines non sentiens impraegnarit, *Es lautet sehr lecherig*, omnesque scriptores impossibile esse iudicant. Attamen est scriptura sancta, ubi uidemus lapsum sancti uiri, cui Deus non imputat peccatum, quia fuit iustus. Sancti enim utroque affectu libidinis et iracundiae peccant, sed non consulto. Salomon multo grauius peccat. Ideo a Scoto et alijs damnatur. *Dann er hat einen schweren* [*fol.* 358[b]] *fal gethan*. Esto, fuerit sapiens, attamen non propheta ut Dauid. Nam nulla est aequalitas inter prophetam et sapientem. Sapientes a prophetis accipiunt, sicut Salomon a patre Dauid et Nathan eruditus est, sicut psalmus, quem ipse composuit: Deus iudicium tuum regi da etc. indicat Dauidis eruditionem. Nullus est liber in prophetis, qui possit cum psalterio conferri. Dauid insignis propheta fuit, et tamen factus est homicida et adulter. Ideo Deus non est respector personarum, *hat der hohe prophet nicht konnen bleiben, was sollte gott mit den elenden* Canonistis *gross herfuhren, alleine dass sie der Bapst wil canonizziren.*

VISITANS INIQVITATEM PATRVM ETC.

Hic locus conuenit cum illo Ezech. 18. Respondit D. Lutherus: Si filius ab impijs parentibus natus poenituerit, tunc non est de generatione impiorum. Si autem in iniquitate patrum perdurauerit, ut plerumque fit, punietur. Et omnes historiae docent, quod peccata patrum in filijs non perueniunt ultra 4. generationem, quia perit haereditas [*fol.* 359[a]] iuxta prouerbium: De male quaesitis non gaudebit tertius haeres. Nam nullum [19]) regnum Israel durauit usque ad quartam generationem, nisi solus Iehu seruatus est, qui etsi fuit in

18) refocillationem] Cod. *male*: reuocillationem
19) nullum] Cod.: nullus

errare et hostaria, tamen habent certam et specialem promissionem Dei. *die hat die erhaltenn.* Eadem in regibus lecta manserunt aliqui, sed non omnes. *Gott hats sie wol ausrotten.* [28]

ALLEGORIA DECEM PLAGARVM QVIBVS PHARAO EST AFFECTVS [21]) PROPTER CONTVMACIAM EXOD. XI. *)

PRIMA poena [22]) est conuersio aquae in sanguinem. Haec est imago Tyrannicae saeuitiae, quam Tyrannici [23] Pontifices exercuerunt in professores Euangelij, quod est fons aquae salientis in uitam aeternam. Ioan. 4. et 7.

SECVNDA poena est [24]) multitituolo ranarum, quae [25]) sine ulla dubitatione significant Sophistas, molestos et odiosos clamatores, qui non modo coelestem doctrinam, sed et uniuersam physicam [26]) sua contagione laedunt.

fol. 339ᵇ] TERTIA poena sunt [27]) pediculi, qui significant superstitiosas ceremonias, quae homines exagitant, nec acquiescere sinunt.

QVARTA poena, [28]) examen insectarum, est iners atque ignaua multitudo Monachorum et sacrificulorum, qui bona Ecclesiastica diripuerunt, [29]) quibus ali et [30]) sustentari coetus docentium Euangelium oportebat.

QVINTA poena, [28]) pestis, [31]) quae significat [32]) corruptelas dogmatum, quae hominibus pestem perniciemque afferunt, [33]) ut doctrina de contritione, confessione, et [34]) satis-

---

*) Reb. II, fol. 212ᵃ lin. 22. — fol. 213ᵃ lin. 15.

28) *Gott hats sie wol ausrotten.*] *his verbis finitur ultima earum sectionum, quas h. l. ap.* Reb. *desideramus.*
21) est, affectus] Reb.: affectus est.
22) poena] *ap.* Reb. *deest.*
23) Tyrannici] *a* Reb. *abest.*
24) poena est] *ap.* Reb. *desunt.*
25) quae] *a* Reb. *abest.*
26) physicam] Reb.: Philosophiam
27) poena sunt] *ap.* Reb. *desunt.*
28) poena] *ap.* Reb. *his quoque 6 locis deest.*
29) diripuerunt] Reb.: deripuerunt
30) ali et] Reb.: et alia
31) pestis,] Reb.: pestis plaga,
32) significat] *sic* Reb.; Cod.: significant
33) perniciemque afferunt,] Reb.: et perniciem afferunt,
34) et] *a* Reb. *abest.*

factione. Item de dubitatione, quae multos impulit [35]) ad desperationem.

SEXTA poena, [36]) ἄνθρακες [37]) id est, cruciatus conscientiae 1. Tim. 4. Nam ἄνθρακες [38]) plerumque nascuntur in praecordijs, ex [38]) Melancholia adusta. Gryneus, uir doctissimus, hoc modo perijt.

SEPTIMA [39]) poena, [28]) grando Psalmo 11. Pluet super peccatores ignis [40]) et sulphur, spiritus procellarum, [41]) pars calicis eorum. Etsi enim hostes Euangelij, aut hypocritae aliquos fructus prae se ferunt, tamen non assequuntur maturitatem, [42]) quia sol iustitiae, [*fol. 360a*] Christus non percoquit [43]) eos, nec Deo placent.

OCTAVA poena, [28]) Locustae, quadrupedes, sunt insecta [44]) monachorum mendicantium, quae tempore Babarossae in Ecclesiam irrepserunt [45]) et reliquias insectorum [46]) deuorarunt.

NONA poena, [28]) densissimae tenebrae, [47]) sunt tristissima idola et errores, quos Romani pontifices pleno ante Lutherum diuinitus excitatum [48]) pertinaciter defenderunt, et adhuc defendunt, ut uerbi causa [49]) indulgentiae uenales, missae funebres, in quibus fit applicatio Coenae Domini ad mortuos. [50]) Inuocatio mortuorum, coelibatus sacerdotum, transmutatio [51]) panis, et alia [52]) portenta innumerabilia.

Postremo redemptionem misit Dominus populo suo, [53]) ut Psalmi uerbis utar, et excitato Luthero, [54]) interfecit primogenita Aegypti, id est, conuulsit et labefactauit nernos

---

35) impulit] Reb.: compulit
36) ἄνθρακες] Cod.: ἀνθράκες, Reb.: ἀντράκης,
37) ἄνθρακες] Cod.: ἀνθράκαι, Reb.: ἀντράκαι
38) ex] Reb.: et
39) Septima] Reb.: Septimo
40) ignis] *sic* Reb. (*et* Vulg. Ps. 10, 7.); Cod.: ighem
41) procellarum,] Reb.: procellarum, etc.
42) non asseq. mat.] Reb.: maturitatem non assequuntur,
43) percoquit] Cod.: per eo quid, Reb.: procoquit
44) insecta] Reb.: quatuor insectae
45) in Eccl. irrepserunt] Reb.: irrepserunt in eccl.
46) insectorum] Reb.: insectarum
47) dens. tenebrae,] Reb.: tenebrae densissimae,
48) ante Lutherum diuinitus excitatum] Reb.: ante Euangelij Doctores diuinitus excitatos
49) ut uerbi causa] Reb.: vt sunt
50) fit appl. — mortuos.] Reb.: applicatur coena pro mortuis.
51) transmutatio] Reb.: transsubstantiatio et circumgestatio
52) alia] *a* Reb. *abest.*
53) redemptionem — suo,] Reb.: misit dominus redemptionem populi
54) Luthero] Reb.: Euangelio

regni pontificij, et nos eripuit ex potestate tenebrárum, iamque ducit Ecclesiam per desertum, donec ueniat in terram Canaan, id est, in [55]) possessionem uitae aeternae. Amen. [56])

LVCTA IACOB CVM FILIO DEI.

Genesis 32. luctatur Iacob cum angelo, id est, cum filio Dei. Nam saepe uocatur angelus [*fol. 360b*] propter officium, non propter substantiam. Illa lucta fuit fidei (sic enim dicebat D. Pomeranus), in ea lucta habuit se Iacob pure passiue. In ea lucta fidei uicit Iacob. Ideo nomen adeptus est Israelis, id est, uictoris Dei. Nam Deus libenter nobis concedit palmam, etiamsi se nobis ostendat hostem, *wie der Luther saget, Gott gehet in einer laruen, wie in der fastnacht.* [57])

IMAGO CHRISTI, PROPOSITA IN CAPITE 12. EXODI. *)

Sicut agnum oportuit Iudaeos eligere ex grege omnium agnorum, [58]) masculum, integrum, qui uesperi mactandus fuit, sic Christus mirando et arcano decreto aeterni patris ex uniuerso grege hominum segregatus est, ut fieret uictima, placans iram Dei. [59]) Qui Christus est agnus masculus, integer. Nam nullius [60]) creaturae robur et innocentia cum Christi [61]) uirtute comparari potest. Hic enim solus est *ἀναμάρτητος καὶ ἀνυπεύθυνος* [62]) ac solus iram Dei perferre ac [63]) sustinere potuit. Est autem uesperi mactatus, uidelicet in [64]) postrema mundi aetate, in qua satis res ipsa [65]) ostendit regnare *ἐπιθυμητικόν*. Deinde [*fol. 361a*] fasciculum hyssopi

*) Reb. II, fol. 213a lin. 16, — fol. 213b lin. 14.

55) in] *a* Reb. *abest.*
56) Amen] *ap.* Reb. *deest.*
57) Lucta Iacob cum filio Dei. — — *fastnacht.*] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*
58) Sicut — agnorum,] Reb.: Sie Iudaeos oportuit eligere agnum ex omnium agnorum grege,
59) fieret uictima placans iram Dei.] Reb.: victima fieret, iram Dei placans,
60) Nam nullius] Reb.: nullius enim
61) Christi] Reb.: eius
62) *ἀναμάρτητος καὶ ἀνυπεύθυνος*] Cod.: *ἀνημάρτιτος καὶ ἀνυπεύτινος*, Reb.: *ἀναμαρτικὸς* etc. *ἀνοπευευικώς*
63) ac] Reb.: et
64) uidelicet in] Reb.: id est,
65) satis res ipsa] Reb.: res ipsa satis

tingendum fuit sanguine, [66]) eoque conspergendi [67]) fuerunt postes et limen ianuae. *Das ist nu die* [68]) applicatio beneficiorum Christi. Quilibet debet sibi hanc agni mactationem fide speciali applicare, [69]) et statuere, se huius mactati agni [70]) sanguine conspersum habere remissionem peccatorum. Et [71]) pluichre dicitur in psalmo: Asperge me Domine hyssopo. Huc [72]) congruit dictum, Esaiae 1. Si peccata uestra erunt ut coccinum, [73]) fient candida, sicut nix, id est, conspersa et abluta [74]) sanguine filij Dei, qui ut Ioannes in Epistola ait, emundat [75]) nos ab omni peccato.

EFFECTVS CONSPERSIONIS ET APPLICATIONIS *)

Dominus transibit per totam [76]) Aegyptum, et omnia primogenita interficiet, parcet autem Israeliticis, [77]) quorum aedes sanguine agni conspersae sunt. Etsi Deus omnibus aetatibus mundi euertit imperia propter idola, Tyrannidem et libidines, tamen Ecclesiae, quae uncta est sanguine filij Dei, [78]) clementer parcit, ut Amos 9. dicitur: [79]) Ecce oculi Domini super regnum peccans, et delebo illud de terra. Iacob autem non delebo, sed tamen concutiam, sicut triticum, ueruntamen [*fol. 361b*] granum non cadet [80]) super terram, quasi dicat, Ecclesia non aliter purgatur tumultibus impiorum, quam triticum purgatur quassatione cribri et pulueris, et palearum se-

---

*) Reb. II, fol. 213b lin. 15. — fol. 214a lin. 11. —

66) tingendum fuit sanguine,] Reb.: sanguine fuit tingendum,
67) eoque conspergendi] Cod.: eoque conspergendae, Reb.: eoque sanguine conspergendi
68) *Das ist nu die*] Reb.: Haec est
69) Quilibet debet sibi — applicare,] Reb.: nam quilibet hanc agni mactationem sibi fide speciali applicare debet
70) mactati agni] Reb.: agni mactati
71) Et] Reb.: Ideo
72) in psalmo — Huc] Reb.: Psalm. 51. Asperges me Isopo, etc. Hoc
73) coccinum,] *sic* Cod. (= Vulg. Ies. 1, 18.); Reb.: rosinum,
74) abluta] Reb.: obolita
75) in Epistola — emundat] Reb.: in Canonica sua inquit. Mundat
76) totam] Reb. *male*: totum
77) Israeliticis,] Reb.: Israelitis,
78) tamen — Dei,] Reb.: Ecclesiae tamen, quae filij Dei sanguine tincta,
79) Amos 9. dicitur:] Reb.: Amos dicitur 9. cap.
80) cadet] Reb.: cadit

gregatione. [81]) Et in Osea [82]) dicitur: Propter me, [83]) inquit Dominus, non faciam furorem irae meae, quia Deus sum, non homo. Quia homo [84]) principaliter irascitur ad ulciscendum et puniendum, Deus uero ad sanandum et emendandum, in medio tui sanctus, id est, cum me tibi patefecerim, et meum [85]) uerbum tibi tradiderim, denique sanguine filij mei te conspersserim, seruabo reliquias, [86]) ut sint aliqui, qui me uere inuocent. Quare et nunc Deum seruaturum reliquias [86]) Ecclesiae certissime credamus etc. [87])

CONNEXA MANDVCATIONIS AGNI. *)

Agnum assatum et quidem totum comedetis, nec ossa ipsius [88]) frangetis, et in manducatione adhibebitis panes azymos, et lactucas amaras. Non dubium est appellatione ignis seu assationis describi iram Dei, qui filium Dei deiuantem in se nostra [*fol. 362a*] scelera sic ustulauit [89]) ut ei cruentum sudorem expresserit. Comedendus igitur est [90]) hic agnus non crudus nec aqua dilutus, [91]) sed assatus, id est, agnoscenda est ira Dei uera et inenarrabilis aduersus peccatum et statuendum, quod propter hanc uictimam pater nobis placatus sit, nec afferendae sunt ad hanc manducationem crudae opiniones delirantium Epicureorum et Hypocritarum somnia, quae uel extenuant iram Dei, uel eum [92]) aqua, id est, proprijs meritis delere conantur et mitigare. [93]) Vescamur autem toto agno, neque ullam eius partem non adhibitam seiungamus, id est, amplectamur summam Euangelij comprehensam in symbolis, et nullum articulum sycophantice corrumpamus, ut Arrius et alij innumerabiles [94]) fecerunt. Quid au-

*) Reb. II, fol. 214a lin. 12. — fol. 214b lin. 24.

81) triticum purgatur quassatione .... segregatione.] Reb.: triticum quassatione .... segregatione purgatur.
82) in Osea] Reb.: Hoseae
83) Propter me] Cod.: propter me propter me (Hos. 11, 9. *neutra legunatur.*)
84) Quia homo] Reb.: Homo vero
85) et meum] Reb.: meumque
86) reliquias,] *sic utroque loco* Reb.; Cod.: reliquas,
87) etc.] *a* Reb. *abest.*
88) ipsius] Reb.: ipsis
89) ustulauit,] Reb.: exuscitauit,
90) igitur est] Reb.: est igitur
91) nec aqua dilutus,] Reb.: neque aqua defectus,
92) eum] Reb.: eam
93) conantur et mitigare.] Reb.: et mitigare conantur.
94) innumerabiles] Reb.: haeretici

tem panes azymi significent, Paulus luculenter declarat. 1. Cor. 5. Celebremus, inquit, hoc festum, id est pascha, in azymis [95]) synceritatis et ueritatis, id est, natiuam Euangelij sententiam, sine ullis corruptelis discamus, amemus, proponamus caeteris, propagemus ad [*fol. 362*b] posteros, [96]) etiamsi subeunda erunt uaria certamina et supplicia, quae quidem pinguntur imagine lactucarum. Vt enim lactucas carnibus assatis adhibere solemus, Ita Euangelij professores expositi sunt ad omnes casus subitorum periculorum [97]) iuxta illud: Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionem patiuntur. Item. Qui uult me sequi, tollat crucem suam. Et Ps. 116. Credidi propter quod locutus sum, ego autem uehementer affligor. [98]) Etsi autem castigatio in praesenti amara et insuauis [99]) uidetur, tamen [100]) exercitatis fructus laetos et dulces affert, ut Epistola ad Hebraeos dicit [1]) et Psal. 126. Qui seminat in lachrymis, in exultatione metet.

ADIACENTIA MANDVCATIONIS.*)

Renes uestri sint cincti, et pedes uestri calceis induti, et baculos habete in manibus, denique cum festinatione comedetis tanquam uiatores, id est, sitis expediti ad peregrinationem et omnibus rebus, quae sunt uiatori necessariae, instructi. Quia Ecclesia exulat [2]) in mundo, nec habet certam sedem, [3]) [*fol. 363*a] sed innixa [4]) baculo, et calceis induta, id est, Euangelij consolatione [5]) in itinere saepe sustentatur. Cingit etiam renes, id est, actiones carnis, quae sunt impedimenta itineris, spiritu mortificat. Denique comedit cum festinatione

---

*) Reb. II, fol. 214b lin. 25. — fol. 215a lin. 12.

95) id est pascha, in azymis] Reb.: ἄζυμος
96) proponamus caeteris, propagemus ad post.] Reb.: caeteris proponamus, ad post. propagemus,
97) expositi sunt ad omnes c. s. p.] Reb.: ad omnes casus sub. per. expositi sunt,
98) Omnes qui pie — affligor.] Reb.: Mitte nos quasi agnos in medio luporum. Item omnes qui pie viuere volunt in Christo, etc. Item qui me vult sequi, tollat crucem suam, etc.
99) in praesenti amara et insuauis] Reb.: amara, et insuauis in praesentia
100) tamen] Reb.: Attamen in
1) Epistola ad Hebr. dicit] Reb.: in Epistola ad Hebr. dicitur.
2) exulat] Reb. *male*: exultat
3) nec habet certam sedem,] Reb.: neque certam sedem habet,
4) innixa] Reb. *falso*: mixta
5) Euangelij consol.] Reb.: consolatione Euangelij

agnum, id est, non est Academica cohibenda assensionem [6] ab Euangelio, sed redimat tempus, sciens, quod dies sint mali, et nunc sine mora, nulla uersiculum: Tolle moras, semper nocuit differre paratis etc. [7]

LOCI ET SENTENTIAE NOVI TESTAMENTI. [8]

1. Timoth. 2. Deus uult omnes homines [9] saluos fieri, [9] id est, quarumcunque conditionum et cuiuscunque generis homines [10] uult saluos fieri. *Darumb sehe ein ieder fur, wie er in das ampt komme.* [11]

Ioan. 16. [12] Princeps mundi iam iudicatus est. [13] Primo [14] mundus damnat uerbum fidei. Secundo [14] Diabolus multa excitat scandala. Tertio [14] nos ipsi [15] infirmi. His tribus roboratur iudicium mundi, [16] quasi iustum sit, et nos reprobi uideamur, sed solatur nos Christus *fol. 363b*] dicens: [17] Hoc iudicium cum summo principe damnatum. Ideo neque uis Tyrannorum, neque multitudo seu sapientia Haereticorum, neque stultitia seu infirmitas piorum nos mouere debent ad dubitandum de ueritate istius [18] doctrinae. Scriptum est enim: Vinces, cum iudicaris. Necesse est, hoc malum in mundo esse contra uerbum, [19] sed uinci ipsum et damnari [20] a Deo magis est necesse. [21]

---

*) Reb. II, fol. 215a lin. 13. — fol. 218b extr.

6) assensionem] Reb.: assertionem
7) etc.] a Reb. *abest.*
8) Loci — Testamenti.] Reb.: Novi Testamenti aliquot loci et sententiae.
9) fieri,] Reb.: fieri, etc.
10) homines] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
11) *Darumb — komme.*] Reb.: ideo quilibet curare debet, in numero salua-torum inueniatur, neminem enim reijcit.
12) Ioan. 16.] *sic* Reb.; *in* Cod. *desunt.*
13) est.] Reb.: est, etc.
14) Primo ... Secundo ... Tertio] *hae voces a* Reb. *absunt.*
15) ipsi] Reb.: ipsimet
16) roboratur iudicium mundi,] Reb.: mundi iudicium roboratur,
17) sed solatur — dicens:] Reb.: Econtra Christus dicens, non confirmat,
18) istius] Reb.: illius
19) Vinces — uerbum,] Reb.: Psal. vt vincas cum iudicare, necesse est contra verbum hoc malum in mundo esse,
20) ipsum et damnari] Reb.: et damnari ipsum
21) est necesse.] Reb.: necesse est.
a) *N. M. ap.* Reb.: Non vt Caluinus scribit, ex omnibus ordinibus aliquos, etc.

SPIRITVS ARGVET [22]) MVNDVM DE PECCATO.

D. Martinus interrogatus, quomodo intelligi debeat locus [23]) Ioan. 16. Spiritus sanctus arguet mundum de iudicio. [22]) Respondit: Illud tertium est referendum ad praecedentia duo. [24]) Nam cum [25]) Spiritus sanctus arguat [26]) mundum de peccato illo incognito, et reijciat omnem iustitiam, nisi quae Christi est, [27]) Contra haec mundus cum tota sapientia, potentia, sanctitate, et iudicio sese opponit, non uult hoc esse peccatum, non uult hanc iustitiam suam damnari, et Christum extolli. Tunc Euangelium et Spiritus sanctus ueniunt, id omnino arguunt, et omne illud iudicium reijciunt. Ideo definit: [28]) [*fol.* 364ᵃ] Princeps mundi iam iudicatus est, id est, sapientissimi, sanctissimi, potentissimi quique [29]) sese Christo [30]) opponentes, iam sunt iudicati. [31]) Nam bene est notandum, [32]) quod dicit, princeps mundi, scilicet, Sathan, cum toto suo regno et potentia. [33]) Secundum praedicamentum substantiae diu antea est iudicatus, sed nunc illius potentia per Euangelium condemnatur. [34])

Gabriel pastor Torgensis interrogauit [35]) D. Martinum Lutherum de loco Pauli ad Timotheum: Sanctificatur per uerbum Dei ac precationem. Respondit D. Martinus: Pij omnia Dei agnoscunt, illaque per uerbum Dei sanctificant orantes, quibus omnia sunt munda, cum utuntur creaturis iuxta uoluntatem Dei. Neque patrocinatur hic locus papistis dicentibus: Aqua benedicta habet uerbum Dei, Vos contemnitis aquam benedictam, Ergo et uerbum Dei contemnitis. Respondeo:

---

22) Spiritus arguet — de iudicio.] Reb.: Interrogatus M. l. de illo loco (spiritus arguet mundum de iudicio) quomodo intelligi debeat.
23) locus] Cod. *calami err.*: locos
24) est referendum ad praecedentia duo.] Reb.: referendum est ad duo praecedentia,
25) cum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
26) arguat] Reb.: arguet
27) est,] *ap.* Reb. *deest.*
28) Ideo definit] Reb.: definiendo
29) potentissimi quique] Reb. *corrupte*: potentissi quoque
30) sese Christo] Reb.: Christo sese
31) sunt iudicati.] Reb.: damnati essent.
32) notandum,] Reb.: obseruandum,
33) et potentia.] Reb.: et potentia, vt ibi Sathan ponat in praedicamento relationis, scilicet, cum toto suo regno et efficacia,
34) condemnatur.] *sic* Reb.; Cod.: contemnatur.
35) Gabriel pastor Torgensis interrogauit] *sectio ab his verbis incipiens et 5 subsequentes, quarum extrema in* Cod. fol. 365ᵇ lin. 5. *finitur verbis*: „*fur tausent teuffel geben*", *ap.* Reb, *h. l. non inueniuntur.*

haec non est uoluntas et praeceptum Dei, imo haec est
minatio, quod aquam supra naturam faciunt salutarem
364b] animae. *Wir beten auch das* benedicite, *nicht da*
speise besser werde denn sie vorhin ist. Si autem pro
cibum salutiferum crederemus, tunc esset abusus uer
Ideo diligenter distinguendum est inter uerum usum
Dei [36]) secundum mandatum, et abusum. Non cuilibet
Dei credendum. Nam e [37]) nomine Domini omnes erro
impietates oriuntur. Sanctificare significat usum esse
dum et licitum, sicut ad Corinthios: sanctificatur mari
credulus per mulierem fidelem, id est, usus coniugis il
mundus et licitus.

Pij iudicabunt angelos 1 Cor. 6. loquitur de lap
damnatis angelis, quos iudicabunt pij propter tot homic
haereses excitatas.

Filius qui est in sinu patris. Ioan. 1. Est Ebraism
est, *der son ist des vatern hertz*, sicut dicitur: Vterus
ita dicitur sinus patris.

Principium quod et loquor uobis Ioan. 8. quasi dic
ret was ich sage, so werdet [*fol. 365a*] *ihr sehen, was i*
Ich wil nichtes sein, quia missus sum, ut ministrem.

GENERALES SENTENTIAE IN PARTICVL

Christus, Euangelistae et Apostoli faciunt ex gene
sententijs Mosi et prophetarum particulares. Sicut Paul
Mosi dictum Deuteron. 21. Maledictus etc. facit part
applicans ad Christum. Sic Christus Actor. primo gen
sententiam: Non est uestrum nosse etc. applicat ad p
larem quaestionem, quasi dicat: *was fraget ihr darnach*
dis reich wirdt angehen, ihr sollet auch den pfingstag
wissen. Similiter et Matthaei 2. ex Oseae 11. Ex A
uocaui filium meum etc. accommodatur ad Christum.

Alia Regula. Mos est in nouo testamento ex se
singulari facere exemplarem, id est, ex particulari facto
plum uniuersale facere. Vt cum dico: *man sol Mos*
schlagen. Ibi ex singulari Mose, facio Mosen genera
exemplum generale ad omnes leges transferendo, qua
scientiam [38]) ligant. Talis est dictum Dauidis Psal

---

36) usum uerbi Dei] Cod.: usum uerbi usum Dei
37) e] Cod.: i
38) conscientiam] *sic scripsi;* Cod.: conscientia

ı est carnis nostrae caecitas et infirmitas, ut mise-
ıem [41]) plus timeamus, quam Deum. *Woltestu nicht*
ss sich gott der vater vnnd gott der son vnd heiliger
d alle Engel vnd heiligen am Jungsten tage tzu trotz
ffeln vnnd gottlosen menschen deiner annehmen. dan
hie ein Entzeler Hertzog Georg oder elenden rotz-
impt, widerumb verleugnestu Christum mit wortten
en hie vor dem gottlosen geschlechte, so wirdt sich
Trinitas *auch schemen, so werden sich alle Teuffel*
hmen, die werden deine gesellen sein. [42])

NTIO KASTNER IN TESTAMENTVM
M MANVS D. LVTHERI. IOANN. 14. [43])

in der weg, die warheit vnd das lebenn etc.
da steckets
das nicht gleubet, muss irren.
Der muss ligen,
Der muss sterben.
. 366[a]] *Dann ausser Christo ist*
Eittel irthumb

] Cod.: *herrn herrn*
usent teuffel gehen.] *his verbis finiuntur sectiones, quae h. l.*
e h. desiderantur.

Eittel lugenn
Eittel todt.
Es sey gleich
Patres } *oder was menschen wissenn*
Concilia { *oder lehre furgiebet.*
Bapst

CHRISTVS
Ich bin das leben vnnd die warheit.
Teuffell.
Ich bin der Todt vnnd lugen, tzweiffelstu hiran, s den stul tzu Rom gegen das wordt gottes, dann die s treuget nit vnnd ist als gnug, das man ihr gla muge. [44])

ECCE DVO GLADII HIC. [45])

Papa suam authoritatem his duobus gladijs uoluit mare. [46]) Nam ita arguit: Vbicunque sunt duo gladij. Ecclesia, sed hic in Petro sunt duo gladij: Ergo Petr Ecclesia. Aut sic, Petrus habet [47]) duos gladios, Petr pontifex: Ergo pontifex habet duos gladios. Respond Non ualet argumentum et assumptum negandum, [*fol.* quia [49]) syllogismus habet quatuor terminos. Potius s arguendum: Vbicunque est Chorus [50]) Apostolorum et sia, ibi sunt duo [51]) gladij. Hic autem sunt duo [51]) Ergo hic est Ecclesia. *Es ist dennoch ein wunderlich mendt vnter den Aposteln gewest,* [52]) quod illis Christus

---

44) Laurentio Kastner — — — *glaubenn muge.*] Reb.:
Dictum Ioannis 14. Ego sum via, veritas et vita, manu M. L. in Testamentum cuiusdam inscriptum.
Doctor Hieronymum Wellerum conquerentem [77]).**) de fluxibus consolabatur et confortabat. Facile credo. Nam cogitationes faciunt fluxus. Quando anima occupatur cogitatio-

---

*) Reb. II, fol. 231a lin. 25 med. — fol. 231b lin. 2. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 128 sq. cap. 26. §. 45.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 128. cap. 26. §. 44.

64) *vnser herrgott — gehenckt,*] Reb.: Deus noster lapidem superiorem ita posuit,

65) applicet grana.] Reb.: grana applicet.

66) *hie bleibe — Cellen,*] Reb.: hic ego non manebo, curram potius ex cella

67) per] *a* Reb. *abest.*

68) maximam passus famem et naufragia,] *sic* Reb.: Cod.: maxima passus fame et naufragio,

69) sic] Reb.: ita

70) *gehe che — schweinen,*] Reb.: ego prius exeam ad subulcum et ad sues,

71) maneam.] Reb.: maneam. Ideo aliorum consilijs et consolationibus verbum Dei proferentibus in tentationibus vtendum est, quia nullus tentatus est sui compos.

72) Conquerenti cuidam] Reb.: Deinde cuidam conquerenti

73) uita est tranquilla, quilibet habet suam tentationem,] Reb.: vitam esse tranquillam, quemlibet suam tentationem habere,

74) *vnnd solt — machen.*] Reb.: quia multi sunt, qui crucem sua sponte quaerunt.

75) cont. sua sorte.] Reb.: sua sorte contentus.

76) diues. Dines plus appetit.] Reb.: dines esse appetit.

77) Doctor Hier. Wellerum conquerentem] *sectio ab his verbis ordiens et subsequens, quae verbis* „esset sui compos“ *finitur, ap.* Reb. *omnino desunt; duae sequentes autem sectiones:* „*Ach wie gerne wolt ich — — —* Hieronymi et aliorum *wol.*“ *et* „Ego si aliquamdiu adhuc — — *pfu dich wollan.*“ *a* Reb. *hoc quidem loco* (*scil.* T. II. fol. 231b *post* lin. 2.) *absunt, sed paulo inferius* fol. 232a lin. 5. med. — fol. 233a lin. 2. init. *ab eo exhibentur.*

uellem scribere librum de tentationibus, sine quibus homo nec [7]) sacram scripturam, dilectionem, nec [8]) timorem Dei potest [9]) agnoscere, imo non potest scire, quid sit spiritus, qualis est noster Ioannes Agricola, qui multa sibi arrogat non tentatus. *Er wirdt statt thun* [10]) post mortem meam. *Ach lieber herrgott* lectio sacrae scripturae [11]) non ita facile percipitur. *Last vnns die drey wörtter wol lernen vnnd ewig schüler dorbey bleiben*, quid sit [12]) diligere Deum, timere Deum et illi fidere, *kan man doch* Vergilium, Ciceronem, Terentium *nicht auslernen, wie sein wir dann in der heiligen schrieffi so vermessen, pfu dich wollan.* [13])

Anno 38. 2. Augusti*) praecedente nocte acerbissimos dolores habuit ex artetica [14]) in brachio, [15]) ibi dixit, sit nomen Domini benedictum, *das kan man noch sprechen, denn es ist noch leidlich, den pfennig, den rock, die haut hinan strecken.* Quando autem ueniunt spirituales tentationes, *dass darauff folget das* maledicta dies, in qua natus sum, *da hat es* [*fol. 400*^{b}] *mühe,* [16]) in tali tentatione fere fuit Christus in horto, [17]) cum dixit: Pater transfer calicem hunc a me. Ibi erat uoluntas contra uoluntatem, [18]) et angelus eum consolatus est. Summa, Christus in carne nostra tentatus, optimus est interpellator coram Deo in nostris tentationibus.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 130 sq. cap. 26. §. 47.

7) nec] Reb.: neque

8) nec] *a* Reb. *abest.*

9) potest] Reb.: posset

10) *Er wirdt statt* (Cod.: *staden*) *thun*] *i. e.* rem exsequetur (*conf.* I. L. Frisch Teutsch-Lat. Wörterb. T. II. p. 321. *s. v. Statt*); Reb.: qui etiam nihil boni efficiet

11) *Ach lieber* — scripturae] Reb.: Deus bone sacrae scripturae lectio

12) *Last vnns* — quid sit] Reb.: discamus modo tria haec verba.

13) timere Deum et illi — *pfu dich wollan.*] Reb.: timere illum, fidere illi, attamen Vergilium, Ciceronem, Terentium ediscere nunquam possumus, cur ergo praesumimus sacram aedificare scripturam.

14) artetica] *haec vox mediae et infimae latinitatis significat* morbum articularem, i. q. ἀρθρῖτις (*conf.* Glossarium manuale ad scriptores mediae et infimae latinitatis, ex magnis Glossariis Car. du Fresne Dom. du Cange, et Carpentarii in compendium redactum. T. I. (Halae 1772. 8°) p. 397. *s. v.* Artetica).

15) acerbissimos — brachio,] Reb.: M. L. exhaustus disentiria acerbissimos dolores habuit Sciathicae

16) *das kan man — — hat es mühe,*] Reb.: haec verba dici adhuc possunt, quia sunt tentationes quae ferri possunt, nondum enim periculum adest maximum, maledicta dies, in qua natus sum, tunc maxima adest calamitas,

17) fere fuit Christus in horto,] Reb.: Christus in horto vere mortuus,

18) contra uoluntatem,] Reb.: contra uoluntatem, attamen mox se ad patris voluntatem applicauit,

Er ist praesidens, *wan wir nur* respondentes *sein.* [19]) Esto, ira Dei appareat in nostris calamitatibus, attamen si poenitentes crediderimus, tum gratia et bonitas Dei latebit sub ira, [20]) sicut potentia sub infirmitate, modo in spe perseuerauerimus et in istis laruis non offensi orauerimus. [21])

Octauo Augusti *) D. Lutherus languens una cum uxore febricitante [22]) dixit: *gott hat mich dennoch tziemlich angegrieffen, bin auch vngeduldig gewest* tot tantisque morbis exhaustus. *Aber gott weiss es besser, wotzu es dienet denn wir. vnnser herrgott ist wie ein drucker, der setzt die buchstaben tzurucke, seinen satz sehen wir vnnd fülen ihn wol, aber den druck werden wir dortte sehen, müssen indess gedult tragen.* [23])

Doctor [24]) Ionas [25]) exponebat uarias tentationes, quibus pij affligerentur. Respondit. [26]) Habenda [*fol. 401*[a]] est patientia et orandum. Nam si omnia iuxta nostram uoluntatem succederent, fieremus segnes et obrutesceremus, [27]) quemadmodum Romanis [28]) accidit. Ideo tentationes sunt optima nostra remedia, [29]) quae nos contra multa mala acuunt. Vt uester calculus D. Iona uos facit sollicitos, [30]) et plus prodest

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 131. cap. 26. §. 48.

19) *Er ist — sein.*] Reb.: praesidens est, si modo nos simus respondentes.

20) latebit sub ira,] Reb.: sub ira latebit,

21) orauerimus.] Reb.: ipsum innocauerimus.

22) languens una cum uxore febricitante] Reb.: vna cum coninge febricitante languens

23) *gott hat mich — — ged. tragen.*] Reb.: Deus me satis castigauit et visitauit, et ego impatiens fui, tot tantisque morbis exhaustus disentiria, Sciathica arthetica, Deus vero optime nostrae infirmitatis vtilitatem nouit, nos autem nunquam intelligere possumus. Deus enim similis est typographo, qui a tergo characteres imponit, perspicitur quidem et sentitur a nobis haec impositio, verum in altera vita ipsa impressio legatur, nos interim patientiam habere oportet.

24) Doctor] Reb.: Deinde D.

25) Doctor Ionas — — secundum uocationem.] *haec sectio ac subsequens: „Lieber herrgott — tentationes frigent." et pars prior sequentis, scil. verba:* „Tentationes piorum — liber plenus tentationum." *ap.* Reb. II. fol. 233[a] *ordine prorsus inverso exstant, ita ut harum trium sectionum tertia:* Tentationes piorum *etc. a* Reb. *primo, secunda: „Lieber herrgott etc." latine reddita medio, et denique prima:* Doctor Ionas exponebat *etc. tertio loco exhibeatur.*

26) Respondit.] Reb.: Respon. M. L.

27) et obrutesceremus,] *a* Reb. *absunt.* — Obrutescere, *verbum mediae et infimae latinitatis, significat:* stupidum fieri ut brutum, *i. q. german. verbum: verthieren.*

28) Romanis] Reb.: Romanis, papistis

29) optima nostra remedia,] Reb.: remedia nostra (*omissa voce:* optima)

30) sollicitos] *sic* Reb.; Cod.: sollicitum (*quoniam ad solum Ionam spectat.*)

me, ut discerem iustificationes tuas. Quem Christus diligit, corripit. Cum corripimur a Domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Et aliae innumerabiles. Itaque [*fol. 403ª*] duo sunt argumenta maxime euidentia, quae ad patientiam nos maxime hortari debebant prius ab utili. Tantum abest, ut noceant afflictiones, ut multo magis etiam prosint. Ergo patienter ferendae. Nam quae utilia sunt, illa expetuntur. Posterius ab auxilio diuino, quod Rhetor quidam diceret a facili et possibili hoc modo. Spiritus sanctus adest nobis afflictis et adiuuat infirmitatem nostram, iuxta illud: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Rom. 9. 1. Cor. 10. Fidelis Deus etc. Item. Prope est Dominus omnibus inuocantibus etc. Item. Psalmo 33. Scio quod hoc mihi cedet in salutem. Ergo forti et constanti animo ferantur afflictiones. Accedat et oratio et fides, quae ita statuat de uoluntate Christi, quantum spiritus sanctus in scriptura postulat et praecipit, iuxta illud: Inuoca me in die etc., sed dicas: exitus acta probant, nec est malorum finis. Deus igitur cum non eripiat, dereliquit me. Opponas primum physicum, hoc careat successibus opto. Quisquis ab euentu facta notanda [*fol. 403ᵇ*] putet. Secundo exempla prophetarum [46]) et patriarcharum, Christi, Apostolorum, adeoque Sanctorum omnium, quorum maior pars iudicio hominum foedissime perijt. Tertio dicta scripturae, quale est Philipp. 1. Scio, quod mihi cedet ad salutem, per uestram administrationem et subministrationem spiritus sancti. Audi Paulum etiam Deum habere propitium in morte etc.

[*Huius sectionis loco* Rebenstockius II. fol. 233ᵈ lin. 24. — fol. 234ᵇ lin. 21. *exhibet*: Colloquium M. Lutheri cum Legato Pontificio de Concilio. *Hoc Colloquium, quod in* Cod. *non invenitur, infra, ubi* de Concilio *agitur, proxime ante verba extrema* folii 513ᵇ Codicis *afferam.*]

CARDINALES. [47]) *)

D. Martinus Lutherus dixit uno die 30 Cardinales a papa esse creatos, quibus multis millibus equitum occurrissent ultra Tiberim, illosque honorificentissime excepissent. Bombardarum sonitui maximo [48]) Deus quoque suo fulmine accedebat,

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 196 sqq. cap. 27. §. 39. 41.

46) exempla prophetarum] *sic scripsi;* Cod.: exemplo pro prophetarum

47) Cardinales.] *Caput sic inscriptum, quod in* Cod. fol. 403ᵇ lin. 9. *orditur et* fol. 404ᵇ *extr. exit, atque duo sequentia* „De Carolo V. et Ferdinando." *et* „Nobiles" *inscripta ap.* Reb. *non inveniuntur.*

48) sonitui maximo] *sic scripsi;* Cod.: sonitu maxima,

ut omnes terrerentur, ita ut in templo quodam de imagine Beatae uirginis infans deciderit (ut pasquillus scribit) ascendens ad coelum, ne quoque in Cardinalem eligeretur. Eodem quoque die sacerdos sacrificans Missa, amisit hostiam consecratam, et moerore calicem quoque effudit, papaque exclamauit ex his Cardinalibus aliquem postem Romanae sedis fore. Hoc factum paucis diebus ante reuelationem Euangelij. Sed cum primae positiones in manus pontificis [*fol. 404ª*] uenissent, dixisse fertur: Ebrius et uinolentus haec scripsit Germanus, aliter sentient, cum sobrius factus fuerit. Ita ironice et secure contemnebat omnes.

Ego credo Paulum catalogum flagitiorum Rom. 1. plus prophetice [49]) quam historice descripsisse. Iam uero Romae impletur. Papa non frustra eligit tot Cardinales. Quemlibet oportet annuatim 30000 fl. et illos dare pro pallio redimendo, ut pecunia et autoritate Cardinalium papa confirmetur. Ideo bene dicit Daniel: Rex imperabit secundum uoluntatem suam.

Literae uenerunt ex Dania et Anglia optima de Euangelij cursu scribentes. Regem in Dania constituere Ecclesias et Vniuersitatem optimo et pijssimo ordine. In Anglia papistas multis disputationibus uictos, omnia esse confusa praeter missam priuatam et coniugium sacerdotum, illa adhuc paululum haerere, sed ex monasterijs cuilibet permittitur liber exitus, peregrinationes sanctorum omittuntur. S. Thomas *mit dem gulden schilde leidet* [*fol. 404ᵇ*] *nodt.* Respondit D. Martinus Lutherus: Cum Cardinalis ex Anglia pellebatur, fundamentum papatus corruebat. [50]) Nam Cardinales in singulis nationibus sunt bases, *pfeiler* ipsius papatus, sicut nos in Germania 4. Cardinales habemus, et Gallia et Hispania. Ita papa hodie adhuc sua sanctitate et potentia confidit etiam in despectum Saturni, utcunque sit eneruatus et reuelatus cum sua impietate, magna fuit caecitas hominum, qui omnia papae concesserunt, ut, quidquid tentaret, liceret. Clemens Hippolytum [51]) in Cardinalem elegit, qui singulis annis 60000 ducatos solidae pecuniae habuit. Cum tantum esset priuata persona nihil negotij aut imperij habens. Nonne haec fuit horrenda Tyrannis? Tandem ipsi omnia ad se rapientes obbrutescebant, et miseri homines omnia credebant de illorum autoritate, ita ut clementem papam pro sanctissimo uenerati simus, qui erat nequissi-

49) prophetice] Cod.: propheticae
50) corruebat.] Cod. *calami err.:* curruebat.
51) Hippolytum] *sic scripsi;* Cod.: Hypolitum

mus et fauerrimus nebulo, filius sororis suae, non baptizatus et militaris etc.

[*fol* 405ª] DE CAROLO V. ET FERDINANDO. *)

PROPHETIA DE CAROLO EX ANTIQVO CODICE.

Carolus Imperator subiget totam Europam, reformabit Ecclesiam, et annihilabitur ordo mendicantium, et pleraeque aliae sectae. Item in eodem codice: Bestia occidentalis et Leo orientalis subiugabunt totum orbem terrarum et erit annis 15. Deinde terra barbarorum conuertetur. Respondit Lutherus: *Es wirdt etwas werden, sie werden an einander kommen.* Aiunt Caesarem esse in Passau, quod non est ultra 60 miliaria, ubi exercitus Turcae est. Item in eodem: Germanos dictos esse, quia sunt fratres et Germani Italorum. Hi enim habent sacerdotium, illi regnum et ita unum sunt. *wir haben einen fromen keiser, er hat einen keil im hertzen, es habe ihm ihn drein gestecket, wer da wolle. er ist from vnnd stille. ich halte, er rede in einem Jare nicht so viel als ich in einem tage.*

Ferdinandus suum regnum inuasit sapientia et sanguine, sed non perficiet, sed confundetur. Opto et precor Carolo uictoriam contra Turcam, sed quando oro, tunc peccata et ingratitudo, reclamat [*fol.* 405ᵇ] auribus nostris. Rumor erat Antonium de Leua et Andream de Doria praestantissimos Caesaris duces et rei militaris peritissimos Caesari consuluisse, et ipse propria persona et exercitu contra Turcam proficisceretur, Ferdinando post se relicto, quia esset homo nullius fortunae coram Deo et hominibus. Respondit Lutherus: Mirum est duos fratres esse tam diuersae fortunae, *alles schreiet vom Ferdinando vnnd tzum Carolo.* Illius consilia euanescunt, huius fortuna procedit, quia est homo innocentissimus ab omni sanguine. Ferdinandus est Dux sapientissimus, omniaque ei procedunt secundum electionem Aristotelicam, [52]) et non ex consilio Dei. Carolo omnia simplicissime succedunt. Causa est, quia Ferdinandus non uocatus se ipsum intrusit, et omnia sua sapientia, consilio et electione uult efficere. Deus dicit: Ipsi elegerunt, quae uoluerunt, ego autem illudam electiones

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 211 sqq. cap. 45. §. 48—50., §. 51. sect. 1. et p. 227 sq. cap. 45. §. 73.

52) Aristotelicam,] Cod. *habet siglam:* Arlicam,

eorum. Ita Ferdinandus electione, non impetu diuino fertur, sicut Muntzerus electione tantum processit.

Philippus Melanthon dixit, Caesarem uicturum usque ad 49. annum. Respondit D. Lutherus: *so lange stehet die welt nicht. Ezechiel ist darwider.* [*fol. 406a*] *wann wir den Turcken weg schlagen, so ist der Daniel hinweg, so ist der Jungste tag gewisslich vor der thur.* CAROLVS a papa in Germaniam uocatus ad nos perdendos, et Ecclesiam [73]) uisitauit et seruauit nos Dei gratia, *er hat ein keiserliche* modestiam, propter quam fortunam et successum a Deo habebit. *Er pocht nicht auff seine macht.* Vicit Gallum. Papam spero et Turcam uicturum. Qui nescit dissimulare, nescit regnare.

Deus dat dilectis suis somno. Ita Carolo Imperatori omnia prospere succedunt. Ferdinando uigilanti omnia euanescunt, qui omni sua sapientia nihil efficit, *dan dass er fur dem hamen fischet.* Carolum *kompt alles schlaffende an, er muss einen gutten Engel haben.* Deus facit iam miraculum in duobus illis fratribus maximis Carolo et Ferdinando, quia plane contrarij effectus sunt in illis. Ille est pacis, hic belli autor, ille fortunatus, alter infoelicissimus, alterum omnes amant, alterum omnes fugiunt, *der hat weder geldt noch gunst,* omnes subditi illum oderunt. Ipse iam uult Vngariam suis Hispanis [54]) uincere, sed habet auersos subditos. Hispani sunt mirabiles milites [*fol. 406b*] uiuunt praeda, *das hatt Meilandt wol erfaren,* quomodo sit deuastata ab ipsis Hispanis tutoribus, qui eos contra papam, Venetos et Gallum defendebant. Ibi unus ciuis cogebatur alere in domo sua 20 milites suo sumptu et stipendio. Tantam passa est deuastationem, ut fere Hierosolymitanae similis uideatur. Hispani et Turcae *spielen mit gleichen wurffeln, sie suchen das gelt in börnen, im cloacken, wo die Erde neu ist, do graben sie ein.* Ideo parietibus nouiter dealbatis quaerunt, *giessen wasser, wo das selbige tzum Ersten einsinckt, do graben sie ein.*

Hans Löser attulit noua, Caesarem iam denuo papae pedes osculatum et concilium ab eo exigere, Regem Galliae et Angliae a papa defecisse. Tunc respondit Doctor: Papa bene intelligit Caesaris uoluntatem. *wan ihm der keiser die füsse küsset, so muss er ihm dorgegen wider im marsse lecken. wenn es tzu einem* national concilio *kompt,* tunc actum est de Germania, orietur enim schisma.

Rex Galliae et Angliae sunt Lutherani in accipiendo, non

53) Ecclesiam] Cod. *habet siglam:* ecce (*i. q.* ecclesiae)
54) Hispanis] *sic scripsi;* Cod.: hispanijs

a [illegible] quaerunt sua. Nam Rex Bohemiae Christophorus de Gera, vnus ex [illegible] a Saxonibus, multis annis de Rege Galliae qui innumeras victorias iniuit fol. 407ᵃ cum papam semper retinuerit, et nunc accessum per Innocentium arripta esse ille apparuit. Restant enim quaestiones Rex Sanctae. in Germa[illegible]. An quis ut Romanorum Rex. ut[illegible] Imperatore. ut quae cum sex Electores vnus per suos ordines respondissent. Ferdinandum vero ipsum pro se re[illegible]. se cum summa molestia hanc curam suscipere, cum suae vires labent, negari a suis regnandis subditis, quibus satisfacere non posset, sed [illegible] subiectionibus se permissum. tandem ab illis molestiis [illegible]. illoque non [illegible] sed consultum esse Germaniae, ut haberet dominum. Nam agente Imperatore in Hispania. [55]) opus esse imperio capite. et tandem concludunt. *wir haltens darfur, dass sie so darvnder reden, dem heiligen Römischen Reich wider gut noch ehre nutzen gimen.* Et contra hanc coronationem Ioannes Fridericus Ioan patris sui sua praesentia per Hansen de Mischewitz per 10 dies constantissime locutus est et abiit, permissis reliquos electores relinquens.

[fol. 407ᵃ] FERDINANDVS[*])

PRIMVS REX BOIEMIAE, VLTIMVS ROMANORVM, VNGARIAE PRIVATIVE, REX ROMANVS IMAGINATIVE, BOIEMIAE PARTICIPATIVE.

Aiunt Ferdinandum Regem iam in Austria in magno fuisse periculo, mox aquis submersum. *dann er sey auff einem schlitten gefaren, auff dem Eise kommen vnnd ersoffen,* et nisi Rex arreptus fuisset. perijsset submersus. Est enim infoelicissimus, et non habet heroica infortunia, quae regibus conueniunt, sicut Ludouicus in bello mortuus. Rex Galliae captus. Ipse tantum habet priuata et agrestia mala. Augustae seipsum fere praecipitasset, in Boiemia igne fere perijsset, et in Austria iam fere submersus esset. Habet contra se suos

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 219 sq. cap. 45. §. 62ª p. 215. cap. 45. §. 54.

55) Hispanija] Cod.: hyspanja

uicinos, Duces Bauariae, nostrum Electorem, Ducem Georgium, Comitem Hassiae et multas urbes. Ego arbitror esse causam infortunij suam ipsius sapientiam, qua fretus omnia uult gubernare, ideo in tanta incidit mala, sed non mouetur. Habet cor impium et indolens, nec mouetur signis, sed induratur. Esto poeniteat, tantum est poenitentia [*fol. 408*a] Esau, qui etiam lachrymis poenitebat, sed erat impia poenitentia. Non enim deplorabat uenditionem primogeniturae et iram Dei, sed amissionem primogeniturae. *do lieget vnnserm herrngott nicht viel an, wann einer gleich sich hermet, dass er seine bulschafft habe verloren.* Ita impij non mouentur, nec habent ueram poenitentiam.

Hispanorum arrogantia et crudelitas nihil boni portendit, uexant iam Italiam et cogitant de Germaniae dominatione. *wolten gern die Teutzschen fursten aus ihren* regalibus *haben*, ut Hispani soli dominarentur.

Carolus Caesar coronatus est Bononiae, absentibus, imo non requisitis Electoribus, sed alijs ducibus Italicis et Hispanicis adhibitis, qui insignia Electorum tulerunt. *do ichs ein mal in meinem büchlein rurete, wurdenn sie vom Churfursten vberal auffgekaufft.* Carolus electus est Franckfordiae, unctus in Ocha et coronatus Bononiae.

Ferdinandus *viel die Ehre alleine habenn* in bello Turcico, et interim se et Germaniam perdit, si negotium illud committeret, imperio [*fol. 408*b] esset spes. Miserrimus est status Germaniae, si Turca occupauerit Wiennam et Austriam, *so hat er die schnure in der handt. wer wil ihm was abbrechen?* Ach illa monstra peregrina et exteri reges sunt fatales et exitium Germaniae. Experientia ostendit. *dann Ferdinandus meinet vnns nicht von hertzenn, er vorsetzt,* [56]) *verkeufft alles, beraubet alle kirchen, niempt den Schlicken die* Regalia. [57a]) si Duci Georgio et Electori etiam posset adimere Regalia, faceret. *Weil er die* Germanos *nicht nach seinem willen vntter die* Hispanos *bringen kan, lest er sie den Turcken schlachten, schickets ihm verreterlich entgegen*, et ita uult nos humiliare, tandem fugiet ipse in Hispaniam, Germaniam spoliatam et infirmatam offert Turcae, *so möchte des Lichtenbergers* uaticinium *war werdenn*, quod Coloniam Turca sit periturus. *das kostet vorhin gantz Deutzschlandt.* Accedit etiam

---

56) *vorsetzt*] Cod.: *vorsetz*

57a) *n. den Schlicken die* Regalia.] *haec spectare videntur ad* Stephanum Schlick, Comitem Passaviae, fodinarum possessorem, *de quo conf.* Ioh. Heinr. Zedler's *Universal-Lexicon* Tom. XXXV. p. 167.

malitia et impietas contra uerbum Dei, *gott wiel straffen, darumb last vns from sein vnnd beten.* Deinde dixit: *Ich fürchte was grosses in diesem Jemmerlichen handel, dass mirs gott vertzeihe. Ich sehe* Ferdinandum *an* [*fol. 409a*] *vor einen* proditorem Germaniae, *gott der allmechtige vergebe mirs, so ich ihm vnrecht thu*, et saepius ita orauit: *vertzeihe mirs gott, so ich irre. Aber* euentus etc. Nam Hispani habent iram, inuidiam, superbiam contra nos conceptam, *weil sie vns nichts* [57] *konnen anhaben*, utuntur Turcae auxilio. Summa. Ferdinandus est ulcus et uomica Germaniae, *helffe vns gott.* nos enim habemus Caesarem et Regem aduersarios. Non dico tantum de Lutheranis, sed toti Germaniae male uolunt. Agamus poenitentiam, *) oremus et expectemus Domini uoluntatem, quia redemptio humana infirma est. Carolus bene potuisset ante quinquennium Anno 1525. resistere Turcae, cum summum haberet exercitum congregatum, sed noluit, interim tamen multi sunt occisi. *Ach lieber gott was ist doch mehr in diesem leben dan sterben vnnd todt*, nil nisi mors a iuuentute ad senectutem. Extrema haec mundi malitia iram Dei prouocabit, *so gehets auch, habe ich leider sorge, mit verreterey tzu.* Ego ualde suspectum habeo Ferdinandum, nam is ante septennium [*fol. 409b*] ad Electorem Ioannem scripsit haec uerba: *werdet ihr nicht hülffe wider den Turcken thun, so werden wir vns in Hispanien machen, vnnd lassen vber Deutzschlandt gehen, dann ich wol weiss, wo ich hin sol.* Haec uerba maxime offenderunt Electorem. *Ich habe leider sorge, es gehet nicht recht tzu.* Nam Hispanica illa ferocia cum Germanos subiugare non potest, Turcae eos subijcit. *so sint wir Deutzschen gutte gesellen, sauffen, fressen, schlagen den leuten die fenster aus, verspielen ein 1000 fl. duff einem abent*, et Turcae obliuiscimur, qui tribus diebus suo ueloci cursu Wittenbergam potest obsidere. Est enim, sicut propheta inquit: Et sicut uastitas ante eum. *Ich habe sorge, wir werdens verschlaffen, die verreterey ist gross, ich* [58] *habe sorge, die 20000 man vnnd kostlich geschutz ist dem Turcken mutwillig verrathen, man pfleget nicht solch gross geschutz ins feldt tzu furen.* Maximilianus *hats tzu Wien wol verwaret, es siehet mich gleich an, das geschutz sei dir geschenckt.* quasi dicat: *schlag todt, was nicht entlauffen kan*, simillimum est proditioni, quia autem adhuc omnes [*fol. 410a*] dormiunt.

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 220 sq. cap. 45. §. 63.
[57]) *nichts*] Cod.: *nicht*
[58]) *ich*] *in* Cod. *deest.*

Turca est uigilantissimus, ui et dolo omnia tentat, sic ipse proclamabit publicam libertatem omnibus per triennium, tunc uulgus gaudens libertate illum cum gaudio suscipiet. *Aber wan er sie in die klauen krigen wirdt*, tunc suam Tyrannidem exercebit, *niempt einem iden den dritten son, er ist altzeit vater des dritten kindes.* Magna profecto est Tyrannis, *doch es gehet die fursten am sehrsten an.*

Aiebant Calcianum captum a carcere iterum euasisse. Respondit: *das gehet nicht recht tzu. Ach der* Ferdinandus *hat kein* foelix in Donato, ipse est pestis Germaniae. Alio die cuneius dem Calciani liberatio et fuga narraretur, dicebat cum gemitu: Deus ignoscat mihi, neque ego uolo definire. *man sol mirs auch nicht nachsagen. ich kan mich aber der gedancken dennoch nicht entschlagen* Ferdinandum esse fatalem et pestem Germaniae, si ipse et Episcopus Moguntinus iam obaerati possent ciuile et intestinum bellum mouere, facile consentirent. Nam bella ciuilia pertinent ad tales, sicut Iulius Caesar fecit. Dominus autem [*fol. 410*^{b}] prohibeat talia. *wann das anginge*, tunc esset incendium perpetuum, et facile accerseretur[58a]) Turca, Hispani in auxilium, sicut Constantinopolitanis Turca opem tulit. Si Dux Georgius sincere ageret et suis consanguineis consentiret, tunc consuli posset istis malis.

Anno 38. primo Augusti, *) multa dicebantur de Caroli Caesaris tarditate et modestia, quibus plus profuit quam obfuit. Respondit: Magna laus est mediocritatis, quae omnibus seculis mirifice est laudata, sed difficile attingitur. Sicut Isocrates inquit: Quia medium attingere difficile est, melius est deficere quam excedere. Talis fuit et Maximilianus iuxta prouerbium: Tene modum. Nam cum palatinos Duces uicisset, mira modestia uictoriam temperauit, eorum familiam et ditionem defendit, ne fieret magna mutatio apud posteros. Ita et cum Venetis difficile bellum mouit, qui cum Turca foedus habebant, id ne promoueret, et ipse inijt cum illis foedus. Medium tenuere beati. *Aber es sint Ja tzu viel beywege.* et humana natura nimis infirma est, quae facile mouetur utrinque.

[*fol. 411*^{a}] Dicebatur de Rege Galliae, **) quod esset ἐρωτικὸς, [59]) amatorius, et infatuaretur amoribus mulierum. Carolus per se esset bonus, sed Hispania est tyrannica. Ita multi dicunt: *Ich bin gut keyserisch, aber nicht gut hispanisch.* sunt enim truculentissimi Tyranni, quamuis Bucerus af-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 216. cap. 45. §. 56.
**). *Conf.* ibid. p. 214. cap. 45. §. 51. sect. 2.

58a) accerseretur] Cod. accerserentur
59) ἐρωτικὸς] Cod. *male:* ἐρότικος

firmabat, Caesarem etiam esse astutissimum, ac tantum duobus praecipuis consiliarijs uti. *Es sein grosse könige vnnd* Monarchae. Dauid et Salomon nullum habent respectum, non fuerunt Monarchae. *haben ein handt vol volckes gehabt,* ita ut fere numerus *ihres hoffgesindes vnnd landt volckes* a Chronicis significentur.

Anno 39. 23. Octobris *) dicebatur de Caesaris apparatu contra Turcam, ne etiam fiat contra Germaniam. Respondit Philippus Melanthon: Quid si Carolus fortunae euentum frustra expectaret? Ante decennium ipse insectabatur ceruum, et relicto ceruo lupum occurrentem secutus est, et lapsus de equo, [60]) crus uulnerauit, *dass sichs entzundt vnnd were schir gestorben.* Quid si ipse ceruum Turcam [*fol. 411*[b]] relinqueret et lupum Germanicum adoriretur cum suo periculo? Respondit D. Martinus Lutherus: Dominus det pacem et resistat sathanae sanguinolento.

Dicebant Caesarem et Ferdinandum miserrime captiuos esse a suis consiliarijs, Episcopis et Cardinalibus. Respondit D. Martinus Lutherus: Ideo scriptura hortatur ad orationem pro magistratu, non tam propter illorum personam quam officium. *dann ihre höfe sint mit eitteln Teuffeln besessen,* pauci Ioseph et Danieles [61]) ibi reperiuntur.

Literae uenerunt ex Augusta, Venetos cum Turca foedus fecisse ignauia Caesaris et Ferdinandi. Respondit: Videtur mihi actum de imperio, maxime quia Carolus fratrem suum infoelicissimum sibi substituit, quasi imperium esse haereditarium. Oremus igitur. *Dann das vater vnnser ist mehr dann die gantze welt.*

Anno 39. 16. Maij **) dicebat D. Martinus de optima forma imperij, ubi imperator eligeretur a septemuiris, secundum auream bullam, et quod illis ius gladij tribuisset, *das mugens* [*fol. 412*[a]] *sie auch brauchen.* Item unius aut duorum uota caeterorum suffragia cassant. Ita fecit Elector Fridericus, postquam fuisset electus Romanus Rex, noluit, sed optauit patruo suo Alberto, si ipse uiueret. Nam nullus fere posset resistere Gallo. Deinde Carolum elegerunt, non ut regem Hispaniae, sed ut Germanum, scilicet Archiducem Austriae. *wann die bischoffe* Electores, *weltliche herren weren*, consultius esset. Nunc unus Elector cogitur omnium odia ferre, et nisi haberet

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 216 sq. cap. 45. §. 58. 59.
**) ibid. IV. p. 217 sq. cap. 45. §. 60.
[60]) Cod. *male:* aequo
[61]) *sic scripsi;* Cod.: Danielis

populum applaudentem, sicut Iacob contra Sichemitas etiam habuit, non posset durare. *gott erhelt ihn wunderlich.*

Anno 39. 4. Iulij *) dicebatur de Ferdinandi saeuitia, qui atrocia contra Euangelium moliretur. Respondit D. Martinus Lutherus: Infoelix ille Rex a papa captiuus, arbitratur Turcam non posse opprimi, nisi Christo et eius Euangelio prius deletis. *Er thut gleich wie Achas*, qui in delendo rege Assur implorauit Deum Syriae et Deum Damasci, *der gott Israels taugte* [62]) *gar nichtes.* Et miror papistarum ferociam, qui exequuntur sententiam nondum latam. *Das vorteil haben* [*fol. 412*ᵇ] *wir noch, dass vnns kein* Concilium *vor ketzer verdampt hat.* Et ipse imperator definit haereticum, qui contumaciter suum errorem defendit, quod nos nunquam fecimus, libere scripturae testimonia produximus, et aliorum sententias audituri. Sed hic labor et opus, quod papam non iudicem, sed partem ferre uolumus.

Offerebatur D. Martino Luthero impressum Ferdinandi mandatum, in quo satis grauiter prohibet, ne illam nouitatem doctrinae, quae esset magister omnium malorum, acciperent. Respondit Lutherus: *das sol der lon sein diser welt*, quod sumus [63]) *περιψήματα* et *καθάρματα.* Ille infoelix Rex, *der appelkönig, wil Christum* regem regum *vertreiben*, in quo impegerunt Cain, omnes pseudoprophetae, Monarchae, Caesares, Iulianus, Dux Georgius. *Er sol den Christum vnnd sein reich tzufrieden lassen.* Oremus et uigilemus contra ipsum.

Anno 45. 11. Iunij **) dicebant de Caesare irato contra Euangelium. Respondit: *Ich habe den keyser alltzeit verdechtig gehalten, wiewol er sich simuliren kan, vnnd muss es auch thun.* [*fol. 413*ᵃ] Non potest esse tam liber ut praedicator. *Ein prediger ist wie ein einrösser, er kann sich balt wenden. das kan ein Regent mit seinem folgenden tzeuge nicht thun.* Ipse tamen interim deuorat Episcopatus, *Vtrich*, *Lutich.* Hic nobiles uigilare deberent. Ego ualde laboraui, *das die gestiffte nicht tzurissen wurden*, sed ut pauperibus nobilibus conseruarentur. *Es wil aber nicht sein.* Ego fere desperaui de Caesare, qui agnitam ueritatem impugnat, quam in Comitijs saepius audiuit. *Es wiel der* versus in 2. psalmo *nicht auffhoren:* Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania. Et nos hodie in hac ciuitate eam sentimus. Ideo Pau-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 218 sq. cap. 45. §. 61. 62.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 221 sq. cap. 45. §. 64.
62) *taugte*] *sic scripsi*; Cod.: *tochte*
63) sumus] *sic scripsi*; Cod.: summis

lus docet: Non multi potentes, diuites, sapientes etc. Oremus igitur Deum patrem.

IVDICIVM FRIDERICI DVCIS SAXONIAE ELECTORIS DE CAROLO QVINTO IMPERATORE. *)

Dux Fridericus, Saxoniae Elector, a quodam serio interrogatus de imperatore Romano Carolo V. respondit: *gott hat vnns den keiser gegeben tzu gnaden vnnd vngnaden.*

Omnis spes de Ferdinando mihi excidit [*fol. 413b*] de animo. Non possum comprehendere, quomodo illi foeliciter consilia succederent et conatus. Aggrauauit enim se nimium sanguine innocenti, qui ad Deum clamat, et hanc uocem Spirae edidit: *Als balt der tzug* [64]) *wider den Turcken entrichtet wirdt, wolt er die Lutherischen* [65]) *vmbringen.* Ferdinandus ex omnibus uecturis multos nummos exigit. Dominus Deus dedit ei benedictionem ita, *vnnd er bliess in ein offene handt. so sint sie geflogen, vnnd von einander gewichen wie federn.* Ferdinandus primus Rex Boiemiae, ultimus Romanorum.

Anno 1544. **) paulo ante bellum Gallicum, Rex Galliae Carolum V. Imperatorem iter facientem per aliquot oppida excepit hospitio in arce quadam, in qua regium conuiuium ei apparari [66]) curauit, et puellam formosissimam nobilem in lectum duci. Imperator ignorans inuenit, ipsa tremuit. Ibi conuocatis consiliarijs patriam et parentes inquisiuit, et re tota uerecunde a uirgine commemorata, Imperator eam parentibus restituit cum comitatu equorum. Ipsa egit [*fol. 414a*] lachrimans gratias. Equitibus reuersis, Imperator discessit, paulo post illam arcem solo aequauit.

NOBILES.

Rudolphus de Buna electus est, ut orationem haberet coram Electore pro uerbo Dei, cum esset magnus uerbi aduersarius. Lupus pro ouibus. *Ich gleube, es sey ihm von einem tzugetruncken worden.*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 215. cap. 45. §. 53.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 214 sq. cap. 45. §. 52.
64) *tzug*] Cod.: *tzuck*
65) *Lutherischen*] Cod.: *Lutristerischen*
66) apparari] Cod.: appari

Si annum adhuc uixero,*) *so muss mein arm stüblein hinweg, daraus ich doch das bapstumb so gestörmet habe,* ut propter illam causam dignum esset perpetua memoria. *Aber die grossen heuptstucke, heuptfurste, wurden mirs* [67]) *weg fressen.* Ita persuadebunt principem. Nam *die scharhansen* nobis ex animo male uolunt. Tanta est malitia illorum, ut etiam impediret iunioris principis studia in bonis artibus, dicentes: *gnediger herr, was darff er grosser klugheit?* [68]) *wolt ihr einen schreiber aus ihm tziehen? er mus ein regirender fürst werden. last ihn sachte* [69]) *gehen*, ut exercitio discat. Et ita sesquipedalibus uerbis persuaserunt principi, ut neglectus sit princeps. Timuerunt enim, ne, si excoleretur literis, legeret ipse historias, et fallacias illorum [*fol. 414b*] animaduerteret. Talis fuit Fridericus Dux. *sie sint mit allen sieben todtsunden tzwiefach besessen.* est in eis malitia maxima. Ernst a S. omnem mercaturam exercet cum aliorum detrimento. *Ist das auch Adelisch, Herr Ernst von Schlieben?* Mundus non potest carere Tyrannis, quibus regi debet. *Ernst von Schlieben mit seiner Tyranney ist gleich eim leckerbisslein fur die welt.* Nobiles contemptores artium sunt contemptissimi. Doctor Metzsch post Doctoratum didicit grammaticam. Nobilis quidam legit glam pro gloriam. Ideo ueteres cecinerunt: glim glam gloriam. *die saw die hat ein pantzer an.*

D. Ionas**) laudabat Eustachium a Schlieben. [69a]) a sapientia et pietate, et quod male locutus erat de Curia Romana. Fuerat enim et ipse per quinquennium [70]) in Italia, et Romae paucas septimanas mansisse propter insignem malitiam Romanae Curiae, ubi peierationes usitatae, *das man alle tage falsche eide thete vmb geldes willen.* Et quod illi oblati essent 20 ducati, ut peieraret, quod cum [*fol. 415a*] esset auersatus, derisus est: Illa bestia non uult iurare propter 20 ducatos. Respondit D. Martinus Lutherus: Qui explorauit aliquo modo Romanae Curiae faciem, uidebit ipsius sathanae regnum. Ideo Episcopus Moguntinus est integralis [71]) pars istius corporis, qui dedoluit, et assuetus est homicidijs et rapinis omnia audet.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 474 sq. cap. 65. §. 1. 2. 3.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 477. cap. 65. §. 7. sect. 2. 3.
67) *mirs*] *sic scripsi;* Cod. *calami errore: wirss*
68) *klugheit.*] Cod.: *glugkheit*
69) *ihn sachte*] *sic scripsi;* Cod.: *in sachen*
69a) Eustachium a Schlieben] *de hoc Comite legantur, quae in* Zedleri Universal-Lexicon Tom. XXXV. p. 183 sq. *referuntur.*
70) quinquennium] Cod.: quiennium
71) integralis] *haec vox mediae et infimae latinitatis significat i. q.* integer.

er hat den Hans Schantzen nicht allein erwürget, sondern auch all sein gut seinen erben genomen. Itzt hat man auch seinen Cammermeister verlorenn.

D. Martinus in Grunau *) a nobile humanissime exceptus, iussit hospitem sedere cum coniuge et quiescere. Mirabatur liberos iucundissimos, cum suspirijs dicens: Bone Deus quaelibet conditio habet suas calamitates. Nobilitas etiam cogitur etiam [72]) uiuere sub coelibatu, coacta propter copiam liberorum.

D. Martinus dixit de nobilium accursu, qui se mutuo uisitant quotidie nimium liberales, quemadmodum scribit Cornelius Tacitus de moribus Germaniae, *wie sie tzusammen* [*fol. 415b*] *tziehenn, einander helffen vertzeren, was sie habenn*, et deinde ad alios pergunt.

H. M. fuit Thraso magnus, sesquipedalibus uerbis multa de se uociferans. Cum ueri heroes longe aliter faciant, qui uirtutem re praestant in silentio. Talis est Bernhard de Milo, qui excellens est, habet multos leones in pectore, interim tamen uerecundus est et pudicissimis uerbis. [73])

DE CONIVGIO.**)

PHILIPPVS MELANTHON.

In sanctissimo et arctissimo foedere amicitiae, quod appellatur Coniugium, hae quinque res inesse debent. [74]) Primum ut [75]) sit amor mutuus inter ipsos coniuges, constans et perpetuus, qui quidem regendus est uerbo Dei, sicut saepius de hoc amore praecipitur, Ephes. 5. et alibi. Deinde serue-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 475 sq. cap. 65. §. 5. sect. 2. l. §. 6.

**) Reb. II, fol. 155a lin. 9. — fol. 166b extr. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 34 sqq. cap. 43.

72) etiam] *hoc alterum delendum esse videtur.*

73) et pudicissimis uerbis.] *his verbis finitur tertium illorum capitum, quae h. l. ap.* Reb. *desiderantur.*

74) Phil. Melanthon. In — debent.] *horum loco* Reb. *habet haecce prolixiora:* Maiestatem et dignitatem Coniugij ex causis, efficiente formali et finali. Nemo hominum suis cogitationibus obseruare poterit, nisi fide in verbo Dei et ordinatione haeserit, et ita omnia scandala, ex Diaboli, mundi et carnis malitia et infirmitate vicerit, thorumque immaculatum et dulcissimam et naturalissimam coniunctionem propter mandantem et promittentem Deum amplexus omnibus molestijs huius status contemptus ordinationem Dei veneratus fuerit, is ter quaterque tunc beatus, Deum ipsum praesentem et benedicentem in coniugio experietur, illum inuocet, illique gratias agat pro hac societate naturalissima, non tantum,, vt duo sint vna caro, sed vt sit animus idem et concordia placidissima. Quinque igitur substantialia in sanctissimo et arctissimo foedere amicitiae coniugatis inesse debent.

a Reb. *absunt.*

tur fides, quae uitat omnes uagas libidines, nec alteri extra hunc ordinem suum corpus [76]) communicet. Tertio constituatur societas bonorum et aerumnarum, quam Plutarchus uenustissima similitudine illustrat, ut in mixtione omnia simplicia, inquit, sic inter se temperata, [77]) ut unam [*fol. 416*[a]] quandam communem speciem efficiant, quae non antea fuit in singulis partibus, concurrentibus ad commixtionem. Sic in coniugio non debent locum habere meum et tuum, sed talis communicatio bonorum omnium constituatur, ut uere agnosci non [78]) possit, quid cuiusque sit proprium. Quarto praecipuum decus, quo Deus ornare potest ordinem a se institutum, est procreatio sobolis, sicut uenustissime dixit Augustinus, ut mundus sine sole, ita matrimonium sine prole. [79]) Quinto [80]) et postremo ad officium mariti pertinet defensio coniugis. Has res complectamur animo, quoties insignem locum Pauli, Ephes. 4. legimus, ubi diserte affirmat, coniugium esse imaginem arcani et aeterni foederis inter Christum et Ecclesiam, quam similitudinem paucis persequar. Vt enim maritus ardet casto amore coniugis, et ei fidem seruat: ita filius Dei uere amat Ecclesiam et hanc solam amat, quae amplectitur ipsius uerbum. Deinde sicut coniuges sunt socij non modo facultatum, quas habent, sed etiam aerumnarum, ita filius Dei cum Ecclesia sua, liberali pectore communicat, donans ei suam iustitiam, Spiritum sanctum et uitam aeternam. Ecclesia uero uicissim offert ei [81]) sua munuscula, uidelicet [82]) inuocationem, [*fol. 416*[b]] gratiarum actionem, confessionem et tolerantiam in aerumnis. Postremo, ut fortis maritus suscipit non modo patrocinium corporis, sed etiam famae coniugis suae [83]) et ex ea legitimo ordine liberos suscipit, ita filius Dei defendit suam Ecclesiam, reprimens furorem Diabolorum, Tyrannorum, Ethnicorum, et ex aqua et spiritu per ministerium Ecclesiae gignit Deo filios, et sibi fratres charissimos. [84])

---

76) suum corpus] Reb.: corpus suum
77) temperata,] Reb.: temperantur,
78) non] *sic recte* Reb.; *in* Cod. *deest.*
79) Quarto, Praecipuum — sine prole.] *sic* Reb.; Cod. *habet solum numerum:* 4. *ceteris omissis, in margine autem adscriptum est nomen:* August. *quod spectat ad* Augustini *dictum in ipso* Codicis *textu h. l. omissum. Vide* huius Ed. Tom. I. Prolegg. p. CV. [*Haec nota marginalis:* August. *in* Cod. *extrema est; nam in seqq.* foll. 417 — 654. *nulla invenitur.*]
80) Quinto] *sic* Reb., *etiam in* Cod. *primum scriptum erat* Quinto, *quod autem deinde mutatum est in:* Quarto
81) uicissim offert ei] Reb.: ei vicissim offert
82) uidelicet] Reb.: scilicet,
83) coniugis suae,] Reb.: suae coniugis,
84) charissimos.] Reb.: clarissimos.

uxor sit infirmum uas, tamen [12] maternitas [*fol. 418ᵃ*] habet suam [13]) gloriam, quia omnes homines concipiuntur, gignuntur, aluntur per illas, hinc dulcissima posteritas. Haec maternitatis gloria merito debet omnes infirmitates mulierum tegere et absorbere, et [14]) pius maritus dicat: Si bona suscepimus, cur non mala [15]) sustineamus? Ita et Romana iura aequissima sunt coniugio, [16]) quae mulieribus multa concedunt priuilegia propter posteritatem, sicut Paulus 1. Timoth. 5. dicit: Volo uiduas iuniores nubere et generare filios. Ideo omnes leges respexerunt ad prolem. Ita Canon est in Iure: si quis testamento 1000. floren. uirgini legasset, et [17]) maneret uirgo, illa si nupserit, attamen habet [18]) ius petendi legata. Summa: *Es ist ein hoher standt, wann er wol geredt,* [19]) Si secus fit, [20]) homo potius debet eligere mortem [21]) quam habere uisibilem Diabolum a latere. Si quis habet donum, agat Deo gratias. Christus, Maria, Ioannes Baptista fuerunt coelibes, Papa hoc donum singulare sine gratia uoluit generaliter urgere, *vnnd wolte es besser machen.* [22]) Deinde interrogatus, [23]) utrum Paulus fuerit [*fol. 418ᵇ*] maritus? respondit: [24]) Verisimile est eum fuisse, quia Iudaei solebant mature contrahere, et tamen caste uiuebant. Nam castitas est genus ad uirgines, uiduas et coniuges pertinens, [25]) ut Epistola ad Hebraeos uocat [26]) thorum immaculatum, Coelibatus uero proprie ad uirgines et innuptas personas pertinet.

Cum sollicitus esset [27]) *) de nuptijs et conuiuis inuitan-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 56. cap. 43. §. 34. sect. 5. 6.

12) tamen] Reb.: attamen
13) suam] Reb.: summam
14) et] Reb.: vt
15) cur non mala] Reb.: mala cur non
16) coniugio,] Reb.: coniugijs,
17) et] Reb.: vt
18) habet] Reb.: haberet
19) *Es ist — geredt,*] Reb.: est status pius et summus, si Dei benedictio illi aderit.
20) fit,] Reb.: sit
21) debet eligere mortem,] Reb.: mortem eligere deberet,
22) *vnnd w. es b. m.*] Reb.: et melius facere, quam Deus ipsi ordinauerit.
23) interrogatus,] Reb.: interrogatur,
24) respondit:] Reb.: Respon. M. L.
25) ad uirgines, uiduas et coniuges pertinens,] Reb.: ad virgines pertinens et quoque ad viduas, et coniuges,
26) uocat] Reb.: testatur, vbi vocat
27) Cum sollicitus esset (Cod.: esse) — — *gemacht hat.*] *haec ep.* Reb. *non leguntur.*

dis, dixit ad sponsum et sponsam: Sitis bono animo, haec nihil ad uos pertinent, nos cogitabimus de accidentibus. Vos autem estis substantia, *denn an den zweien personen ist alles gelegen zu dieser sachen.* Et uestrum est cogitare, *vnnd dann zu bett. Ach lieber herrgott, das es bey deiner Creatur vnnd ordenung bleibe, vnnd das mans nicht besser gedachte zu machen, wir seiens wol inne wordenn, wie mans bisher gemacht hat.* [27])

Primus annus*) coniugij [28]) *macht einem seltzame gedancken,* [29]) sedens in mensa cogitat: [30]) antea solus fuisti, nunc *selbander.* [31]) In lecto expergiscens, *sieht er ein par tzöppe neben ihm ligen,* [32]) quod prius non uidit. Ita mea Catharina sedebat primo mecum, cum studerem [*fol. 419a*] et nens [33]) incipiebat quaerere: *Herr Doctor ist der hoffemeister des Marggraffen bruder?* etc. [34])

Ego consulo, ut facta sponsatione properetur quam citissime [35]) ad nuptias, differre enim ualde periculosum est. Sathan impedit [36]) per calumniatrices et amicos utriusque partis. Hoc mihi contigit [37]) cum nuptijs Philippi, et Eislebij, ita ut nolim amplius protrahi, *nur flugs zusammen.* [38]) et nisi ego clam celebrassem nuptias, omnes impediuissent, quia omnes amicissimi clamabant: non illam, sed aliam.

Puella 18 annorum aptissima est coniugio. Nam haec aetas sentit carnis ustionem, ibi [39]) sunt habiles aetate conuenienti. [40]) Erunt duo in carne una. Intelligatur corporaliter et ciuiliter, ut uxor dicat, uirum et omnia illius sua esse, et mulier est ex uiro et econtra. Porro in filijs seu liberis non sunt unum nisi per Catachresin. [41]) Qui uxorem ducit**) non est

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 41. cap. 43. §. 11. 12.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 49. cap. 43. §. 26.
28) Primus annus coniugij] *sectio ab his verbis ordiens ap.* Reb. *inscripta est*: Nuptiae non sunt differendae.
29) *macht — gedancken,*] Reb.: varias alicui parit cogitationes,
30) cogitat:] Reb.: cogitans,
31) antea — *selbander.*] Reb.: ante solus fui, nunc habeo vxorem,
32) *sieht* (Cod.: *sie*) *er — ligen,*] Reb.: vxorem penes se dormire videt
33) nens] *sic recte* Reb.; Cod.: mens
34) *Herr* — etc.] Reb.: Estne Princeps Liuoniae frater Marchionis?
35) f. sponsatione properetur quam citissime] Reb.: f. sponsaliare quam citissime properetur
36) impedit] Reb.: impetit
37) hoc mihi contigit] Reb.: vt
38) *nur fl. tzusammen.*] Reb.: (fuit quam primum copulatio)
39) ibi] Reb.: vbi
40) aetate conuenienti.] Reb.: aetatis conuenientis.
41) Catachresin (*i. q.* abusum)] Reb. *falso:* Catechesin.

otiosus, *denn er macht ihm zu schaffen.* [42]) Nam continentia in coelibatu, non est minima [*fol. 419b*] tentatio, sicut experti sciunt. Econtra molestiae coniugij [43]) sunt hominibus intolerabiles. Ideo Socrates [44]) bene respondisse fertur uxorem ambienti: Vtrum feceris, poenitebit. In paradiso suauissimum fuisset coniugium, ubi [45]) non tantus ardor et furor ustionis, fuisset alia caro et sanguis, sed peccato originis ita sumus infecti, [46]) ut nullum sit genus uitae, [47]) quod susceptum non poeniteat aliquem. *das ist vnnser Erbsunden schuld, die die gantze menschliche natur beschissen vnnd verderret hat.* [48]) Et mihi uidetur suauissima uita oeconomica [49]) mediocris, uiuere cum uxore morigera, et paucis esse contentum. Et respexit in coelum: [50]) *Ach lieber gott wie wirstu es recht machen, dass es vnns gefallen mag.* [51])

D. Lutherus dixit de suis nuptijs: [52]) *) Si uoluissem ante 13 annos uxorem [53]) ducere, tunc Aue de Schönfelt, quae iam est uxor [54]) Basilij, duxissem, meam nunquam amaui. Habui enim eam suspectam superbiae (ut est), sed Deus uoluit ita, ut misericordiam praestarem, et foelicissime mihi cecidit. Habeo enim fidelem, iuxta Salomonem coniugem. Confidit in ea cor uiri. *sie verterbet* [*fol. 420a*] *mirs nicht. Ach lieber herrgott* [55]) coniugium non est physicum, sed donum Dei, dulcissima, imo castissima uita, supra omnem coelibatum est. [56]) *wans auch vbel geret, so ists die helle, wiewol sie alle gemeiniglich diese kunst können, das sie mit weinen, lügen*

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 50 sq. cap. 43. §. 28.

42) *denn — schaffen.*] Reb.: multa enim habebit negotia,
43) coniugij] Reb.: in coniugio
44) Socrates] Reb.: Isocrates
45) ubi] Reb.: et
46) sumus infecti,] Reb.: infecti sumus,
47) g. uitae,] Reb.: g. vitae susceptum,
48) *das ist — hat.*] Reb.: Sed in causa est peccatum originale, per quod tota natura humana deprauata et corrupta est.
49) oeconomica] Reb.: oeconomia, *etiam in* Cod. *primum scriptum erat* Oeconomia, *hoc autem deinde mutatum est in:* oeconomica
50) esse contentum. Et respexit in coelum:] Reb.: contentum esse et respiciens in coelum dixit.
51) *Ach lieber — mag.*] Reb.: Deus bone quomodo tu omnia, secundum nostrum beneplacitum, recte facere poteris.
52) D. Lutherus — nuptijs:] Reb.: Deinde de suis nuptijs dixit.
53) uxorem] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
54) est uxor] Reb.: vxor est
55) fidelem, iuxta — *herrgott*] Reb.: fidelem coniugem. Iuxta Salomonis dictum confidit in ea cor viri sui, nihil mihi corrumpit, Ach Deus bone,
56) est.] *a* Reb. *abest.*

einreden, einen mann gefangen nemen, können verdrehen. [57]) Attamen si haec tria in coniugio permanserint: fides, proles, sacramentum, tunc foelicissimum est. [58]) Ah quam ego angustiabar *στοργαῖς φυσικαῖς*, [59]) cum Schmalkaldiae [60]) decumberem, putabam me nunquam uisurum uxorem et liberos, quam me afficiebat illa separatio, et ego [61]) facile credo, morientes maxime habere *στοργὰς φυσικάς*. [62]) Sed postquam conualui, [63]) uxorem et liberos [64]) magis diligo. [65]) Nemo est tam spiritualis, qui non sentiat *στοργὰς φυσικάς*. [66]) Nam magna res est coniunctio masculi et foeminae.

11) quendam Cardinalem propter] Reb.: Cardinalem quendam propter illius

12) ille] Reb.: Papa

13) Cardinalis rogatus — dixit:] Reb.: At cum Cardinalis illam amore coactus in vxorem duceret, Papa inde ad iram vehementissime prouocatus est, omnibus priuilegijs et sanctificatione illum priuans, dicens:

14) Ille papa — in uxorem.] Reb.: At Papa ille tandem interijt propter libidines. Similiter fecit Episcopus Misnensis vicario cuidam Ecclesiae Wurzensis concubinam suam in vxorem ducenti, cui stomachabunde dixit.

15) eum ex collegio] Reb.: ex collegio eum

16) tantopere offendi et praecipue canonistas coniugio] Reb.: et praecipue canonistas tantopere offendi digamia

17) ius] Reb.: iura

docendi et porrigendi sacramenta, cum Salomon centogamus imo millogamus [18]) scripserit librum, *das alle Juristen nicht vermugen*, [19]) et uolunt alligare uerbum Dei [20]) personis. Tamen [21]) sub Papatu potuimus ferre sacrificulos et Capellanos [*fol.* 436ª] habentes 60 concubinas, 20 Ganymedes et cinaedos. [22]) Iuristae mire interpretantur digamiam, [23]) si quis uiduam duxerit etc. [24]) Ah quanta est ignorantia Dei in humano pectore, quod non potest discernere inter praeceptum Dei et humanam traditionem. Ducere 1. 2. 3. 4. uxorem successiue [25]) est coniugium neque est contra Deum, [26]) sed scortari, et [27]) adulterari, quod contra Deum est, non [28]) impedit, *Die armen leutte wissen nicht, was* Digamia *ist.* [29]) Lamech fuit primus [30]) Digamus, uiuentibus simul uxoribus. Iacob quadrigamus, attamen fuerunt [31]) sanctissimi Dei ministri.

Anno 39. 16. Aprilis, dicebatur de Digamis, quos canones a ministerio uerbi reijcere uellent. Respondit: [32]) Hoc quaero, utrum Digamus etiam sit in statu salutis et Christianus, si ex Ecclesia et unctione Spiritus sancti [33]) non reijcitur, *warumb soltte man sie dann nicht vor* ministros Ecclesiae *halten, wann gleich der stinckende kresem nicht dartzu kompt.* [34]) Sathan semper quaerit diuerticula, contra ordinationem Dei, cum iam coniugium [*fol.* 436ᵇ] non potest impedire, fingit de digamia quaestiones.

---

18) centogamus imo millogamus] Cod.: centagomus, imo millegemus
19) *das — vermugen,*] Reb.: quod tamen Iuristae facere non possunt,
20) alligare uerbum Dei] Reb.: verbum Dei allegare
21) Tamen] Reb.: Nonne
22) habentes — cinaedos.] Reb.: multas concubinas, Ganimedes, Cynedos habentes.
23) Iuristae mire interpr. digamiam,] Reb.: Digamiam Iuristae mire interpretantur,
24) si quis — etc.] Reb.: scilicet, quod viduam duxerit compromissam, aut alteram duxerit coniugem.
25) Ducere — successiue (Cod. *male:* successius)] Reb. *corrupte:* Deut. 1. 2. 3. 4. Iam vxorem successiue
26) c. Deum,] Reb.: c. ordinationem Dei,
27) et] *a* Reb. *abest.*
28) contra Deum est, non] Reb.: est contra Deum, nihil
29) *Die armen — ist.*] Reb.: sic miseri homines ignorant quid sit digamia.
30) fuit primus] Reb.: primus fuit
31) fuerunt] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
32) Respondit:] Reb.: Respondit Mart. Lut.
33) unctione Spiritus sancti] Reb.: Spiritus sancti unctione
34) *warumb soltte — kompt.*] Reb.: quare non essent agnoscendi pro Ecclesiae ministris, etiamsi non essent uncti per Papistarum Episcopos,

POLYGAMIA. *)

Πολυγαμια sanctorum patrum, Gedeonis, Dauidis, Salomonis et aliorum regum non caruit necessitate [35]) maxima, neque causa fuit libido. Nam euectus [36]) in aliqua familia ad dignitatem, aut opes [37]) *hielten sich tzu ihm alle seine freunde,* [38]) quos cogebatur alere. Iudaei qui plures habebant [39]) uxores, *werden ihr gar sein mude worden,* [40]) ac maluerunt saepe, ut haberent unam aut nullam. [41]) Coacti autem sunt [42]) habere plures necessitate promissionis et consanguinitatis. Abraham enim et Isaac acceperunt promissionem, quod uellet [43]) semen eorum multiplicare, sicut stellas coeli et [44]) arenam maris. In hanc promissionem respiciebant Iudaei [45]) et ad eam complendam cogebantur plures uxores ducere. [46]) Deinde ex necessitate consanguinitatis. Nam electus ex aliqua familia uel in iudicem, uel in regem, *liffen die armen muhmlein tzu,* [47]) quas cogebantur ducere uxores aut concubinas. Ideo conbinatus fuit Iudaeis permissus et licitus, etiam [*fol.* 437b] lege Moisi. Exod. 21. Si seduxerit [48]) quis uirginem nondum [49]) desponsatam. Praeterea concubinatus fuit Iudaeis [50]) impositus, ut prouideretur sexui muliebri, [51]) ut uiduae et pupilli pauperes haberent uictum et amictum. [52]) Quare non fuit Iudaeis [53]) gratus, sed potius grauis et molestus. [54])

---

*) Reb. II. fol. 167b lin. 6. — fol. 168a lin. 13. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 67 sq. cap. 43. §. 49a et §. 49. sect. 4.

35) necessitate] *sic* Reb.: Cod.: necessitas
36) euectus] Reb.: euentus
37) opes] Reb.: ad opes
38) *hielten — freunde,*] Reb.: omnes illum accedebant sanguine iuncti,
39) Iudaei, qui plures habebant] Reb.: At Iudaei quod plures habuerunt
40) *werden — worden,*] Reb.: inde nauseam acceperunt,
41) haberent unam aut nullam.] Reb.: vnam aut nullam haberent.
42) autem sunt] Reb.: sunt autem
43) et Isaac acceperunt promissionem, quod uellet] Reb.: Isaac et Iacob promissionem acceperunt a Deo, quod vellent
44) et] *ap.* Reb. *deest.*
45) respiciebant Iudaei] Reb.: Iudaei respiciebant
46) et ad eam — ducere.] Reb.: pluresque vxores ducere cogebantur ad eam complendam.
47) *liffen — tzu,*] Reb.: illum accedebant pauperes cognatae,
48) seduxerit] Reb. *male:* reduxerit
49) nondum] Reb.: non
50) fuit Iudaeis] Reb.: Iudaeis fuit
51) prouideretur sexui muliebri,] Reb.: muliebri sexui prouideretur.
52) haberent uictum et amictum.] Reb.: victum et amictum haberent.
53) non fuit Iudaeis] Reb.: Iudaeis non fuit
54) grauis et mol.] Reb.: molestus et grauis.

Dauid habuit decem uxores, alias [55]) oppressus oneribus et molestijs, [56]) ita ut uix in anno semel attigerit [57]) uxorem, *Er hat viel tzu thun gehabet.* [58]) Aestate bella gessit, hieme gubernauit et Psalmos composuit, *noch feret er tzuletzt in aller henger namen tzu, vnnd wie* [59]) *ein hurentreiber*, Salomonis *1000 Eheweiber sint nur gewest wie mir meine muhme Lehna vnnd Jungfrau Ilsa.* [60])

COELIBATVS. *)

Ego initio uidens aliquo modo impiam Tyrannidem coelibatus [61]) non confidens mihi, accessi D. Hieronymum Schurff, ut ipse mihi causam coelibatus [62]) ex decretalibus indicaret, cur tanta Tyrannis esset imposita sacerdotibus [63]) (de monachis [64]) non idem cogitabam, quia erant sub uoto) sed tantum de pastoribus, qui non possent Oeconomiam praestare sine coniugio. [65]) At [*fol. 437b*] ille nihil potuit certo asseuerare, sed respondit, Papam neminem cogere ad sacerdotium, et ita nihil potuit ad meam quaestionem respondere. [66])

Anno 1536. 20. Ianuarij **) nouem infantes baptizati sunt, ut D. Martinus Lutherus, D. Pontanus, Magister Philippus [67]) et multi alij praestantes uiri, susceptores fuerunt. Respondit

---

*) Reb. II, fol. 168a lin. 14—27. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 145 sq. cap. 43. §. 171.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 146. cap. 43. §. 173. 174.

55) habuit decem uxores, alias] Reb.: decem habuit vxores satis alias
56) oneribus et molestijs,] Reb.: molestijs et oneribus,
57) uix in anno semel attigerit] Reb.: in anno vix semel attingeret
58) *Er hat — gehabet.*] Reb.: multis fuit oppressus negotijs,
59) *wie*] Cod. *calami err.: wir*
60) *noch feret er — Ilsa.*] Reb.: patrem ex instinctu Diaboli meretrices sequitur. Salomonis 1000. coniuges fuerunt, sicuti apud me coguata mea Magdalena, et Elisabetha relictae virgines.
61) Tyrann. coelibatus] Reb.: coelibatus Tyrannidem
62) causam coelibatus] *sic* Reb.; Cod.: clam coelibatum
63) esset imposita sacerdotibus] Reb.: miseris conscientijs sacerdotum esset imposita
64) monachis] *sic* Reb.; Cod.: Monacho
65) qui non — coniugio.] Reb.: quod non possunt sine coniugio suam administrare oeconomiam.
66) nihil potuit ad meam quaest. respondere.] Reb.: nihil ad meam quaestionem respondere potuit, sed haesitantem reliquit.
67) baptizati sunt — Philippus] Reb.: in templo Vitebergensi baptizati sunt per Anth. Laut. vbi D. M. L. Georg. Pontanus. M. Phi. Mel.

D. Martinus: Papa impijssimo suo coelibatu multa millia puerorum suffocauit [68]) contra ordinationem Dei [69]) per 400 annos. *vnnser lieber herrgott wil das gerne ein wenig wider erstatten* [70]) ante finem mundi.

Castitatis uotum [71]) nihil aliud est, quam execratio et detestatio sanctissimi coniugij, ubi quilibet coelebs figuratis uerbis contradicit obscure [72]) coniugio, *vnnd verschweret die ehe* [73]) non ad tempus, sed per totam uitam. [74])

Quantum onus fuit [75]) coelibatus. *) Augustinus satis senex conqueritur de nocturna polutione. Hieronymus in [76]) stimulis percussit pectus suum lapidibus, [77]) puellas autem e pectore excutere non potuit. Franciscus *machet schneeballen.* Benedictus *leget sich in dörner.* [78]) Bernhardus ita macerauit corpus, [*fol. 438*[a]] ut horribiliter foeteret. [79]) Credo quidem uirgines habere stimulos et tentationes, [80]) sed si sunt [81]) fluxus et pollutiones, non amplius est donum uirginitatis. Ibi remedium coniugij a Deo datum est accipiendum, [82]) *Es sint so hohe leutte darinnen gewest als wir sint.* [83]) Petrus habuit socrum, ergo et uxorem. Iacobus frater Domini et omnes Apostoli coniugati fuere praeter Ioannem. Paulus se numerat inter ἀγάμους [84]) et [85]) uiduos, sed apparet, quod fuerit maritus in iuuentute, [86]) secundum morem Iudaeorum. [87]) Spiridon Episcopus Cypri erat coniugatus. [88]) Hilarius Episcopus

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 116 sq. cap. 43. §. 132.

68) Papa — suffocauit] Reb.: Gratias agamus Deo pro sua benedictione, quam Papa impijssimo papatu impediuit, multa millia puerorum suffocans

69) ordin. Dei] Reb.: Dei ordinationem

70) *vnnser lieber — erstatten* (Cod. *corrupte:* arstatem)] Reb.: Deus noster resarcire hoc, et in bonum redigere ordinem conatur

71) Castitatis uotum] Reb.: Nam castitas votum

72) contradicit obscure] Reb.: obscure contradicit

73) *vnnd v. die ehe* (Cod.: *ehre*)] *a* Reb. *absunt.*

74) uitam.] Reb.: vitam suam.

75) fuit] Reb.: fuerit

76) in] *a* Reb. *abest.*

77) lapidibus] Reb.: et lapidibus,

78) Franciscus — *dörner.*] Reb.: Niueae componuntur massae a Francisco, Benedictus tribulis se imponit.

79) ut horr. foeteret.] Reb.: et horribiliter afflictus est.

80) habere stimulos et tent.] Reb.: tantas tentationes et stimulos habere,

81) sunt] Reb.: sint

82) accipiendum,] Reb.: arripiendum,

83) *Es sint — wir sint.*] Reb.: homines enim praestantiores nobis in statu matrimonij fuerunt.

84) ἀγάμους] Cod. *male:* ἄγαμος

85) et] Reb.: id est,

86) fuerit maritus in iuuentute,] Reb.: maritus fuerit iuuentute,

87) morem Iudaeorum.] Reb.: Iudaeorum morem.

88) Episc. Cypri erat coni.] Reb.: Cypri Episcopus coniugatus erat.

habuit uxorem. [89]) Nam in exilio scribit literas ad suam filiolam, [90]) ut sit obediens, discat orare, *er sei bei einem reichen manne, der habe ihm gesaget, wann sein tochterlein werde from sein, wil er ihr ein gulden rocklein bringen.* [91]) Ita pueriliter scribit ad suam filiolam. Ego miror [92]) sanctos patres tam grauiter cum illis iuuenilibus tentationibus conflictatos, et sublimes tentationes non sensisse in tantis officijs. [93])

[*fol.* 438[b]] Anno 38. 27. Augusti multa dicebantur de erroribus sanctorum patrum, [94]) quod nihil digni de coniugio scripserant, sed decepti sunt [95]) immundo coelibatu, unde tanta monstra orta sunt, *vnnd haben leider nicht gesehen* [96]) coniugij ordinationem [97]) tam in ueteri quam in nouo Testamento. Nam Deus coniunxit masculum et foeminam. Abraham pijssimus Patriarcha tres habuit uxores. Christus accessit nuptias, easque confirmauit. [98]) Paulus uult Episcopum unius uxoris esse [99]) maritum, et praedicit [100]) futura tempora periculosa, quibus nuptiae prohibentur. Vidimus tot peccata, scortationes, incestus, fluxus, sicut S. Vlrici Epistola deplorat. Attamen illa omnia uicit species coelibatus, [1]) primi patres *sint fromme leutte gewest, habens andechtig gemeinet,* [2]) sed non uiderunt sequens malum. O utinam adhuc Christiani possent [3]) seruare thorum immaculatum et illa uentris animalia uolunt legibus corpora et conscientias ligare, [4]) quae periculosissima, sancti patres bona intentione non potuerunt prae-

---

89) habuit uxorem.] Reb.: vxorem habuit.
90) scribit literas ad suam filiolam,] Reb.: literas ad filiolam suam scribit,
91) discat orare, — *bringen.*] Reb.: et orare discat, addens haec verba, ipsum habitationem habere apud virum diuitem, qui ad illum dixisset, si filia sua pietatem exercuerit, tunc illi auream tunicam donaturam.
92) scribit ad suam filiolam. Ego miror] Reb.: ad suam filiolam scribit. Miror
93) non sensisse in tantis officijs.] Reb.: in tantis officijs non sensisse.
94) dicebantur de err. s. patrum,] Reb.: de erroribus Sanctorum patrum dicebantur,
95) scripserant, sed decepti sunt] Reb.: scripserint, omnes decepti
96) *vnnd — gesehen*] Reb.: nec viderunt
97) ordinationem] Reb.: ordinationem et dignitatem,
98) confirmauit.] Reb.: primo miraculo ornauit.
99) esse] *a* Reb. *abest.*
100) praedicit] Reb.: praedici
1) uicit species coelibatus.] Reb.: coelibatus superstitio vicit.
2) *sint fr. — gemeinet,*] Reb.: pij fuerunt homines, et sine fuco, bene de his rebus senserunt,
3) adhuc Christiani possent] Reb.: Christiani possent adhuc
4) animalia uolunt legibus corpora et conscientias ligare,] Reb.: acerbam legibus et votis corpora et conscientias illaqueare volunt,

gnatam esse. [39]) Nam cum filius ancillam stuprare uellet, adhuc adolescens, quae cum conquesta esset dominae suae, respondit: adhuc iuuenis est, non credo. [40]) Sed cum eam solicitare pergeret, mater lectum ancillae ingressa est, filius ad eam uenit ancillam existimans, coijt et grauidam fecit. Mater autem occultauit tacens, nihil indicans filio, genitam deinde [41]) educauit, et pro famula [42]) habuit. Postea nubilem eam filius in uxorem duxit, [43]) nesciens suam uxorem et sororem esse. [44]) Hic excusantur filius et filia [45]) ignorantes rem, culpa autem matris fuit, [46]) illudque coniugium non erat rumpendum. Hoc nostro seculo contigit.

[*fol. 440b*] D. Martinus haec duo optauit, se ab Electore impetrare [47]) 1. ut duo perpetui uisitatores, per omnes quatuor dioeceses constituerentur, [48]) qui [49]) aestiuo tempore uisitarent, et causas ad Principem [50]) deferrent. 2. [51]) ut in singulis dioecesibus esset officialis, qui casus matrimonij audiret, iudicaret, [52]) et ad Iurisconsultos, *an dass hoffgericht bringe.* [53]) Ibi Gabriel recitauit casum, Torgae maritum abijsse, et in Marchia aliam duxisse. [54]) Vxor id [55]) resciscens et literas afferens in pagum abijt, ibique cum alio [56]) est copulata. Respondit D. Lutherus: *sie soltte nicht selber ihr richter gewest sein.*

---

riore demum loco (fol. 171b lin. 1. — fol. 172b lin. 27.) *legitur, quippe quod inter illam inscriptionem et hanc sectionem* ap. Reb. T. II. fol. 170a lin. 20. — fol. 171a lin. extr. *interposita sunt ea, quae in* Cod. fol. 447a lin. 18. — fol. 448b lin. 19. *exhibentur.*

39) a filio impraegnatam esse.] Reb.: a proprio filio impraegnatam.
40) ancillam stuprare — non credo.] Reb.: adolescens ancillam stuprare vellet, quae dominae suae conquesta est. Respon. mater, non credo, filius adhuc iuuenis esse.
41) ingressa est, — genitam deinde] Reb.: ingressa, filium admisit ancillae loco, et impraegnata est, haec occultauit mater filio, filiam genitam
42) famula] Reb.: familia
43) nubilem eam filius in uxorem duxit,] Reb.: filius eam nubile (*typ. err. pro.*: nubilem) vxorem duxit,
44) et sororem esse.] Reb.: esse sororem et filiam
45) excusantur filius et filia] Reb.: filius et filia excusantur
46) Culpa — fuit.] Reb.: cum culpa matris esset,
47) se ab E. impetrare] Reb.: vt ab Electore Saxoniae impetraret
48) constituerentur] *sic* Reb.; Cod.: constituantur
49) qui] Reb.: quod
50) causas ad Principem] Reb.: causam ad Principem Electorem
51) 2.] *sic* Reb.; Cod.: Et
52) audiret, indicaret,] *sic* Reb.; Cod.: audiat, iudicet.
53) *an d. h. bringe.*] Reb.: ad cameram referret,
54) recitauit — duxisse.] Reb.: pastor Torgensis casum recitauit, Maritum quendam Torgensem discessisse in Marchiam, et aliam duxisse.
55) id] Reb.: hoc
56) cum alio] *sic* Reb.; Cod.: alij

Gunther de Bunau*) consuluit D. Martinum Lutherum[57]) de casu matrimonij. Nobilis quidam fratris uxorem, Christophori de Doltzschitz, habentem tres liberos, impraegnauit, eamque in uxorem petit, sed principis gratia amissa, capite plectendus, si deprehenderetur. Respondit D. M. Lutherus: Nos talia permittere non possumus Dei uerbo saluo.[58]) A Papa nobis concederetur, sed cum maledictione conscientiae et corporis. Ego mallem[59]) utramque [*fol. 441*a] partem poenitentiam agere, et separari, et se in Electoris poenam subijcere, *so wolde ich fur sie bitten vnnd schreiben an meinen gnedigsten herrn.*[60])

Ducissa de[61]) Anhalt propria audacia reliquerat suum maritum,[62]) **) si ego loco mariti fuissem, non conniuissem hactenus,[63]) sed secundum[64]) consilium fratris Marchionis, et omnium consanguineorum, uerberibus[65]) coegissem. Magna est inobedientia,[66]) plena scandalis, *Ich habes ihr deutzsch genug gesaget,*[67]) usque ad odium prouocans contra me. Ipsa mihi 20 articulos praescriptos indicauit,[68]) quos perlegens dixi,[69]) *sie solte sie verbrennen, niemands lassen vor augen kommen, oder würde gliempff vnnd Ehre verlieren,* et si quid esset, ut Christiana ferre deberet. Tandem addidi: *Gnedige frawo ihr werdet nicht allen das maul stopfen,* ne de uobis male loquantur, accusabunt ut adulteram, *wenn ihr gleich der Ehren from weret.*[70]) Attamen haec separatio est exemplum simile adulterio.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 79. cap. 43. §. 79.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 79 sq. cap. 43. §. 80.

56a) *sie solte nicht — gewest sein.*] Reb.: ipsa non debuisset in suis rebus officio iudicis uti.
57) Gunther de Bunau consuluit D. Mart. Luth.] Reb.: Gunterus de B. Sequestrator D. M. L. consuluit
58) permittere non possumus Dei uerbo saluo.] Reb.: salno verbo Dei permittere non possumus.
59) Ego mallem] Reb.: optarem
60) *so wolde — herrn.*] Reb.: tunc ad clementissimum dominum scriberem, et supplicarem illorum nomine.
61) de] Reb.: ab
62) propria — maritum,] Reb.: temeraria audacia, maritum suum principem deseruit,
63) hactenus] a Reb. *abest.*
64) secundum] Reb.: iuxta
65) uerberibus] Reb.: vapulis eum (*typ. err. pro*: eam)
66) inobedientia] Reb.: proteruitas,
67) *Ich habes — gesaget,*] Reb.: satis tamen admonui illos,
68) Ipsa — indicauit] Reb.: Quamuis ipsa 20. articulos scriptos mihi indicaret,
69) dixi,] *sic* Reb.; Cod.: dixit
70) *sie solte sie verbrennen, — weret.*] Reb.: comburere deberet has literas, ne ab hominibus inspicerentur, sin minus, ipsam in magnam ignominiam ven-

Rex Angliae [71]) fratriam suam *) et materteram Caesaris in uxorem duxit, Papa non [*fol. 441b*] permittente, sed cum a Papa sententiam peteret, ut uel dimitteret, uel retineret eam, dies iudicij ille dictus est in Anglia. [72]) Venit ad eam actionem Campegius Cardinalis, [73]) qui utraque parte audita clam abijt causa non composita. [74]) Rex iratus a multis Vniuersitatibus quaesiuit sententiam, qua [75]) separatio decreta est, erat enim mala causa. [76])

Magister Forstemius **) consuluit Lutherum per literas, [77]) utrum maritus, cuius uxor in adulterio deprehensa, aut si ab illo fugeret, aliam ducere posset ipsa uiuente, [78]) cum secundae nuptiae, non coniugium, sed fornicatio et adulterium esse uiderentur. [79]) Respondit: [80]) Paulus 1. Corinth. 7. expresse respondet licitas esse secundas nuptias, [81]) quia inquit: quod si incredulus discedit, discedat, [82]) non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi casu, sed in pace uos uocauit Deus. Ibi palam aliud coniugium permittit Paulus. [83]) Vide annotationes supra [84]) eundem locum. Deinde recitauit casum in Eisenach, ubi uxor noluit cohabitare uiro, [85]) [*fol. 442a*] et saepius abijt sine causa, [86]) tandem marito permissae sunt aliae nuptiae, et nocenti [87]) personae prohibitae.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 80. cap. 43. §. 81.

**) *Conf.* ibid. IV. p. 80 sq. cap. 43. §. 82. sect. 1 — 3.

turam, et honorem quasi amissuram esse, et si quid esset mali, Christiano spiritu ferre deberet. Tandem addidi, domina clementissima, os non ligabitis omnibus hominibus, ne de vobis male loquantur, accusabunt, vt adulteram, etsi enim aliena estis ab hac accusatione.

71) Rex Angliae] Reb.: Angliae rex
72) ille dictus est in Anglia.] Reb.: illi in Anglia dictus est.
73) Venit ad eam act. Campegius (Cod. *corrupte*: Campegiris) Card.,] Reb.: Campegius Cardinalis ad eam actionem venit,
74) clam abijt causa non composita.] Reb.: causa non composita clam abijt.
75) a multis Vniuersitatibus quaesiuit sententiam, qua] Reb.: sententiam quaesiuit a multis vniuersalibus (*typ. err. pro*: vniuersitatibus), quia
76) mala causa.] Reb.: causa mala.
77) consuluit Lutherum per literas,] Reb.: M. Luth. consuluit,
78) aliam ducere posset ipsa uiuente,] Reb.: illa viuente, aliam ducere possit,
79) uiderentur.] *sic* Reb.; Cod.: uideatur.
80) Respondit:] Reb.: Respondit M. Luth.
81) respondet licitas esse secundas nuptias,] Reb.: concedit secundas nuptias esse licitas,
82) discedat,] Reb.: discedes
83) Paulus] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest*.
84) annotationes supra] Reb. *male*: amotiones super
85) noluit cohabitare uiro,] Reb.: viro cohabitare noluit,
86) et saepius a. s. causa,] Reb.: sine casu saepium illum deserens,
87) marito permissae sunt aliae nuptiae, et nocenti] Reb.: aliae nuptiae marito sunt permissae, nocenti vero

Anno 38. 15. Octobris*) casus matrimonij offerebatur, [88] sponsum quendam ante nuptias homicidium perpetrasse [88a] et aufugisse in locum incertum. An sponsa ab eo libera [88b] esset? Respondit: Est res politica, ipseque ciuiliter est mortuus, si reus ciuiliter potest reconciliari, ducat eam in nomine Domini. [89]

ALIVS CASVS.

Adultera quaedam infamis tandem cum rebus domesticis cum adultero aufugit. [89a]) Respondit, [89b]) hanc esse citandam et causam audiendam, et diuortium postea faciendum. Tales [89c]) casus proprie ad Magistratum pertinent, quia coniugium est res politica cum omnibus suis circumstantijs, nihil pertinens [89d]) ad Ecclesiam, nisi quantum conscientiam complectitur.

QVAESTIO. **)

Si quis uirginem adamatam uolentem raperet, utrum ille peccaret, cum uolenti non fieret [90]) iniuria. Respondit: [91]) Violentia [92]) [*fol. 442b*] raptus non ad personam uolentis, sed ad uoluntatem parentum [93]) referenda est, [94]) quibus fit iniuria etc. [95])

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 81 sq. cap. 43. §. 82. sect. 4. et §. 83.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 82. cap. 43. §. 84.

88) Anno 38. 15. Oct. casus matrimonij offerebatur,] Reb.: Alius casus offerebatur anno 38. 15. Octobris. — *Sectio ab his verbis ordiens cum subsequente, quae inscripta est*: Alius casus, *in unam contracta partimque mutata ap.* Reb. *non hoc loco* (fol. 172b extr.), *sed paulo inferiore, scil.* fol. 174a lin. 11—20. *exhibetur.*
88a) homic. perpetrasse] Reb.: perpetrasse homicidium,
88b) ab eo libera] Reb.: libera ab ipso
89) Domini.] Cod. *male*: Dominij.
89a) Respondit: Est res politica — — cum adultero aufugit.] *haec ap.* Reb. *desunt.*
89b) Respondit,] Reb.: Respo. Mart. Luth.
89c) et causam audiendam — Tales] Reb.: et audita causa diuortium faciendum. Nam tales
89d) nihil pertinens] Reb.: non pertinet
90) fieret] *sic* Reb.; Cod.: fiat
91) Respondit:] Reb.: Respo. Mart. Luth.
92) Violentia] Reb.: Violentiam
93) ad uoluntatem parentum] *sic* Reb.; Cod.: a uoluntatum parentum
94) referenda est,] Reb.: referendam
95) etc.] *a* Reb. *abest.*

CAVSA DIVORTII. *)

Diuortium a D. uisitatoribus tractabatur praesentibus Diaconis. [96]) Maritus quidam ante decennium duxit puellam, [97]) homo militaris contentiosus in carcerem positus propter uulnera cuidam inflicta erupit, [98]) uxorem grauidam relinquens, et biennio post carnificis seruus factus, eam [99]) iterum postulauit, uestitum uoluit extorquere, [100]) et infantem occidere, cum ipsa nollet accedere, et citata ad magistratum ubi comparuit, [1]) ipse contumax aufugit, et nunc octo annis non est uisus. Tandem mulier facta est [2]) scortum et duos liberos genuit. Maritus citatus publice non comparuit. Allato [3]) testimonio scripto, testes examinati sunt per [4]) conscientiam boni ciues, quibus post fugam mariti seruierat, qui eius uitam bonam extra hos lapsus praedicarent. Tandem Magister Philippus eam [*fol. 443*[a]] examinauit, secundum conscientiam dicens, Coniugium uinculum esse indissolubile, et ut indicaret, si forte dedisset causam fugae. [5]) Ipsa etiam magis uideretur rea quam maritus propter adulteria commissa, [6]) ***liess ihr nichtes recht sein***, utcunque ipsa innocente dicens: ***Es ist nicht also mit der Ehe tzu schertzen***, iuxta illud: [7]) Quos Deus coniunxit, homo non separet. Vide, ut bonam tuam conscientiam [8])

---

*) Reb. II, fol. 173[a] lin. 5. — fol. 173[b] lin. 21. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 82 sq. cap. 43. §. 85.

96) Diuortium — Diaconis.] *haec ap.* Reb. *cum illa inscriptione sic coniuncta exhibentur:* Causa diuortij a visitatoribus tractata Diaconis praesentibus.

97) duxit puellam,] Reb.: puellam duxerat,

98) in carcerem positus propter uulnera cuidam inflicta erupit,] Reb.: propter vulnera cuidam incisa in carcerem positus euasit,

99) eam] Reb.: vxorem

100) uoluit extorquere,] Reb.: extorquere voluit,

1) cum ipsa nollet — comparuit,] Reb.: nisi ipsa illum accederet, citata a Magistratu vxor comparuit,

2) facta est] *sic* Reb.; Cod.: factum est

3) Allato] Reb. *male*: alato

4) per] Reb.: propter

5) quibus post fugam mariti — causam fugae.] Reb.: vt indicarent an vir marito occasionem fugae dederit, et qualem conuersationem habuerit. Testibus bonum testimonium de ea referentibus, Philippus eam examinauit iuxta conscientiam dicens. Quia vinculum coniugij esset indissolubile, vt liberè indicaret, An marito dedisset causam desertionis,

6) adulteria commissa,] Reb.: commissa adulteria,

7) *liess ihr* — iuxta illud:] Reb.: non conuenebat illi, vtcunque esset innocens, dixit, Non est ita iocandum cum matrimonio, Quia

8) bonam tuam consc.] Reb.: tuam conscientiam bonam

serues. Exeuntibus citatis, consistoriani [9]) consultarunt. Dixit Philippus: Quia maritus insolens eam reliquit tanto tempore sine causa et factus est contumax, [10]) et ipsa innocens uidetur, ne in maius peccatum incidat, pronuntiabimus eam liberam. [11]) Et assidentes [12]) iudices et Diaconos interrogabant de sententia, omnes consentiebant. [13])

Mulieri iterum ingressae [14]) cum testibus dixit: Vide, ut conscientia tua sit pura. [15]) Cum autem iuxta testimonium [16]) innocens iudiceris, proferimus liberam te [17]) non nostra authoritate, sed diuina sententia, ex Pauli [18]) dicto 1. Corinth. 7. [*fol. 443*[b]] Si incredulus discedit, discedat. [19]) Altera pars innocens non est illi subiecta. Dominus noster Hiesus Christus conseruet te, Amen. Mulieri dabant [20]) testimonium scriptum.

ALIVS CASVS.

Adolescens quidam accusatus ab ancilla de stupro, et deprehensus solus [21]) in habitatione in domo sui Domini. Ipse negabat etiam in carceribus. [22]) Tandem audita causa uterque [23]) fatebatur, sed [24]) ipse infirmiter, addita sententia: [25]) Ducat aut dotet aut puniatur, ***Ist die sache verborgen vnd darnach ein offentlich verlübnuss geschehen.*** Postea [26]) utraque

---

9) consistoriani (*i. q.* comites sacri Consistorii)] Reb. *typ. err.*: consistoriam
10) eam reliquit — contumax;] Reb.: sine causa longo tempore iam deseruit, factusque contumax
11) pronuntiabimus eam liberam.] Reb.: liberam eam pronunciemus,
12) assidentes] Reb.: assistentes
13) interrogabant — consentiebant.] Reb.: de sententia interrogabat omnibus consentientibus,
14) iterum ingressae] Reb.: ingressae iterum
15) sit pura.] Reb.: pura sit.
16) testimonium] Reb.: testimonium optimorum virorum
17) proferimus liberam te] Reb.: liberam te proferimus
18) Pauli] Cod. *male*: paulo
19) discedat.] Reb.: discedit,
20) dabant] Reb.: dabatur
21) et deprehensus solus] Reb.: solus deprachensus cum illa
22) in domo — carceribus.] Reb.: domus Domini sui, in carceres coniectus, factum negabat.
23) audita causa uterque] Reb.: causa audita utraque pars
24) sed] Reb.: vtcunque
25) addita sent.] Reb.: sententia lata est.
26) *Ist die sache* — Postea] Reb.: si tum in primis abscondita, postea autem publica promissio facta fuerit. Tandem

persona negabat stuprum, quod facto sponsus liberari uoluit, facta sibi iniuria, sed Philippus et alij dicebant: *warumb ist er tzu ihr gestiegen* horas canonicas *tzu beten*, cum iam facta sit desponsatio, etiamsi ipse esset innocens, tamen non est dimittendus, *man sol mit der Ehe nicht schertzen, er kan ein handtwerg, lasset sie fortfahren.* [27]) Dominus dabit benedictionem etc. [28])

[*fol. 444a*] Quaestio proponebatur [29]) apud D. Lutherum: [30]) Vtrum ordinatio Ducis Mauritij de concedendo coniugio in tertio gradu, in aequali linea [31]) esset pia. Respondit: Quoad conscientiam nihil est peccati, cum [32]) Moses in secundo [33]) concedat. Sed illa dissimilitudo in rebus et haereditatibus pariet errores. Nam Mauritius nepotes, Elector pronepotes admittit, ita ut haereditas sub Electore non concedatur. Mauritius Dux cum sua coniuge est in secundo gradu inaequalis lineae, sed alijs permittit in aequali linea. [34]) Elector Marchio habuit duas consobrinas, [35]) priorem Regis Poloniae [36]) filiam, nunc sororis, quae fuit uxor Ducis Georgij.

Anno 39. [37]) 1. Februarij.*) D. Martinus satis occupatus erat negotijs et literis dicens: [38]) *Est ist heutte ein brieffiag vnnd vnlust.* [39]) Illa negotia nobis suffurantur [40]) occasionem

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 84 sq. cap. 43. §. 87.

27) facta sibi iniuria — *fortfahren.*] Reb.: quasi sibi iniuria facta esset, Philippo vero vrgente, cur secreto illam accessisset propter horas canonicas orandas? Concluſit eum non esse dimittendum, facta desponsatione, etiamsi esset innocens, non esse ludendum cum coniugio, artificium didicit, ideo pergendum est cum desponsatione,

28) etc.] *a* Reb. *abest.*

29) Quaestio proponebatur] *sectio ab his verbis incipiens ap.* Reb. *non hoc ordine* (fol. 174a), *sed inferiore loco, scil.* fol. 176b lin. 17. — fol. 177a lin. 1. *legitur inserta sectioni* (fol. 176a lin. 11. — fol. 177a lin. 11.) *quae inscripta est:* De gradibus prohibitis.

30) apud D. Lutherum:] Reb.: D. M. L.

31) ordinatio Ducis Mauritij — linea (Cod. *male:* lineae)] Reb.: Du. Mauritij (*corrupte pro:* Mauritij) ordinatio in permittendo coniugio in tertio gradu aequalis linea (*pro:* lineae)

32) cum] Reb.: quia

33) secundo] Reb.: secundo gradu

34) permittit in aequali linea] *sic* Cod.; Reb.: permittitur in aequali linea, tertij gradus.

35) habuit d. consobr.] Reb.: duas consobrinas habuit

36) Poloniae] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

37) Anno 39.] Reb.: Anno 34.

38) occupatus erat negotijs et literis dicens:] Reb.: occupatus negotijs et literis scribendis, dixit.

39) *Es ist — vnlust.*] Reb.: Hodie est dies literarum et taedij.

40) nobis suffurantur (Cod. *falso:* sufferantur)] Reb.: suffurantur nobis

studendi, legendi, concionandi, scribendi, orandi. Gaudeo tamen [41]) Consistoria esse constituta maxime propter casus matrimoniales, [*fol. 444b*] ubi etiam [42]) multa cum D. Basilio loquebatur, quod uarij et infiniti essent casus coniugij, qui non legibus, sed ex circumstantijs secundum *ἐπιείκειαν*, [43]) et arbitrium boni uiri essent moderandi. Nam multi parentes praesertim uitrici parum aequi sunt [44]) liberis, *wollen ihnen die Ehe verbitten* sine omni causa. [45]) Ibi Magistratus et pastoris iudicio debet promoueri matrimonium, [46]) etiam inuitis parentibus, *wie ich habe müssen thun*. Summa. *wans Junge leutlein sein*, ubi amore mutuo se complectuntur, qui est substantia matrimonij, *so sol man nicht wehren* [47]) sine grauibus causis. Sed exemplum Samsonis debent imitari, ubi [48]) liberi parentibus indicare debent, praecipue hoc tempore Euangelij, ubi coniugium in magna est [49]) authoritate, non in tanta deformitate, sicut [50]) in Papatu, ubi non *ἐπιεικείᾳ*, sed legibus [51]) contra conscientiam agebatur, *dorfften frei einem die braudt zusprechen, dem andern lassen*, [*fol. 445a*] ut cum priori, quem non habebat, esset coniunx, cum secundo, quem habebat, esset adultera. Ideo in illis casibus ad conscientias est respiciendum. Consideratis circumstantijs secundum *ἐπιείκειαν* et arbitrium boni uiri [52]) non strictis regulis et legibus etc. [53])

DE VOTIS CLANDESTINIS *)

Anno 39. 12. Februarij D. Basilius D. Martini [54]) sententiam explorabat, quomodo in Consistorio agendum cum clan-

*) Reb. II, fol. 174b lin. 22. — fol. 177a lin. 11. — *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 185 sqq. cap. 43. §. 88.

41) tamen] *a* Reb. *abest.*
42) ubi etiam] Reb.: de quibus
43) *ἐπιείκειαν*] Cod.: *ἐπίκειαν*, Reb.: *ἐπιεικειαν*
44) sunt] Reb.: essent
45) *wollen* — causa.] Reb.: matrimonium illis prohibere volebant absque causa.
46) debet promoueri matrim.] Reb.: matrimonium promoueri debet,
47) *wie ich* — *nicht wehren*] Reb.: quemadmodum et ego tenere cogebar. Summa, si sunt iuuenes, et mutuo amore se complectuntur (quod substantia est coniugij) non est impediendum
48) Sed exemplum — ubi] Reb.: sicut Samsonis Exemplum nos imitare debet, quod
49) in magna est] Reb.: est in magna
50) sicut] Reb.: vt
51) legibus] Reb.: durissimis legibus
52) *dorfften frei* — — boni uiri] Reb.: vbi sponsa, suo sponso priuabatur et peregrinae copulabantur, cum magna iniuria. Ideo haec deliberanda sunt iuxta arbitrium bonorum virorum,
53) etc.] *a* Reb. *abest.*
54) D. Basilius D. Martini] Reb.: D. Basilij, M. L.

destinis uotis matrimonij, [55]) quae ex inobedientia ignorantibus parentibus essent rata, [56]) utrum essent [57]) rumpenda, aut corporali supplicio et poena afficiendi. [58]) Respondit D. Martinus: Iuristae et Canonistae fere omnes sentiunt substantiam coniugij [59]), esse consensum sponsi et sponsae, [60]) paternam autem potestatem tantum esse accidens. Ideo substantiam propter accidens non esse destruendam. Hoc est, [61]) ego scio, quod sit substantia. Nam ubi non est amor et consensus, ibi est infoelicissimum [62]) [*fol. 445*^{b}] coniugium. Facile uobis concedo, ut illa substantia maneat secundum nostram sententiam, [63]) utcunque sit peccatum. *Aber ich bitte euch, ihr wollet mich in das gescheffte nicht mengen.* Esto uos poena, carceribus et uinculis per 4 hebdomadas [64]) tales punire uolueritis, et absterrere nunquam fiet, quia iuuentus adeo inobediens et insolens est, ut temporalibus [65]) poenis non regatur. *Es darff sich ein Junger gesel in der brunst wol eines virtel Jares ins gefengnuss erwegen*, modo ut potiatur postea suo proposito. *Ein gut mal ist hengens werdt.* Pono casum. [66]) Si parentum authoritas plane annihilatur [67]) in uotis matrimonij, tunc quilibet amore [68]) feruens, sine consilio contrahit uotum [69]) contempta poena carceris, quam ferre cogitur, [70]) *vnnd wirdt ihm fein gelingen*, [71]) etiamsi quis consobrinam, neptem,

---

55) in Consistorio — matrimonij,] Reb.: cum clandestinis votis Matrimonij in Consistorio agendum esset,
56) ign. par. essent rata,] Reb.: parentibus ignorantibus facta est,
57) essent] Reb.: esset
58) et poena afficiendi.] Reb.: aut poena afficienda.
59) substantiam coniugij] Reb.: coniugij substantiam
60) sponsae,] Reb. *typ. err.*: sponsa,
61) Hoc est,] Reb.: Item
62) consensus, ibi est infoel.] Reb.: consensus vtriusque, ibi infoelicissimum est
63) ut illa subst. maneat secundum nostram sententiam,] Reb.: vt iuxta Iuristarum sententiam, illa substantia maneat,
64) *Aber ich* — hebdomadas] Reb.: Sed vos Iuristas oratos volo, ne me vestris negotijs immisceatis. Esto, poena, carceribus, vinculis, exhaereditatione, vos
65) temporalibus] *sic* Reb.; Cod.: temporibus
66) *Es darff sich* — casum.] Reb.: Iuuenis enim vincula non abhorret, tempore libidinis, ipse flagrat amore, modo potiatur suo proposito, iuxta proverbium. Symposium bonum patibulo dignum, concedo casum.
67) annihilatur] Reb.: annihilaretur
68) amore] Reb.: caeco amore
69) contrahit uotum] Reb.: matrimonium contraheret,
70) cogitur,] Reb.: cogeretur,
71) *vnnd — gelingen,*] Reb.: nec frustabitur (*typ. err. pro* frustrabitur,)

et [72]) consanguineam cupiat, [73]) facto uoto per consensum, tunc [74]) concedendum esset, sed obijcitur, [*fol. 446a*] Nequaquam tale uotum consanguineorum esse concedendum, quia est prohibitum iure. [75]) Respondeo: Si iure humano uultis consensum uoti inter consanguineos soluere, cur non potius etiam soluendum esset uotum clandestinum, authoritate iuris diuini: Honora patrem et matrem, quod praeceptum Dei longe excellentius est omni humano iure. [76]) ***Lasset vnns doch*** parentum authoritatem et obedientiam ***nicht ein schertz sein***, [77]) sicut etiam apud gentes est obseruatum. Sanctus Ambrosius [78]) dictum Euripidis pulcherrime commendat, ubi puella dicit: Non sunt mei iuris sponsalia, [79]) sed si pater meus et mater uoluerint. [80]) Itidem et sacra scriptura dicit: Date filijs [81]) et filiabus uestris uiros et uxores. Ideo sic faciendum, [82]) ut liberi [83]) parentibus significent: Eligam mihi coniugem, [84]) si consilium uestrum fuerit, [85]) sin minus, non erit ratum. Quod autem Iuristae obijciunt Canonem, parentum authoritatem in honestate, non in necessitate [*fol. 446b*] habere locum, [86]) quia consensus est substantia [87]) necessitatis, parentes accidens honestatis. Impijssimus est Canon. Quasi amans primo [88]) furore multum curaret honestatem, et ita perit [89]) parentum authoritas et datur locus licentiae adolescentibus et aperitur fenestra infinitis scandalis, [90]) quae

---

72) et] *a* Reb. *abest.*
73) cupiat,] Reb.: cuperet,
74) tunc] Reb.: tunc illi
75) Nequaquam tale — iure.] Reb.: tale votum consanguineorum nequaquam esset concedendum, quia iure est prohibitum.
76) quod praeceptum Dei longe excellentius est omni humano iure.] Reb.: Quod est praeceptum Dei longe excellentius omni iure humano.
77) ***Lasset vnns — sein***,] Reb.: Ideo parentum authoritatem, et obedientiam contemnere nolumus.
78) Sanctus Ambrosius] Reb.: S. Ambrosij
79) dicit: Non sunt mei iuris sponsalia,] Reb.: dixit: Sponsalia non sunt mei iuris,
80) uoluerint.] Reb.: voluerint, etc.
81) filijs] *sic* Reb.; Cod.: liberis
82) faciendum,] Reb.: faciendum est,
83) liberi] *sic* Reb.; Cod.: adolescens
84) coniugem,] *sic* Reb.; Cod.: puellam hanc,
85) consilium uestrum fuerit,] Reb.: vestrum fuerit consilium,
86) habere locum,] Reb.: locum habere,
87) substantia] *sic* Reb.; Cod.: substantiam
88) primo] Reb.: in primo
89) perit] Reb. *typ. err.*: petit
90) datur locus — scandalis,] Reb.: licentiae locus datur iuuentuti, et fenestra infinitis scandalis aperitur,

nullis legibus possunt coerceri. Summa, si parentum au ritas corruit, tunc neque conscientijs, neque corporibus suli potest. Ego hactenus processi, [91]) ut plus consci quam corporibus consuluerim, propter uerbum Dei et au ritatem iuris diuini, et [92]) simpliciter concludo: Si no authoritate iuris humani soluitis uota propinquorum gradum multo magis diuina authoritate praecepti diuini [93]) li *Ihr werdet tzu schaffen bekommen*, [96]) si hanc meth neglexeritis, infinitos casus habebitis, quibus omnibus faci occurretis authoritate parentum, [97]) *dass ein vater dorn greiffen* [*fol. 447a*] *hette.* [98]) Nolo [99]) hic patrocinari i parentibus, qui sui lucri [100]) causa coniugia liberorum i dire uolunt, ut sunt uitrici tutores. [1])

Ante copulam diligenter est prospiciendum, uisum concedendum, *was darnach* post carnis copulam *geschicht muss* [1a]) *man lassen geschehen.* Nam si concesseritis [2]) consi ratum, *so werdet ihr doch tzu schaffen gewinnen* cum con consummato, *gott helffe euch, ich wils euch lassen m allein menget mich nicht darein. Aber ich stosse euru* humana cum praecepto diuino *darnieder.* Deus creauit sculum et foeminam. *die sollen vnnd müssen beicin sein.* [3]) sed cum uoluntate Dei coniungi [4]) debent. Lan horribilia tempora, quae non reguntur legibus. [5])

---

91) Ego hactenus processi,] Reb.: Hactenus ita processit,
92) consuluerim, propter uerbum Dei et auth. iuris diuini, et] Reb.: per Dei, et authoritatem Iuris diuini consulerent, Et nunc
93) uos] Reb.: nos Canonistae
94) soluitis uota prop. grad.,] Reb.: vota propinquorum gradum dissol
95) praecepti diuini] Reb.: mandato Dei nobis
96) *Ihr — bekommen,*] Reb.: nos vestris inhaereamus crinibus,
97) facillime occurretis auth. par.] Reb.: authoritate parentum facillime retis,
98) *dass ein v. — hette.*] Reb.: et parentum authoritatem in nihil geritis.
99) Nolo] Reb.: Nolo tamen
100) sui lucri] Reb.: lucri sui
1) tutores.] Reb.: et tutores.
1a) *muss*] *hoc ipse addidi, a* Cod. *abest.*
2) concesseritis] *sic scripsi;* Cod.: concessentis
3) *sein.*] Cod.: *sey*
4) coniungi] Cod. *calami err.:* coniugi
5) Ante copulam diligenter est prospiciendum — — reguntur legibus *his ap.* Reb. *non hoc quidem loco* (fol. 176a *post* lin. 16. *superiore,* fol. 170a lin. 20—31. *proxime post inscriptionem*: matrimoniales. *haecce exhibentur:* Certum et manifestissimum est ingij statum iuxta Dei ordinationem esse dignissimum, omni authorita rendum omnes leges politicae, et Ecclesiarum ceremoniae testimon hibent. Attamen a Sathana et maligno mundo et hominibus ingratis impedimenta indies oriuntur, summus requiritur labor hominum qui

inter [6]) omnes casus mundi plurimi et maximi [7]) sunt moniales, [*]) quorum est infinita uarietas, quia indies [8]) ac [9]) noui oriuntur errores, tam ante copulam, [*fol. 447b*] post, nec possunt certis regulis comprehendi, sed se- in ἐπιείκειαν sunt considerandi, [10]) et ex arbitrio boni dicandi, [11]) alioqui impossibile est omnibus illis casibus rere, quemadmodum scioli et arrogantes praesumunt, *les wollen schlecht machen*, [12]) aliorum sententias da- [13]) iuxta illud: Me regem esse oportuit. Si autem [14]) ndo regere deberent, *solten sie es wol innen werden.* [15]) alia non discuntur nisi experientia et gubernatione, *do wir, wie vns gott in das Regiment setzt,* [16]) qui tamen nepti sumus. Et quilibet pius [17]) experientia discit se suae conditioni, et [18]) stultum esse, solumque De- ere, cuius consilia sint [19]) incomprehensibilia, quasi Vos mihi debetis obedire, *vnnd mich lassen gott sein regierenn.* [20]) Ita in illius uerbum et uoluntatem [21]) est respiciendum. [*fol. 448a*] Deinde recitauit matrimonij ipsius Dauid, interrogans Basilium, [22]) an apud Iuristas posset [23]) defendi, nam ita scriptum est

---

onf. Luth. colloq. germ. IV. p. 88 sqq. cap. 43. §. 89.
oniungere, sed maxime laborandum est, ne copulati diuortium faciant, vt uotidiana testatur experientia, Magistratus, pastores, consistoria in dijudican- s causis, conciliandis personis, diuortijs constituendis satagunt.
ter] Reb.: Nam inter — Haec *sectio, quae in* Cod. fol. 447a lin. 18. *rditur, ap.* Reb. *legitur* T. II. fol. 170b lin. 1 sqq. *proxime post erba in praecedente annot.* 5. *allata.*
urimi et maximi] Reb.: praecipui
ia indies] Reb.: Indies enim
] Reb.: et
cundum ἐπιείκειαν sunt considerandi,] Reb.: secundum ἐπιείκειαν et cir- mstantiae sunt considerandae,
dicandi,] Reb.: iudicandum,
ie — machen,] Reb.: qui omnia secundum amussim componere co- ntur,
mnant,] Reb.: damnantes,
i autem] Reb.: At si
lten — werden.] Reb.: tunc periculum sentirent.
o sehen — setzt,] Reb.: ibi videmus, quomodo a Deo ad regnandum camur,
us] Reb.: impius
scit se imparem suae conditioni, et] Reb.: dicit se suae conditioni impa- m, immo
nt] *sic* Reb.; Cod.: sunt
nd mich — regierenn.] Reb.: et mihi soli diuinitatem et imperium ribere, quia per me gubernantur omnia.
elatam] *sic* Reb.; Cod.: reuelatum
errogans Basilium,] Reb.: D. Basilium interrogans,
sset] Reb.: possit

1. Reg. 18. [24]) Cum Dauidi filiam suam maiorem Merob Saul desponsauit, [25]) ibi filia authoritate patris [26]) consentiens, datis sponsalibus ipsi Dauidi, [27]) quod est uerum coniugium. Attamen illa [28]) ipsa Merob ante copulam alteri, scilicet Adriel, a [29]) Saul datur. Nonne hoc est adulterium? Deinde Saul Dauidi Michal [30]) tradit, [31]) quam amauit Dauid, quae copula cohabitatione [32]) et amore coniugium cum Dauide confirmauit, et tamen hanc Michal alteri dedit, Phalti filio Lahis. [33]) Nonne hoc est satis [34]) adulterij? ubi duas sorores accipit Dauid, [35]) et post mortem Saulis iterum recipit Michal, fortasse [36]) sub spe potiundi regni. [37]) Omnia sunt adulteria, in nostris auribus, et nemo iuristarum hodie hunc casum posset explicare, [38]) adeo infinitae uarietatis [39]) est. Vnus et idem matrimonij [*fol. 448b*] casus, *dorffen wol achtung drauff habenn* in consistorio. [40]) Optimus rex et propheta Dauid [41]) haud dubie magnas habuit calamitates, cum his duabus uxoribus, filiabus Saul. Seni adhuc sponsa puella [42]) adiungebatur Sunamitis, quae tantum eum foueret, nec unquam cognita est ab eo. [43])

Iterum D. Lutherus interrogabat Basilium, [44]) An iure possit marito urenti alia permitti, [45]) si uxor esset ualetudinaria desperati morbi, et quae esset tantum uiuum cada-

---

24) ita scriptum est 1. Reg. 18.] Reb.: 1. Reg. 18. scriptum est,
25) Cum Dauidi — desponsauit,] Reb.: cum Saul. Merob filiam suam maiorem Dauidi desponsasset.
26) authoritate patris] Reb.: patris authoritati
27) datis — Dauidi,] Reb.: Dauidi desponsatur,
28) illa] *a* Reb. *abest.*
29) a] *in* Cod. *deest.*
30) Michal] *sic h. l. et in seqq. scripsi* (= *Hebr.*); Cod.: Michol (= *Vulg.*), Reb.: Michel
31) Dauidi — tradit,] Reb.: Michel filiam suam Dauidi tradit,
32) cohabitatione] Reb.: quoque habitatione
33) dedit, Phalti filio Lahis.] Reb.: tradidit Phalio filio Lais,
34) est satis] Reb.: satis est
35) duas — Dauid,] Reb.: Dauid duas vxores duxit,
36) iterum recipit Michal, fortasse] Reb.: Michel iterum recipit, fortassis
37) potiundi regni.] Reb.: potiendi regno.
38) posset explicare,] Reb.: expedire posset,
39) uarietatis] Reb.: vanitatis
40) *dorffen* — consistorio.] Reb.: hi casus non sunt negligendi in consistorijs.
41) et propheta Dauid] Reb.: Dauid et Propheta
42) puella] *a* Reb. *abest.*
43) cognita est ab eo.] Reb.: ab eo cognita est.
44) Iterum — Basilium,] Reb.: D. M. Luth. D. Basilium interrogabat,
45) permitti,] *sic scripsi*; Cod.: promitti,

uer. [46]) Respondit, [47]) lura non facile permittere, [48]) sed esse quosdam casus, in quibus permittitur marito concubina. [49]) Respondit Lutherus: Hoc est periculosum. Nam si propter extremos morbos diuortium permitteretur, et facultas alterius uxoris concederetur, tunc infinitae occasiones indies excogitari poterunt.

Quaedam mulier habuit duos maritos *) et a quolibet peperit filium,, ab altero filium, ab altero filiam. [50]) Hic filius in tertio gradu petit suam neptem [51]) in uxorem [*fol. 449a*] Respondeo: [52]) Hoc negotium ipsi principi [53]) Electori dedimus. In quarto gradu permittimus, in tertio [54]) nolumus, non propter conscientiam, sed propter malum exemplum inter rusticos auaros, qui suas consanguineas propter diuitias petunt. *wann man Inen* tertium gradum *nachliesse, so geweneten sie sich* in secundum, *sind doch sonst Jungfrauen genug. warumb sollen dieselbigen bleiben sitzen?* [55]) Moses praecipit, [56]) ut ducerent proximae [57]) affinitatis, *dass die armen metzen nicht sitzen bleiben.* [58]) Ideo Dauid et Salomon [59]) facti sunt *πολύγαμοι* propter consanguineas pauperes. [60]) At nunc nostri auari rustici et nobiles propter diui-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 90 sq. cap. 43. §. 90.

46) alia — cadauer.] Reb.: valetudinariam vxorem habenti, alia permitti, si desperatum haberent morbum, et tanquam viuum cadauer.
47) Respondit,] Reb.: Respon. D. Basilius,
48) permittere,] *sic* Reb.; Cod.: permittunt,
49) permittitur marito concubina.] Reb.: marito concubina permitteretur.
50) Quaedam mulier habuit — filiam.] Reb. *non hoc ordine,* (fol. 171.) *sed inferiori loco, scil.* fol. 176a lin. 11 sqq., *pro his exhibet haecce:*

DE GRADIBVS PROHIBITIS.

Sanguinis etiam reuerentia habenda est, tum propter naturam, tum propter ordinationem diuinam, vt Leuitici 18. Canones traduntur, quibus prohibiti gradus per Mosen traduntur, ne illegitimo thoro associentur consanguinei et affines, recitans exemplum cuiusdam matris, duos maritos habentis, a primo filium, ab altero filiam genuit.

51) petit suam neptem] Reb.: suam neptem petit
52) Respondeo :] Reb.: Respon. Mart. Luth.
53) principi] *a* Reb. *abest.*
54) tertio] Reb.: tertio gradu
55) propter malum exemplum — *sitzen?*] Reb.: exemplum malum inter auaros rusticos qui consanguineas suas propter diuitias et opes ambiunt, Si permitteremus illis, vt in tertio nuberent gradu, tunc venirent ad secundum gradum, nonne et alijs in locis virgines nubiles muniri possunt, cur illas relinquerent, non ducant in vxores?
56) praecipit,] Reb.: praecepit
57) proximae] Reb.: proximas
58) *dass — bleiben.*] Reb.: ne miserae puellae relinquerentur.
59) Dauid et Salomon] Reb.: Salomon et Dauid
60) consanguineas pauperes.] Reb.: pauperes consanguineas.

Ille absens citatus, sed contumax, Vxori datum testimonium. Pater etiam accusans [85]) inobedientiam filij. [86])

Quaestio: [87]) Vtrum partus undecimo mense sit legitimus, *) an etiam possit [88]) naturaliter fieri? Respondit: [89]) Illum casum [*fol. 451a*] bis habui, ubi uxor [90]) post discessum mariti in undecimo mense peperit, [91]) *Es hat schwere gedancken, ich konde es nicht gleuben.* [92]) Ideo in tali causa [93]) opus est persuasione et authoritate, non iure, sicut si quis sponsam inueniret stupratam, scortum pro uirgine, *do muss man nur* persuasionibus ex charitate *handeln*, nullus ibi est [94]) locus iuris.

100) quidam sacerd.] Reb.: Sacerdotes quidam,
1) alterutram] Reb.: alterum
2) utrisque] Cod. *calami err.*: utrusque

fraude, [3]) ut quidam duplici, alij una specie communicent. [4]) Ideo quia sacramentum sit publica confessio. [5])

CASVS DE SACRAMENTO. [6]) *)

Vxor cuiusdam ciuis Oschazensits [7]) Christiana, cum usa esset sacramento utriusque speciei, [8]) ingenue id confessa, coacta est discedere, marito tamen in urbe retento, qui et ipse bonus et pius uir fuit. [9]) Quaeritur, quidnam marito agendum sit. Respondit: [10]) Vna caro sunt, ideo [11]) eandem crucem ferre debent. Hoc tamen illi [12]) consulendum esset, ut remitteret uxorem ad dimidium annum suis cognatis [13]) in nostro ducatu, expectans euentum Tyrannorum, et sineret uxorem peregrinari in nomine Christi. *Es wirdt die lenge nicht also bestehen.* [14])

Sacramenti huius [15]) causa efficiens **) est uerbum [*fol. 172b*] seu institutio [16]) Christi. Materia est panis et [17]) uinum. Forma est corpus et [17]) sanguis Christi. Finis, ut eo confirmemus fidem nostram, [18]) ne quid [19]) dubitemus Christi corpus pro nobis datum, et sanguinem eius pro nobis fusum, [20])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 298 sq. cap. 19. §. 6.

**) *Conf.* ibid. II. p. 305. cap. 19. §. 16.

3) D. quod non — fraude,] Reb.: Mart. Luth. Ista fraude non debent consecrare,

4) communicent.] Reb.: communicarent.

5) Ideo — confessio.] Reb.: Nam sacramenti sumptio est salutaris confessio publica fide affirmanda.

6) Casus de sacramento.] *a* Reb. *absunt.*

7) Oschazensis] Reb. *typ. err.*: Ostbacensis

8) speciei] Cod. *male:* spefies

9) cum usa esset — uir fuit.] Reb.: cum Sacramento vtriusque speciei vsa esset, idque ingenua confessa. Quapropter a Principe expulsa in exilium, manente vero marito in vrbe, quod pius et bonus erat vir.

10) Respondit:] Reb.: Respondit Mart. Luth.

11) ideo] Reb.: igitur

12) illi] Reb.: marito

13) ut remitteret ux. ad d. a. suis cognatis] Reb.: vt vxorem ad d. a. suis cognatis remitteret,

14) et sineret — *bestehen.*] Reb.: vxorem permitteret peregrinam in nomine Christi, non enim diutius consistere potest.

15) Sacramenti huius] Reb. *praemissa inscriptione:* Aliud. *habet*: Sacramenti coenae

16) institutio] Reb.: iustificatio

17) et] *a* Reb. *utroque loco abest.*

18) eo confirm. fidem nostram,] Reb.: fidem nostram eo confirmemus,

19) quid] *a* Reb. *abest.*

20) datum, — fusum,] Reb.: effusum (*ceteris omissis*)

ac peccata nobis [21]) certo remissa esse per mortem Christi. [22]) Hoc inde officium et beneficium consecuti sumus, quod sit [23]) saluator non iudex, Redemptor non accusator, Liberator non [24]) captiuans, quia nos in Adam omnes [25]) peccatores ac [26]) rei mortis ac damnationis sumus, Christi autem [27]) sanguine iustificati, sanctificati, ac liberati sumus omnes. Haec [28]) fide tantum accipiuntur.

FRAGE STVCK R. M. V. TZV SAMPT D. M. LVTHERI ANDTWORDT. [29])

I. *Ob gnug sey das Sacrament vnter der gestalt des brotes alleine tzu nemen, vnd nit von nöten, aus dem kelche tzu trincken, dieweil mans verboten hat aus dem kelche tzu trincken* etc.

II. *Wan eines beide begeret. vnnd ihm den kelch nicht reichen wil, obs vor gott entschuldiget* [*fol. 473*[a]] *sey vnnd gnug vnter der gestalt des brotes tzu nemen, oder obs weitter tziehen sol, do mans giebet.*

III. *Ob mans heimlich nemen muge in der kammer, vnnd nicht offentlich bekennen dörffe.*

IIII. *Dieweil an etlichen örtern durch die obrigkeit so hoch verbeten aus dem Kelche tzu trincken, obs vor gott gnug oder ausgericht sey das aus gehorsam oder sorgen der straffen vnterlassen, vnnd nur vnter der gestalt des brodtes tzu nemen sey.*

V. *Wan eines nicht sonder verlangen beider gestalt tzu entpfahen, obs gnug sey vnter der gestalt des brodtes bey gemeinem brauch tzu bleiben.*

Quare non ipsi respondetis ad quaestiones missas ad me, sed *der kleineste muss das licht haltten.*

---

21) nobis] Reb.: nostra
22) mortem Christi,] Reb.: Christi mortem,
23) Hoc — sit] Reb.: hoc officium et beneficium inde assecuti sumus, quod Christus sit
24) Liberator non] *sic scripsi;* Cod.: liberatur non, Reb.: Liberator nos
25) in Adam omnes] Reb.: omnes in Adam
26) ac] *a* Reb. *abest.*
27) Christi autem] Reb.: sed Christi
28) ac liberati sumus omnes. Haec] Reb.: et liberati omnes sumus, quae
29) *Frage stuck R. M. V. — Andtwordt.*] *Caput sic inscriptum, quod infra* (p. 28.) *finitur verbis: „in gottes befel vnnd auff seinem wordte.“, ap.* Reb. *h. l. non invenitur.*

I. *Wo imandt dess gewiss ist, dass beider gestalt brauch des Sacramentes eine gottliche ordenung vnnd befehl sey vnnd das einerley gestalt wider solche seine ordenung vnnd befehl ist, derselbige die weil er gottes befehl so gewiss weiss,* [fol. 473b] *sol nicht achten, das man die eine gestalt verboten hat, dan man muss gott mer gehorchen dan den menschen.*

II. *Wo imandt den Kelch begeret vnnd ihm versagt wirdt, ist es nicht gnug, das er die eine gestalt neme, sondern ist besser, er gehe dahinn, da mans ihm gerne reicht. Aber wan* [30], *er das nit thun kan, so ists besser, er lasse eine gestalt faren vnnd misse des* [31]) *Sacramentes die weil geistlich, nemlich mit dem glauben, sich stercke durch die wordt des Sacramentes vnnd betrachtunge des herren leidens.*

III. *Sol man das Sacrament nicht lassen heimlich oder in geheim reichen oder empfahen, dann Christus hats eingesatzt tzum offentlichen ampt, sein darbey mit predigten vnnd kennen tzu gedencken, wie er spricht: solches thut tzu meinem gedechtnuss, das ist wie es Paulus deutet 1 Corinth. 11. den Todt des herren verkundigen, bis das er kompt.*

IIII. *Niemandt ist domit entschuldiget, dass ihm seine Obrigkeit den kelch so hart verbeut* [fol. 474a] *als sollte sie der gehorsam vnnd furcht der straffe entschuldigen. Dann wider gottes wordt sol man keinen gehorsam leisten einiger Creatur, dann das wer die Creatur vber gott gesetzt.*

V. *Wann einer nicht sunder verlangen hat beidè gestalt tzu entpfahen, vnnd mocht ihm wol an der einen gestalt lassen genugen, das ist viel weniger genug, dan das sacrament ist nicht eingesetzt tzu gebrauchen, nach dem wir verlangen oder* [32]) *nicht verlangen dartzu haben, sondern es sol gebraucht werden nach dem befel vnnd gottes wordt.. den es stehet nicht in vnser macht, noch auff vnserm werck oder verlangen, sondern in gottes befel vnnd auff seinem wordte.* [33])

Quaestio proponebatur Luthero: An quis possit [34]) tuto uti utraque specie, et postea in itinere propter peregrinationem una. [35]) Respondit: *da sol sich ein ider selbes in seinem gewissen radt fragen:* quid faciendum sit. *Traut*

---

30) *wan*] Cod. *calami err.*: *man*
31) *des*] Cod.: *der*
32) *oder*] Cod.: *aber*
33) *vnnd auff seinem wordte.*] *his verbis finitur hoc caput, quod ep.* Reb. *h. l. desideratur.*
34) possit] Reb.: posset
35) peregrin. una] Reb.: negociationem iterum vna suscipere?

ers nicht tzu erhalten, melius [36]) esset prius intermisisse. [*fol. 474*[b]] Quilibet igitur suam conscientiam et unctionem [37]) consulat. Nam nemo sibi uiuit aut [38]) moritur, sed contra uim non est consilium.

Sophistae dixerunt Christum in Sacramento esse totum, sed non totaliter, id est, cum omnibus suis actionibus et uirtutibus. Respondit D. M. Lutherus: In articulis de trinitate, de incarnatione Christi [39]) et sacramentis non est nobis speculandum. Iudicia enim Dei et hominum sunt diuersissima. Nobis est cogitandum de illius uerbo, quod ipsius potentiam et bonitatem nobis praescribat. *dem sollen wirs befelen, er wirdts wol machen vnnd nicht verterben.* [40]) Christus est personaliter in humanitate, corporaliter in sacramento, *wie aber das tzugehe,* [41]) non est nostrum percontari. Tamen nemo potest rationem reddere [42]) et iudicare, cur [43]) Deus Niniuitis pepercerit, in qua urbe fuerunt ultra 100000 hominum, et cur non Sodomae et Gomorrhae, [44]) quae etiam fuerunt [45]) celeberrimae et populosae.

[*fol. 475*[a]] PAPISTAE GLORIANTVR SVAM AVTHORITATEM HOC ARGVMENTO. [46])*)

Apostoli mutauerunt Baptismum. Ergo et Episcopis licet mutare sacramenta. Illis respondendum: Esto Apostoli aliquid mutarint, tamen ingens est discrimen inter Episcopum et Apostolum. Apostolus est persona immediate a Deo uocata cum donis spiritus sancti, Episcopus uero est persona

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 299. cap. 19. §. 7.

36) *da sol sich* — melius] Reb.: quilibet in hac re suam consulere debet conscientiam, quid faciendum sit, Si non conatur nec potest defendere, tunc satius

37) et unctionem] *a* Reb. *absunt.*

38) aut] Reb.: neque

39) Christi] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

40) ipsius potentiam — *verterben.*] Reb.: nobis praescribit potentiam et bonitatem Dei huic commendare debemus, optime perficiet ipso sine vlla corruptione.

41) *wie aber d. tz.*] Reb.: qua vero ratione hoc fieri solet.

42) rationem reddere] Reb.: reddere rationem.

43) cur] Reb.: quare

44) ubi ultra — Gomorrhae,] *ap.* Reb. *omissa sunt.*

45) quae etiam fuerunt] Reb.: quae vrbes quoque fuerunt

46) Papistae gloriantur — argumento.] *sectio sic inscripta, quae finitur verbis*: quam in definito, *ap.* Reb. *desideratur.*

FRAGMENTVM EX EPISTOLA PHILIPPI AD AEGIDIVM PASTOREM LIGNICENSEM, DE SACRAMENTO QVID DOCENDVM. [76])

Hortatus sum, ut Diaconus in docendo [77]) modestiam et prudentiam adhibeat, eligat utilia de poenitentia, fide, beneficijs Christi, bonis operibus, [78]) de usu sacramentorum, nec alienet mediocres, absurda defensione localis praesentiae Christi in pane extra usum sacramenti. Nam sacramenta tantum in usu sunt sacramenta, cum utimur sacramentis, agnoscimus nobis adesse Christum, et efficacem esse. Aderat et patribus, ut Ioannes inquit: Omnia per ipsum facta sunt, nam [79]) ipse perpetuo belligeratur [80]) [*fol. 477a*] cum Diabolo, quare et nobis adest. De [81]) hac praesentia dicatur, si quando de usu sacramenti dicendum erit. Papisticae opiniones de inclusione corporis durabili extra usum, de circumgestatione, reijciantur. [82])

Anno 39. [83]) 6. Februarij *) Ciuis quidam Wittenbergensis accessit ad sacramentum, [84]) qui homicidium ante triennium perpetrauerat, sed cum omnibus reconciliatus. Ante triennium etiam accesserat, sed non reconciliatus cum partibus offendit Ecclesiam. Ideo D. M. Lutherus publice in concionibus reprehendit eum, nec amplius ita eum uoluit admittere ad sacramentum. *Er solt sich auch tzuuor mit dem pfarherrn auch vertragen.* Et irascebatur M. Froschelio, quod eum admisisset, [84]) si quis autem suam infamiam Diaconis

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 300 sq. cap. 19. §. 10.

76) de sacramento quid docendum.] Reb.: quid docendum de Sacramento. — *Haec epistola a* Mel. *d.* 8. *Nov.* 1548. *scripta legitur etiam in* Corp. Reform. VII. p. 187 sq., *cuius varias lectiones h. l. addo.*

77) Diaconus in docendo] *sic* Reb. *et* Corp. Ref. l. l.; Cod.: in docendo Diaconus

78) de poenit., fide, benef. Christi, bonis oper.,] *sic* Reb. *et* Corp. Ref.: Cod.: de fide, de poenitentia, de beneficijs Christi, de bonis operibus,

79) nam] *sic* Reb. *et* Corp. Ref.; *in* Cod. *deest.*

80) belligeratur] *sic* Cod. *et* Corp. Ref.; Reb.: belligerat

81) De] *sic* Cod. *et* Corp. Ref.; Reb.: ne

82) reijciantur.] *sic* Cod. *et* Corp. Ref.; Reb.: reijciatur. — *Hoc verbo finitur haec epistola.*

83) Anno 39.] Reb.: Anno 38.

84) accessit ad sacramentum, — — quod eum admisisset,] Reb.: Sacramento participauit, qui ante triennium homicidium perpetrauerat, sed cum omnibus reconciliatus partibus ideo Ecclesiam offendit, quem Mart. Luth. publice in concionibus reprehendit neque eum porro admittere voluit nisi parrocho reconciliatus esset. Irascebatur Diacono, qui eum absoluisset,

inscijs [85]) tacet, absoluitur et admittitur, *der heine es auff seine gewissen.* [86]) ibi ministri sunt excusati.

Anno 39. 22. Februarij Ciuis quidam Lipsensis, [*fol. 477b*] senex et pius, *Heintz Kelter* [87]) in grauissimo suo morbo petijt sacramentum, si fieri posset, ut a Diacono Wittenbergensi praeberetur sub utraque specie cum consolatione et absolutione. Respondit D. M. Lutherus, Consolandum esse uerbo, et sacramentum esse postulandum a suis pastoribus. Wittenbergenses illic nihil habere iuris in Ecclesia. [88]) Paulo post mortuus est.

M. A. Lauterbach interrogauit D. M. Lutherum, An sit opus semper communicare cum infirmis, quum ipse quinquies porrexisset sacramentum, et saepe esse communicandum. Respondit: *das sol nicht sein.* Ipsi debent in publico communicare et non differre. Neque communio est casu necessitatis ad salutem. Sed hoc differam Deo uolente usque ad reditum Pomerani, quem putaui haec diu ordinasse. [89])

Epiphanius scribit, quod suo tempore quidam fanatici sacramentum ita contumelia [*fol. 478a*] affecerint, accipiendo menstrua mulierum dicentes: Hic est sanguis meus. [90])

Quaerebatur, An essent excusati,*) qui sub Tyrannis unam tantum speciem sumerent, cum alteram non possent habere. Respondit D. Martinus Lutherus: Haec quaestio est generalis, et ad me saepissime peruenit. [91]) Ego autem [92]) simpliciter respondi: Si qui adhuc dubitant de sacramenti institu-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 301 sq. cap. 19. §. 12. sect. 1.

85) Diaconis inscijs] Reb.: nescijs Diaconis

86) admittitur — *gewissen.*] Reb.: dimittitur, is faciat suo cum periculo conscientiae,

87) *Heintz Kelter*] Reb.: Henricus cellarius

88) petijt sacramentum — in Ecclesia.] Reb.: Sacramentum sub vtraque specie petijt, orans vt a Diacono Vitebergensi cum absolutione et consolatione illi praeberetur. Respondit Mart. Luth. Illum verbo Dei esse consolandum, et Sacramentum a suis pastoribus esse postulandum. Nam Vitebergenses ibi nihil habere iuris in Ecclesia Lipsica,

89) M. A. Lauterbach — — diu ordinasse.] *horum loco habet* Reb. *haecce:* Diabolus hostis Christi varijs profanationibus coenam Domini obscurare nititur.

90) quod suo tempore — — sanguis meus.] Reb.: sub tempore fanaticos quosdam Coenam Domini summa contumelia affecisse menstrua mulierum accipiendo, dicentes: Hic est sanguis meus. Ideo vigilandum est, pro vera religione, ne scandalorum participes fiamus.

91) An essent excusati — — peruenit.] Reb.: an illi excusati essent, qui vna specie sub tyrannis participarent. Respon. M. L. Generalis haec est quaestio, quae saepissime proponitur.

92) autem] Reb.: autem semper

tione, illi possunt unam speciem accipere. [93]) Qui uero certi sunt de Christi institutione, scienter peccant contra conscientiam. Nam multi sub Duce Georgio [94]) ita sunt flagellati, qui Tyrannus etiam in sua impoenitentia morietur, quia multorum conscientias onerauit, *wolte gerne tzurucke vnnd kan doch nicht.* [95])

Anno 39. [96]) 12. Maij D. Hieronymus Schurff *) misit ad D. M. Lutherum, petens ut sibi liceret personam eligere, a qua sacramentum sumeret, [97]) quia nullus diaconus ei placebat propter digamiam et unctionem. [98]) [*fol.* 478[b]] Respondit D. Martinus Lutherus, se permittere, in Kemberga, Torga, quasi expatiando, *also viel habe ich ihm erlaubet.* Ego ipse illi uellem porrigere, [99]) si moris esset, *darum kan ich ihm nicht weitter einreumen,* [100]) ne ministerium Ecclesiae [1]) periclitetur, est enim res mali exempli. [2])

Cum consuleretur [3]) de ceremonijs in communione, dixit: Omnibus modis electoratui nostro respondeant. [4]) Tunc Philippus Melanthon dixit: se a multis audiuisse nostras [5]) ceremonias ita esse constitutas, ut a populo non aestimentur mutatae a prioribus, et tamen illas ceremonias magnam habere

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 302. cap. 19. §. 12. sect. 2. 3.

93) adhuc dubitant — accipere.] Reb.: sunt adhuc dubitantes, de institutione Sacramenti, illi vna specie vti possunt ad tempus.

94) Duce Georgio] Reb.: D. G.

95) etiam in sua — *doch nicht.*] Reb.: multorum conscientias sua impoenitentia, in qua morietur, onerauit, conatur, et tamen non potest retrocedere, et ita cursum Euangelij impedit, non sine sua damnatione, cum pij spirituali communione interim contenti esse possent.

96) Anno 39.] Reb.: Nam anno 39.

97) ut sibi liceret — sumeret,] Reb.: vt concederetur illi electio personae, a qua coenam sumere possit,

98) diaconus — unctionem.] Reb.: Diaconorum Ecclesiae Vitebergensis (eo quod partim digami, partim non lucti essent) illi placebat.

99) in Kemberga — porrigere,] Reb.: vt expaciando Torgam, vel Kembergam participari possit, tantum illi concedant, et ego ipse illi porrigere vellem,

100) *darum — einreumen,*] Reb.: non possum ergo illi, vltra modum praescriptum, aliquid concedere,

1) ministerium Ecclesiae] Reb.: Ecclesiae ministerium

2) mali exempli.] Reb.: mali exempli, ministeria in dubium vocare. Deinde cum raucus esset, et concionari non posset, D. Ionae commendauit, vt feria secunda Paschatis argumentum Papistarum confutaret, qui in fractione panis in Emaus facta, alteram speciem vellent defendere.

3) consuleretur] Reb.: consultaretur

4) in communione — respondeant.] Reb.: iuxta communionem publicam rite seruandis. Respon. Optarem vt concorditer responderent in Ecclesijs, vt in Electoratu nostro seruatur ritus.

5) se a multis audiuisse nostras] Reb.: a multis se audiuisse nostrarum Ecclesiarum

grauitatem. Non ut Heluetij, qui deformatas haberent ceremonias, sedentes ad mensam communicarent, [6]) minister post consecrationem discederet, [7]) relictis communicantibus ad mensam. [8]) Deinde dicebat D. M. Lutherus: *man möchte wol die gantze Messe* cum suis cantilenis *behalten*, [9]) modo cantate omisso etc. [10])

ABROGATIO ELEVATIONIS. [11])*)

Quid opus est certare de illa superstitiosa idolatria, quae [*fol. 479a*] sine omni testimonio patrum, et sine usu [12]) inuecta est, tantum ad confirmandos errores adorationem et transsubstantiationem, [13]) obscuratque uerum usum sacramenti, [14]) tamen in Episcopatu Mediolanensi a temporibus Ambrosij [15]) usque in hunc diem, neque canon, neque eleuatio, neque Dominus uobiscum ad populum in Missis usurpatur. Cum ego M. Lutherus cum fratre ibi uellem celebrare, prohibebar a sacrificulo dicente: Quid uultis facere? Vos hic non potestis celebrare. Nos enim sumus Ambrosiani. [16])

DE NEGLIGENTIBVS ET CONTEMPTORIBVS COENAE DOMINICAE. [17])**)

Quidam dixit: D. Doctor quid mihi faciundum, cum ali-

---

*) Reb. II, fol. 137b lin. 14 — 25. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 302 sq. cap. 19. §. 13.

**) Reb. II, fol. 137b lin. 26. — fol. 138a lin. 12. — *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 304. cap. 19. §. 15.

6) esse constitutas, ut — — communicarent,] Reb.: constitutas esse, vt a simplici populo non obseruaretur mutatio a prioribus sub Papatum, vbi altaria, cantica, Accentus, candelae, ornatus, magna grauitate retinerentur, non vt Heluetij Augustani, Vlmenses, Francophordienses, qui ceremonias seruarent deformatas, communicarent ad mensam stantes,

7) discederet,] *sic* Reb.; Cod.: discedit,

8) ad mensam.] Reb.: ad mensam, Superfluo vino in terram effuso et relictis partibus non receptis.

9) *man möchte — behalten,*] Reb.: totu missa retineri, nec abrogari possit cum suis cantilenis

10) etc.] *a* Reb. *abest.*

11) Abrogatio Eleuat.] Reb.: De abrogatione elevationis.

12) s. omni test. — usu] Reb.: sine scriptura, patrum testimonijs, et sine omni usu

13) adorationem et transsubstantiationem,] Reb.: adorationis et transubstantiationis,

14) sacramenti,] Reb.: Coenae Domini,

15) Ambrosij] Reb.: sancti Ambrosij

16) Cum ego M. Luth. — Ambrosiani.] Reb.: qui etiam se nominant Ambrosianos.

17) Coenae Dom.] *sic* Reb.; fit Cod. *distinct.*

quando reperio in Ecclesia mea homines, qui viginti annis abstinuerunt a sacramentis. [15]) Respondit Lutherus: *man lasse sie tzum Teuffel faren, wand wan sie sterben, so lege man sie auff den schiende leich.* [19]) Porro interrogatus: Debet etiam cogi ad sacramentum? [20]) Respondit Non, [21]) quia hoc est papisticum, *man sage es ihnen*, miror. [22]) *fol. 479b* quare sic abstineant a sacramentis. fortassis metuunt confessionem priuatam. [23])

Quaestio. [23*-*]) An paterfamilias in casu necessitatis suae familiae [24]) coenam Domini communicare possit? Respondit D. Martinus Lutherus: Nequaquam, primo quia non adest uocatio. Numeri 11. Domine prohibe eos, qui prophetant. Deuteron. 4. et 6. Ponite corda uestra in omnia uerba mea. [25]) Actor. 2. et Ioel. 2. Et erit in nouissimis diebus etc. [26]) sequitur inde, quod ij, qui non sunt uocati, non audeant [27]) praedicare, id magis consentaneum esse, quod non audeant administrare sacramentum Coenae Domini propter scandala uitanda. Multi enim non adducerent sacerdotes, [28]) si sibimetipsis auxiliarentur.

CHRISTVS. [*-*])

Nullus liber [29]) est, [*-*]) in quo tam bene descriptum sit sacerdotium Christi, ut Epistola ad Hebraeos. Consolatur au-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 301. cap. 19. §. 11.

**) Reb. II, fol. 135a lin. 13. — fol. 143b lin. 9. — *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 304 sqq. cap. 7.

***) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 319. cap. 7. §. 16. sect. 2.

18) Quidam dixit — — sacramentis.] Reb.: Interrogante quodam pastore, quinam cum illis agendum, qui contempto verbo viginti annis non participarunt Coenae.

19) *man lasse — schiende leich.*] Reb.: Mitti illi ad Diabolum, et post mortem filiorum in locum cadauerorum sepeliri debent.

20) Debet — sacramentum?] Reb.: an etiam ad Sacramentum cogendi essent.

21) Non,] Reb.: Nequaquam,

22) *man sage* — miror,] Reb.: doceantur, admoneantur, alliciantur, vt spem veniae, Sed miror,

23) Quaestio.] Reb.: Quaerebatur, — *Sectio sic ordiens*, in Cod. fol. 479b lin. 3—17. *subsequenti capiti* „Christus“ *inscripto proxime praecedit*, *ap.* Reb. *vero non hoc loco* (II, fol. 138a *post* lin. 12.), *sed superiore* (II, fol. 136b lin. 21. — fol. 137a lin. 6.) *exhibetur*, *paucis mutatis.*

24) suae familiae] Reb.: liberis et familiae suae

25) mea.] *a* Reb. *abest.*

26) etc.] Reb.: et

27) audeant] Reb.: audent

28) non adducerent sacerdotes,] Reb.: non vocarent ministros Ecclesiae,

29) Nullus liber — *gehöret haben.*] *sic prima huius capitis sectio in* Cod. *legitur*; *ap.* Reb. *autem eodem loco* (II, fol. 138a lin. 14. — fol.

tem pios maxime Christi sacerdotium, *dass er ein pfaff ist*, non [*fol. 480a*] ita quod est Rex, quia animi semper cogitant ipsum esse iudicem. Christus gratis quidem praedicauit, *) tamen accepit collata a pijs mulieribus. Ego saepius miratus sum, **) quod Christus a munere publico docendi abstinuerit usque ad annum 30. Cum interim maximam impietatem, sacrilegia, cultus impios, blasphemias in Deum, haereses, ac sectas perniciosas in populo Dei audire et uidere coactus sit, *das ihm darfur mochte das hertz tzerbrochen sein*, et tamen potuit se continere usque ad illud tempus, quo uocatus est, seque grauiter gessit, *wie wirdt er so manchen* rancidum *sophisten gehöret haben.* a9)

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 360. cap. 7. §. 80. sect. 1.

**) *Conf.* ibid. I. p. 416. cap. 7. §. 177.

139a lin. 6 med.) *exhibetur haecce prolixior:* Deus omnipotens aeternus, essentia vnus, persona trinus, λόγον et Messiam, coaeternum coaequalem, gloriae suae splendorem, Characterem suae substantiae ab aeterno genuit, qui imago DEI est inuisibilis, primogenitus omnis creaturae, in quo omnes thesauri sapientiae et essentiae absconditi sunt, qui est heri, hodie et in secula. Hoc, verbum incarnatum, et a spiritu natum, ac inuiolata virgine genitum, iuxta promissiones et Prophetarum vaticinia, verus Deus et verus homo, vna persona duabus naturis consistens, redemptor generis humani declaratus, differentia, miraculis, passione, resurrectione, ascensione, quibus medijs et meritis patrem reconciliauit, per quem solum, DEVS Pater agnoscitur et inuocatur, hunc aeternum Dei filium, Sathan varijs haeresibus sectis, superstitiosis cultibus, Idolatrijs personam illius, naturas, officium, merita obscurare tentat, et praecipue hoc vltimo Antichristi regno, Christi beneficia et merita sunt obscurata, et in conscientijs hominum fere extincta, ita vt humana opera et merita, et cultus fictitij, mortuorum Sanctorum intercessiones pluris aestimati sint, quam Christi merita. Hoc miseris conscientijs accidit, quae extra verbum Dei in tenebris et humanarum traditionum persuasionibus fascinatae fuerant. Quapropter Christus agnoscendus est, ex sacris Biblijs, quae in eum solum, vt σκοπον respicinut. Deutero. 18. Prophetam ex fratribus tuis, et Matthaei 3. et 17. vox de coelis sonat. Hic est filius meus, etc. Io. 5. Scrutamini scripturas, de me enim loquitur, qui ergo Christum non agnoscit ex sacra scriptura, merito decipitur, etiamsi omnes historias, exempla apprehenderit, non tamen saluabitur, Vigilemus igitur, vt Christum Dei Filium reuelatum vnicum Saluatorem osculemur, et hunc regem supra Sion montem constitutum confiteamur. Illi in timore et tremore seruiamus. At nullus sacrae scripturae liber Christum illiusque officium et sacerdotium magis clarificat, quam Epistola ad Ebraeos, Etsi Prophetae illius conceptionem, Euangelistae natiuitatem, Angeli locum et omnes circumstantias reuelauerint, ab adolescentia et pueritia illius omnes tacent, a trigesimo anno, in baptismi auguratione, Christi regnum describere incipiunt impletis septuaginta hebdomadibus Danielis vsque ad Christum ducem.

Christus incepit [30]) pascha edere *) iuxta legem Moisi [31]) die Iouis uesperi, quo tempore dies inchoabatur [32]) circa horam septimam. Deinde instituit nouum pascha, et lotis pedibus discipulorum et concionibus habitis, [33]) exijt in hortum, ubi captus est circa 8. noctis, quia illud ingens [*fol.* 480b] certamen non potuit diu durare. Ductus prius ad Hannam, deinde ad Caipham, [34]) ubi Petrus ter eum [35]) negauit, antequam Gallus bis caneret, scilicet ab hora 9. usque ad 12. Reliquum tempus usque ad diluculum et mane, consumpserunt in affligendo et conspuendo Christum. Summo [36]) mane pontifices congregato concilio primo audierunt Christum, postea cum adhuc esset mane, id est, nondum hora tertia, scilicet [37]) imminente hora illa ducunt Hiesum ad Pilatum, ibi accusando, [38]) ut crucifigeretur. Consumuntur fere horae tres, ita ut fere esset hora sexta, antequam crucifigeretur Christus. Hoc est quod Marcus dicit, Tertia [39]) Christum crucifixum, id est, nondum erat hora 6. Et Ioannes, quia [40]) propior sexta erat quam tertia, dicit Christum crucifixum esse hora 6. Hoc est ab hora nona [41]) mane Iudaei uiserunt [42]) Pilatum, ut Hiesus crucifigeretur, et uix tandem hora 12. [43]) impetrarunt. Et circa 12. cum iam aliquamdiu [*fol.* 481a] in cruce pependisset, factae sunt tenebrae et tandem circa horam nonam, hoc est uesperi hora 3. cum clamore ualido emisit spiritum. Et quia erat parasceue, inquit, [44]) properabant, ut deponerentur corpora eorum de cruce. Ita Christus quartam partem diei

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 337 sq. cap. 7. §. 36.

30) Christus incepit] *sectio ab his verbis ordiens et in* Cod. fol. 481b lin. 17. *verbis:* „talia proferre impune auderet“ *terminata, ap.* Reb., *qui eam inscripsit:* Horae passionis Christi a Coena, *non legitur proxime post priorem sectionem, quae ibi* fol. 139a lin. 6 med. *finitur, sed inferiore loco* fol. 140b lin. 20. — fol. 141b lin. 25.
31) legem Moisi] Reb.: Mosi legem
32) inchoabatur] Reb.: inchoatur
33) et concionibus hab.] Reb.: habita concione
34) prius ad Hannam, deinde ad Caipham,] *sic* Reb.; Cod.: prius ad Hannam Caipham,
35) eum] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*
36) Summo] Reb.: Summum
37) scilicet] *a* Reb. *abest.*
38) ibi accusando,] Reb.: accusando ipsum
39) Tertia] Reb.: tertia hora
40) quia] Reb.: quod
41) crucifixum — nona] Reb.: crucifixum, hora sexta ab hora nona
42) Iudaei uiserunt] Reb.: vrserunt Iudaei
43) et uix tandem hora 12.] Reb.: et tandem horam duodecimam vix
44) inquit,] *a* Reb. *abest.*

paschatis Iudaeorum requiescit in terra. Haec est una dies. Altera dies [45]) incepit post occasum solis die Veneris, et durabat [46]) per integram noctem, usque ad occasum diei sabbathi. Hoc totum tempus in sepulchro quieuit Christus, [47]) post occasum autem solis die sabbatho, incipit more Iudaeorum tertius dies, quem [48]) Iudaei unam sabbathorum appellant, hoc est, quae proxima erat sabbatho, quae in pascha inciderat. Hac die Dominica [49]) mane saluator noster resurgit. Et hoc [50]) est, quod credimus, resurrexit tertia die, non [51]) dicimus: post tres dies, *sondern am dritten tage.* [52])

Christus passus est [53]) innocentissime *) [*fol. 481b*] et [54]) iure dixit: Princeps mundi in me non habet quidquam, et tamen grauissime est passus [55]) et foedissime laceratus propter peccata nostra. [56]) Iudaei quidem uerbo, gentes facto illum [57]) crucifixerunt. Illa passio Christi [58]) est ingens prophetia de malitia gentium. [59]) Christus enim hodie in Ecclesia gentium plus patitur quam olim in synagoga [60]) Iudaeorum. Maior est [61]) blasphemia, contemptus et Tyrannus quam olim sub Iudaeis. In Italia cum de articulo fidei et iudicij extremi disseritur, respondet papa: [62]) Quare ita credis? Fac tibi bonum uultum. Hae et similes blasphemiae non tantum sunt solius papae, sed totius Italiae generalis sermo. [63]) Alioqui nullus hominum talia proferre impune auderet. [64])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 344. cap. 7. §. 43.

45) dies] *sic* Reb.; Cod.: die
46) durabat] *sic* Reb.; Cod.: durabit
47) Hoc t. t. — Christus,] Reb.: hoc tempus Christus quieuit in sepulchro,
48) die sabbatho — dies, quem] Reb.: Sabbatho die, tertius dies more Iudaeorum, ordine, quoniam
49) Hac die Dominica] Reb.: Hoc die Dominico
50) mane saluator n. r. Et hoc] Reb.: mane, cum iam dimidius dies illius tertij diei erat, resurgit Christus saluator noster exoriente die. Hoc
51) non] Reb.: non enim
52) *sondern am dritten tage.*] Reb.: sed tertio die,
53) Christus passus est] Reb.: Passus autem est Christus
54) et] Reb.: ideo
55) est passus] Reb.: passus
56) et foedissime — nostra.] Reb.: et propter peccata nostra foedissime laceratus.
57) gentes facto illum] Reb.: nos gentes autem facto Christum
58) passio Christi] Reb.: Christi passio
59) de malitia gentium.] Reb.: de malitia hominum, praecipue gentium.
60) synagoga] Reb.: Synagogis
61) est] Reb.: est enim
62) respondet papa:] Reb.: Respondit Papa ridens:
63) Italiae generalis sermo.] Reb.: Italiae, generalis sermo vbique sonat,
64) impune auderet.] Reb.: impune auderet et Christi merita ita calumniari,

Foderunt manus meas [illegible] et pedes meos.
Iudaei de crucifigendo Christo plane irrident, i
Christum non esse crucifixum. Nam neque Mos
phetae significant id genus tormenti fuisse usita
daeos, sed lapidationem et combustionem. Il
Quod Romani non iuxta leges Iudaeorum, sed s
tium morem Christum crucifixerunt et occiderun
die in Syria homines suspenduntur sicut in Vn
fixi. Ergo illa consequentia Iudaeorum non ua
non esse crucifixum, quia non legitur in Mose
tormenti, nisi de suspensione in ligno, sed non
manuum et pedum. [70])

Descendit ad inferos [71]) etc. **) Hic simplic
tentiam protulit D. M. Lutherus, [72]) Christum
scendisse pro nobis ad inferos destruendos [73])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 345. cap. 7. §. 44. sec
**) *Conf.* ibid. I. p. 345. cap. 7. §. 46.

65) D. Martinus uesperi — fuit afflictus.] *haec, quae in* C
18—22. *leguntur, ap.* Reb. *desunt.*
66) Augustini dictum — duplo conniuere,] Reb. *haec proxi*
ba in nota 64. *allata*, (II, fol. 141b lin. 26.—fol. 142
hibet: ita cum Augustini dictum pijssimum sit, Christi pas
Christum suo simplo, nostro duplo conniuere,
67) quia] *sic* Reb.; Cod.: qui
68) nostra] *sic* Reb.; Cod.: Nostro
69) autem mors] Reb.: mors autem
70) Foderunt manus meas — — perforatione manuum et ped
quae in Cod. fol. 482a lin. 6—20. *exstat, ap.* Reb
nitur.
71) Descendit ad inferos] *sectio sic ordinat, ap.* Reb. [illegible]

t Ioannes clare dicit. Vestes erant ephippia. Fuit [82]) ingressus iuxta prophetiam Zachariae. Nam cum a Bethphage [83]) iuxta montem oliueti, *welches so gewest von Hierusalem als die brucke von Witten-* ibi ex recenti miraculo Lazari [85]) magna caterua ıcessit [86]) et secuta est clamans, *do hat er seine nein geschickt die Esel tzu holen, hat schlechts wollen* [87]) ad implendam prophetiam. Ego puto Christum e prophetiam, [88]) sed Apostolos et Euangelistas usos ɔnio. Christus interim [89]) praedicauit [*fol.* 483ᵃ] et ıs est. Ipse populus autem honorauit eum [90]) ra- ·um et palmis, [91]) quae sunt signa pacis et uicto-

---

: Luth. colloq. germ. I. p. 343 sq. cap. 7. §. 42.

Reb.: At
t] Reb.: possit
ɔnesi,] Reb.: in Genesi de Iacob dicitur,
] *sic scripsi* (= *hebr.* קֻבָּר); Cod.: Koher, Reb.: Cober
] *sic* Reb.; Cod.: schola
ueteres — distribuunt.] *a* Reb. *absunt.*
ssus Christi — *eintzug gewest.*] Reb.: Deinde dixit de ingressu i Hierosolymam in die Palmarum, fuit ingressus valde ridiculus. —
: *verba sp.* Reb. *non proxime post verba extrema praeceden-sectionis, quae ibi* fol. 142ᵃ lin. 11. *ineunte finitur, sed paulo in-s* fol. 142ᵃ lin. 25 exeunte — fol. 142ᵇ lin. 26. *leguntur.*
tus t. Rex] Reb.: Tantus rex Christus
s erant — mirabilis] Reb.: Ephippia eius erant vestes, mirabilis est
thphage] *sic* Cod.; Reb.: a Betania ad Bethphage
bes — *Wittenberg,*] Reb.: quae villa distat a Hierusalem in tantum um distat pons a nostra ciuitate,
il Reb.: Lazari resuscitati

D. Martinus uesperi in Locha *) dicebat: *Ach wie gerne wolte ich einen abent bei dem herrn Christo gewest sein, wen er einmahl frolich ist gewest,* qui alioqui satis fuit afflictus. [65]

Augustini dictum pijssimum, qui dicit, Christum suo exemplo nostro duplo conniuere, [66]) et [*fol.* 482ᵃ] ita perfectum numerum reddere. Nam Christi mors dicitur simplum, quia [67]) tantum carne moritur, nostra [68]) autem mors [69]) duplum, quia corpore et anima aeternaliter damnati essemus propter peccata nostra.

Foderunt manus meas [70]) et pedes meos. Hunc textum Iudaei de crucifigendo Christo plane irrident, imo dicunt iam Christum non esse crucifixum. Nam neque Moses neque prophetae significant id genus tormenti fuisse usitatum apud Iudaeos, sed lapidationem et combustionem. Illis respondeo. Quod Romani non iuxta leges Iudaeorum, sed secundum gentium morem Christum crucifixerunt et occiderunt. Adhuc hodie in Syria homines suspenduntur sicut in Vngaria palo affixi. Ergo illa consequentia Iudaeorum non ualet, Christum non esse crucifixum, quia non legitur in Mose de hoc genere tormenti, nisi de suspensione in ligno, sed non de perforatione manuum et pedum. [70])

Descendit ad inferos [71]) etc. **) Hic simpliciter suam sententiam protulit D. M. Lutherus, [72]) Christum [*fol.* 482ᵇ] descendisse pro nobis ad inferos destruendos [73]) sicut psalmo

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 345. cap. 7. §. 44. sect. 2.
**) *Conf.* ibid. I. p. 345. cap. 7. §. 46.

65) D. Martinus uesperi — fuit afflictus.] *haec, quae in* Cod. fol. 481ᵇ lin. 18—22. *leguntur, ap.* Reb. *desunt.*
66) Augustini dictum — duplo conniuere,] Reb. *haec proxime post illa uerba in nota* 64. *allata,* (II, fol. 141ᵇ lin. 26.—fol. 142ᵃ lin. 2.) *sic exhibet:* ita cum Augustini dictum pijssimum sit, Christi passionem ornet, qui Christum suo simplo, nostro duplo conniuere,
67) quia] *sic* Reb.; Cod.: qui
68) nostra] *sic* Reb.; Cod.: Nostro
69) autem mors] Reb.: mors autem
70) Foderunt manus meas — — perforatione manuum et pedum.] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 482ᵃ lin. 6—20. *exstat, ap.* Reb. *A. l. non inuenitur.*
71) Descendit ad inferos] *sectio sic ordiens, ap.* Reb. *proxime post priorem sect.* „Augustini dictum pijssimum — — propter peccata nostra.“ *subsequitur* (II, fol. 142ᵃ lin. 3—11 init.).
72) etc. Hic — D. M. Lutherus] Reb.: Hic M. L. simpliciter suam sententiam protulit,
73) ad inf. destr.] Reb.: ad destruendos inferos,

16. et Actorum 2. probatur, sed [74]) curiosis et contentiosis sciolis hic posset [75]) occasio disputationis occurrere, Infernum pro sepulchro accipi, sicut in Genesi, [76]) Cum hic non sit Keber, [77]) id est fouea, sed scala, [78]) id est, gehenna. Nam ueteres quatuor inferni species distribuunt. [79])

Ingressus Christi Hierosolymam. *) ***Ist ein loeppischer schreibischer eintzug gewest.*** [80]) Christus tantus Rex [81]) asino insedit, ut Ioannes clare dicit. Vestes erant ephippia. Fuit mirabilis [82]) ingressus iuxta prophetiam Zachariae. Nam cum uenisset a Bethphage [83]) iuxta montem oliueti, ***welches so nahe ist gewest von Hierusalem als die brucke von Wittenberg,*** [84]) ibi ex recenti miraculo Lazari [85]) magna caterua eum praecessit [86]) et secuta est clamans, ***do hat er seine Junger hinein geschickt die Esel tzu holen, hat schlechts wollen reittenn,*** [87]) ad implendam prophetiam. Ego puto Christum non citasse prophetiam, [88]) sed Apostolos et Euangelistas usos eo testimonio. Christus interim [89]) praedicauit [*fol.* 483[a]] et lachrimatus est. Ipse populus autem honorauit eum [90]) ramis oliuarum et palmis, [91]) quae sunt signa pacis et uicto-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 343 sq. cap. 7. §. 42.

74) sed] Reb.: At
75) posset] Reb.: possit
76) in Genesi,] Reb.: in Genesi de Iacob dicitur,
77) Keber] *sic scripsi* (= *hebr.* קֶבֶר); Cod.: Kober, Reb.: Cober
78) scala] *sic* Reb.: Cod.: schola
79) Nam ueteres — distribuunt.] *a* Reb. *absunt.*
80) Ingressus Christi — *eintzug gewest.*] Reb.: Deinde dixit de ingressu Christi Hierosolymam in die Palmarum, fuit ingressus valde ridiculus. — *Haec verba ap.* Reb. *non proxime post verba extrema praecedentis sectionis, quae ibi* fol. 142[a] lin. 11. *incunte finitur, sed paulo infertus* fol. 142[a] lin. 25 exeunte — fol. 142[b] lin. 26. *leguntur.*
81) Christus t. Rex] Reb.: Tantus rex Christus
82) Vestes erant — mirabilis] Reb.: Ephippia eius erant vestes, mirabilis est
83) a Bethphage] *sic* Cod.; Reb.: a Betania ad Bethphage
84) *welches — Wittenberg,*] Reb.: quae villa distat a Hierusalem in tantum quantum distat pons a nostra ciuitate,
85) Lazari] Reb.: Lazari resuscitati
86) eum praecessit] Reb.: Christum processit
87) *do hat er — reitten,*] Reb.: ibi discipulos suos intromisit ad auferendos Asinos, quia equitare voluit,
88) Ego puto — prophetiam,] Reb.: Neque arbitror Prophetiam Christum citasse,
89) Christus interim] Reb.: Interim Christus
90) Ipse populus autem (Cod. aut) hon. eum] Reb.: At populus eum honorauit
91) palmis,] Reb.: Palmarum,

ad fidem et charitatem, scilicet gloriam Deo et pacem in terris etc. [18])

Noribergenses [19]) in cantione quadam uerba de Beata Virgine transtulerant [20]) ad Christum: O Hiesu Christe, [21]) fili Dei, qui tollis peccata mundi, ora pro nobis. *O das ist eine grobe Naumburgische saw*, qui uolentes [22]) uitare Scyllam, [*fol. 484b*] incidunt in Charybdim. Nam orare pro nobis non conuenit Christo, quia dicit in Ioanne: [23]) Ego non amplius pro uobis rogabo [24]) patrem, sed ipse pater amat uos etc. [25]) Ita ex Christo intercessore faciunt sanctum quendam orantem pro nobis. [26])

Festum annuntiationis *) merito dicendum incarnationis. Angli et Galli ab hoc festo initium anni numerant. [27])

Anno 39. 9. Aprilis **) dicebat [28]) de resurrectione Christi per uerbum Euangelij, quae non fieret sine terrae motu, [29]) sicut etiam Christus ingenti terrae motu [30]) e sepul-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 310. cap. 7. §. 7. sect. 1. init.
**) *Conf.* ibid. I. p. 345 sq. cap. 7. §. 47.

18) gloriam Deo — etc.] Reb.: gloria in Deo et pacem in terris optantes. — *Sectio his verbis terminata in* Cod. fol. 484a lin. 16., *ap.* Reb. II. fol. 140a lin. 6. med. *finitur.*

19) Noribergenses] *Sectio ab hoc nomine incipiens, quae in* Cod. *h. l. praecedentem* (fol. 484a lin. 17 sqq.) *subsequitur, ap.* Reb. *inferiore loco, scil.* fol. 143a lin. 9—18. *proxime ante* Epitaphium Saluatoris *etc. legitur.*

20) transtulerant] Reb.: transtulerunt

21) Christe] *a* Reb. *abest.*

22) *O das ist* — uolentes] Reb.: O magna haec est inscitia Noribergensis, qui volunt

23) non conuenit — in Ioanne: Reb.: Christo non conuenit, quia in Ioanne dicitur.

24) pro uobis rogabo] Reb.: orabo

25) amat uos etc.] Reb.; diligit vos.

26) faciunt sanctum — pro nobis.] Reb.: sanctum quendam orantem pro nobis faciunt.

27) Festum annuntiationis — numerant.] *pro his, quae in* Cod. fol. 484b lin. 7—9. *leguntur, ap.* Reb. *proxime post verba in praecedente nota* 18. *allata,* fol. 140a lin. 6. med. — lin. 9. *haec exhibentur:* Ideo tria Christi festa summa deuotione, meditandi, et Festum Annunciationis Mariae merito appellandum festum incarnationis Christi

28) Anno 39. 9. Aprilis dicebat] Reb.: Deinde dicebat — *In* Cod. *sectio ab illis verbis ordiens inuenitur* fol. 484b lin. 10—18., *ap.* Reb. *autem verba:* Deinde dicebat — — quam quies *(quibus haec sectio terminatur) proxime post verba:* sed scala, id est, gehenna (*vide supra* p. 41. lin. 4.), fol. 142a lin. 11—17. *exhibentur.*

29) terrae motu] Cod.: terre moto

30) sicut etiam Christus ingenti terrae (Cod.: terre) motu] *haec ap.* Reb. *omissa sunt.*

chro prodijt. Ita hodie et semper erit tumultus in mundo, [31]) cum Christi iustitia et sanctitas praedicatur, et quis eam solam confitetur. [32]) Sed ille terrae motus est pijs salutaris et iucundus et [33]) magis optandus quam quies.

Iudaei [34]) imaginantur regnum Christi [35]) politicum. Ita etiam Apostoli, ut [36]) Ioannes 14. [*fol.* 485a] Domine quid fiet, quod manifestaturus sis te nobis et non mundo. *ich meinete, die gantze welt solte deine herligkeit sehen,* [37]) ut esses imperator et nos 12 reges, quibus regna essent distributa, [38]) et quilibet haberet sub se sex discipulos Barones, *das weren die* 12 discipuli. *Also haben die lieben* Apostoli *schon das landt ausgeteilett,* [39]) Platonica opinione, sed [40]) Christus suum regnum longe aliter definit, ut sequitur: Si quis diligit me etc. [41])

Mysterium Incarnationis Christi*) est ineffabile [42]) et imperuestigabile humanae rationi, *dass gott die hochste maiestet sich in vnnser fleisch also geschenckt hat, wann wir* [43]) *den Christum hetten, so hetten wir alles,* et recitauit textum Coloss. 2. graece, ubi ἐν αὐτῷ [44]) saepius ab Apostolo reci-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 308. cap. 7. §. 4.

31) hodie — in mundo] Reb.: et hodie et semper in mundo erit tumultus,

32) et sanctitas pr. — confitetur.] Reb.: et sanctitas sola praedicatur et manifestata,

33) est pijs salut. — et] Reb.: salutaris et iucundus est, pijs

34) Iudaei] *sectio ab hac voce ordiens in* Cod. *h. l.* (fol. 484b lin. 19. — fol. 485a lin. 10.) *exstat, ap.* Reb. *autem paulo inferius* fol. 142b lin. 27. — fol. 143a lin. 8. *affertur.*

35) imaginantur r. Chr.] Reb.: imaginabantur Christi regnum

36) Apostoli, ut] Reb.: Apostoli sperant,

37) *ich meinete — sehen,*] Reb.: Cum tamen totum mundum, tuam videre maiestatem existimabam,

38) essent distr.] Reb.: distributa essent,

39) et quilibet haberet — *ausgeteilett,*] Reb.: et quilibet Apostolus sex sub se haberet discipulos quasi Barones, Sic enim Apostoli Iudaeam distribuerunt.

40) sed] Reb.: At

41) ut sequitur — me etc.] Reb.: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

42) Mysterium Incarnationis Christi est ineffabile] *sectio ab his verbis ordiens et vocibus:* „contemptum in mundo." *terminata, quae in* Cod. *h. l.* fol. 485a lin. 11 — 20. *exhibetur, ap.* Reb. II, fol. 140a lin. 10 — 20 init. *proxime post verba:* „festum incarnationis Christi", *quae supra in nota* 27. *allata sunt, sic legitur:* ineffabile est, et imperuestigabile humanae rationi, quod Deus summa maiestas nostram assumpserit carnem fragilem, si hunc haberemus Christum, omnia sua bona quoque possideremus, et recitauit textum Pauli ad Coloss. 2. vbi in eodem capite vltra vigesies mentionem faceret, in quo textu Paulus ex animo, et summa cum diligentia omnibus hominibus hunc Christum imaginari conatur. Sed proh dolor nihil magis est praeter contemptum in mundo.

43) *wir*] Cod. *male: mir*

44) αὐτῷ] Cod. *falso:* ταυτο

tatur et repetatur. *do er so hoch vnnd fleissig allen menschen den Christum einbildet.* sed proh dolor nihil est magis contemptum in mundo.

[fol. 485b] ITINERA CHRISTI HIEROSOLYMAM. [45]

Christus vixit 33 annos*) in terra. [46]) et singulis annis ter Hierosolymam ascendit. *das macht hundert mal nauff getzogen.* Quod si [47] papa posset gloriari Christum tantum semel fuisse Romae, *wie ein ruhmen soltte sich da erhebenn.* Et [48]) tamen haec ciuitas Hierusalem perijt funditus. [49]) Magna Dei gratia est. [50] quod filium suum dedit in carnem, quod mysterium nullus hominum potest considerare. et tamen tam frigidi et ingrati sumus. *pfu dich des schendtlichen Adams fals, das ich diesen nicht sol lieb haben, der mich vom ewigen tode so teuer erlöset hat.* [50]

Cum Doctor Martinus Lutherus consideraret [51]) imaginem pueri Hiesu in ulnis matris. suspirabat [52]) propter articulum Incarnationis. *Ach das wir doch solch herlich werk göttlicher barmherzigkeit ein wenig betrachteten vnnd nicht so hinschleudertten. pfu dich du schentlicher* [fol. 486a] *vnglaube, wie stellestu dich gegen dem freundtlichen gnedigen willenn deines*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 310. cap. 7. §. 7. sect. 2. et §. 8.

45) Itinera Christi Hier.] *haec usque ad verba:* Hierusalem perijt funditus, *quae in* Cod. fol. 485b lin. 1 — 5 init. *leguntur*, Reb. II, fol. 142a lin. 15 — 25 med. *refert.*

46) in terra] *a* Reb. *absunt.*

47) *das macht* — Quod si] Reb.: hoc est centies ascendit. Si

48) fuisse Romae — Et] Reb.: Romae fuisse, quanta ibi existeret gloriatio. Cum

49) ciuitas Hierus. perijt funditus.] Reb.: ciuitas sancta Hierusalem funditus extirpata sit.

50) Magna Dei gratia est — — *so teuer erlöset hat.*] *haec altera huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 485b lin. 8 med. — 14. *refertur, ap.* Reb. *superiori loco*, fol. 140a lin. 20 med. — 27. *proxime post verba extrema loci in nota* 42. *allati:* „praeter contemptum in mundo." *sic exhibetur:* Nam ineffabilis Dei est gratia, quod Filium in carnem nostram dederit, quod mysterium nullus hominum considerare potest, et tamen tam frigidi et ingrati sumus. Detestandus est Adae lapsus foedissimus, quod illum, qui me preciosissimo suo sanguine ab aeterna morte et Sathana redemit, maximo amore amplecti et osculari non deberem.

51) Cum D. M. Luth. consideraret] Reb.: Deinde considerabat — *Haec verba et seqq. ap.* Reb. *proxime post ea, quae in nota* 50. *retuli, leguntur* fol. 140a lin. 28. — fol. 140b lin. 7. *aeque ac in* Cod. *haec sectio* fol. 485b lin. 15. — fol. 486a lin. 4. *praecedentem subsequitur.*

52) suspirabat] Reb.: suspirans

gottes, der du sonst in allen Creaturen lebenn wilst. [53]) O peccatum Adae quid fecisti.

Scriptura *) plena est [54]) testimoniorum de diuinitate Christi, maxime uero Ioannes Ioan. 8. [55]) principium quod et loquor uobis, Ego sum. Iudaei offensi interrogabant, quis esset. Ille respondit: *Ich bin Euer prophet vnnd prediger*, iuxta locum Deuteron. 18. Quasi diceret: [56]) Primum me audite, tunc uidebitis, quis ego sim. Ego sum ille, de quo Moises prophetauit Deuteron. 18. [57]) Mitius sonat quam si dixisset: Ego sum Messias uester. Sed hoc loco Augustinus optimus Doctor ualde se torsit. Ideo sancti patres cum iudicio legendi sunt.

Si Adam [58]) non peccasset, non fuisset usus frumento, sed fructibus. Christus autem post resurrectionem edit panem, non necessitate aut fame, sed ut testaretur se uere esse Christum et uere uiuere. [58])

Nota. *Ut etiam in hoc capite lector varietatem ordinis, quo singulae sectiones in* Cod. *et ap.* Reb. *dispositae sunt et aliam utriusque diversitatem facilius conspiciat, aeque ac supra p. 23. feci, hanc addo tabulam, in qua* Rebenstockii *ordinem sequor:*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 304. cap. 7. §. 1. sect. 1.

53) *Ach das wir doch — lebenn* (Cod. *clebenn*) *wilst.*] Reb.: dixit: vtinam opera tam praeclara, Dei misericordiam considerare, et summo in honore habere, nec ita negligere possemus, O fœda credulitas, cur non agnoscit voluntatem Dei benignissimam, qui alias omnibus inhaeres creaturis, et Deo tuo fidelissimo non confidis,

54) Scriptura plena est] Reb.: Ita sacra scriptura plena est — *Sectio, quae ab illis verbis incipit et verbis:* „cum iudicio legendi sunt." *finitur, in* Cod. *h. l.* fol. 486[a] lin. 5 — 17. *invenitur, ap.* Reb. *autem* fol. 139[a] lin. 6 med. — 17 med. *proxime annexa est illi loco, quem supra p.* 36 sq. *nota* 29. *adscripsi.*

55) maxime uero — Ioan. 8.] Reb.: praecipue Ioannes Euangelista cap. 8.

56) loquor uobis — Quasi diceret:] Reb.: loquor, etc. Ego vester sum Propheta, et concionator, vt Deut. 18. Scriptum est, quasi dicat,

57) Moises proph. Deut. 18.] Reb.: Moses et Prophetae vaticinati sunt,

58) Si Adam — et uere uiuere.] *pro his, quae in* Cod. fol. 486[a] lin. 18 — 22. *leguntur,* Reb. fol. 139[a] lin. 17 med. — 27. *proxime post praecedentem sectionem habet haecce a* Cod. *diversa:* Ego saepius miratus sum, quod Christus a publico docendi munere, vsque ad annum trigesimum aetatis abstinuerit, cum interim maximam impietatem, sacrilegia, blasphemias, impios cultus, haereses, perniciosas sectas, in populo Dei audire et videre coactus sit, etiam summo cum dolore animi, et tamen potuit se continere vsque ad illud tempus, quo vocatus est seque grauiter gessit, multos sane rancidos Sophistas ad poenitentiam agendam vocauit.

Reb. II. fol. 138a lin. 14. — fol. 139a lin. 6 med. *differt a* Cod. fol. 479b lin. 19. — fol. 480a lin. 15 med. (*vide supra p.* 36 sq. *notam* 29.)
— — fol. 139a lin. 6 med. — 17 med. = Cod. fol. 486a lin. 5 — 17. (*v. p.* 47. *not.* 54.)
— — fol. 139a lin. 17 med. — 27. *differt a* Cod. fol. 486a lin. 18 — 22. (*v. p.* 47. *not.* 58.)
— — fol. 139a lin. 28. — fol. 140a lin. 6 med. = Cod. fol. 483b lin. 3. — fol. 484a lin. 16. (*v. p.* 42. *not.* 5. *et p.* 44. *not.* 18.)
— — fol. 140a lin. 6 med. — 9. = Cod. fol. 484b lin. 7—9. (*v. p.* 44 *not.* 27.)
— — fol. 140a lin. 10—20 init. = Cod. fol. 485a lin. 11—20. (*v. p.* 45 *not.* 42.)
— — fol. 140a lin. 20 med. — 27. = Cod. fol. 485b lin. 8 med. — 14. (*v. p.* 46. *not.* 50.)
Im bergwerg [5]) **)* Sathan multos deludit fascinationibus, [6]) eos dementans, quasi uideant magnam copiam aeris et argenti, cum tamen nihil sit. Nam si homines supra terram sub sole potest [7]) fascinare, ut rem aliquam aliter conspiciant, *so kan ers sonderlich im bergwerge thun,* [8]) ubi homines plerumque deluduntur. Non nego quidem in multis scaptesulis [9]) aes inueniri, estque singulare Dei donum, [10]) sed non omnibus datur. *Ich weiss, das ich kein glucke im bergwerge habe, alle andern mussen mein entgelten,* quia [11]) Sathan non fauet mihi hoc Dei donum, *dess bin ich auch wol tzufriedenn.* [12]) [*fol. 500b*] Ideo detrectauit [13]) donum Ele-

---

**) Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 30. cap. 24. §. 24.

98) miratus est — *schencken.*] Reb.: eam vt insigne Dei opificium mirabatur, dicens: si vnicus tantum homo tantae esset potentiae, vt vnicam tantum conficeret rosam, laude non exigua dignus esset.

98a) innumerabilia] Reb.: immunerabilia

99) nihil aestimantur. — — *geschnitten.*] Reb.: vili penduntur, videmus enim quomodo Deus parentibus det liberos ventris fructum, illis similem, ibi rusticus tres vel quatuor filios sibi similes, quasi suis ex oculis cecidissent, habere debet.

100) contemnuntur assiduitate,] Reb.: assiduitate contemnuntur,

1) similes parentibus.] Reb.: parentibus similes.

2) Sicut Dido ad Aeneam dixit:] *sic* Reb.; *in* Cod. *desunt.*

3) hoc posuerunt,] Reb.: apposuerunt,

4) *dass einem — werden.*] Reb.: filios imaginem parentum non gerere.

5) *Im bergwerg*] Reb.: Item in argentifodinis

6) deludit fascin.] Reb.: fascinationibus deludit

7) potest] Reb.: Diabolus potest

8) aliter consp. — *thun,*] Reb.: alio modo possint conspicere, multo melius sine vllo labore et difficultate, facere haec potest in Argentifodinis,

9) scaptesulis] *sic scripsi;* Cod.: scaptensilis, Reb.: Scaptensulis

10) estque singulare D. donum,] Reb.: quia singulare Dei donum est,

11) *Ich weiss, das* — quia] Reb.: scio fortunam mihi non fauere in rebus metallicis et caeteros omnes damnum oportet pati propter me,

12) *dess bin ich — tzufriedenn.*] Reb.: et ego propterea non irascor.

13) detrectauit] Reb.: detrectauit D. Mart. Luth.

ctoris Saxoniae, *der ihm tzwene kuxe* [14]) *wol lassen tzuschreiben*, [15]) gratias agens Principi contentus suo stipendio, dicens: *Ich bin des bapsts laus, den tzwacke ich, der ernehret mich, vnnd von seinem gutte nehre ich mich.* [16])

Nota. *Ut lector facilius intelligat, quantopere ordo sectionum, quae in* Cod. fol. 490b lin. 9. — fol. 500b lin. 6. *leguntur, a* Rebenstockii *Editione differat, hoc quoque loco addo earum conspectum ex ordine* Rebenstockianae Editionis *dispositum:*

Reb. II. fol. 146a lin. penult. — fol. 146b lin. 28 med. = Cod. fol. 493a lin. 7. — fol. 493b lin. 8. (*vide* p. 60. notam 82.

— — fol. 146b lin. 28 med. — fol. 147a lin. 6. = Cod. fol. 491a lin. 3 — 10. (*v.* p. 56. notam 45.)

— — fol. 147a lin. 7 — 23 med. = Cod. fol. 491b lin. 12. — fol. 492a lin. 7. (*v.* p. 58. not. 54.)

— — fol. 147a lin. 23 med. — fol. 147b lin. 2. = Cod. fol. 492b lin. 6 — 12. (*v.* p. 59. not. 71.)

— — fol. 147b lin. 3 — 14 init. = Cod. fol. 491b lin. 1 med. — 11. (*v.* p. 57. not. 53.)

— — fol. 147b lin. 14 — 25. = Cod. fol. 491a lin. 11. — fol. 491b lin. 1 med. (*v.* p. 56. not. 46.)

— — fol. 147b lin. 26. — fol. 148a lin. 12. = Cod. fol. 492a lin. 8. — fol. 492b lin. 5. (*v.* p. 58. not. 66.)

— — fol. 148a lin. 13 — 27. = Cod. fol. 492b lin. 13 — fol. 493a lin. 6.

— — fol. 148a lin. 28. — fol. 148b lin. 12. med. = Cod. fol. 496a lin. 5 — 20 (ult.) (*v.* p. 61. not. 89. *et* p. 64. not. 28.)

— — fol. 148b lin. 12 med. — fol. 149a lin. 15 med. = Cod. fol. 493b lin. 9. — fol. 494b lin. 2.

— — fol. 149a lin. 15 med. — fol. 149b lin. 1 med. = Cod. fol. 495a lin. 10. — fol. 495b lin. 4.

— — fol. 149b lin. 1 med. — 15 med. = Cod. fol. 490b lin. 10. — fol. 491a lin. 2. (*v.* p. 55. not. 34. *et* p. 63. not. 16.)

— — fol. 149b lin. 15 med. — fol. 150a lin. 4. = Cod. fol. 495b lin. 5. — fol. 496a lin. 4.

— — fol. 150a lin. 5. — fol. 151b lin. 14. = Cod. fol. 496b lin. 1. — fol. 498b lin. penult.

— — fol. 151b lin. 15. — fol. 152a lin. 1 med. = Cod. fol. 499b lin. 12. — fol. 500a lin. 8.

— — 152a lin. 1 med. — 19 med. = Cod. fol. 498b lin. ult. — fol. 499a lin. antepenult.

— — 152a lin. 19 med. — fol. 152b lin. 11. = Cod. fol. 500a lin. 9. — fol. 500b lin. 9.

---

14) *kuxe*] *sic scripsi*; Cod.: *kukess*

15) Saxoniae, *der — tzuschreiben,*] Reb.: qui illi duas partes ascribi mandauerat, inde metallorum materia,

16) *Ich bin — ich mich.*] Reb.: Ego enim de bonis et facultatibus Papae viuo et ipse me alere cogitur.

DE THRACIO. LAPIDE. [17]

Thracius lapis nascitur [18] in ponto, fluuio Scythiae, [19] ardet in aqua, et perfusus [20] oleo extinguitur. Haec imago non est frustra posita, sed haud dubie pingit mores Hypocritarum, qui ardent incredibili studio cumulandi bona opera, exercitiaque ceremoniarum conspersa aqua, [21] id est, traditionibus humanis. Econtra uero perfusi oleo, [22] id est, audita praedicatione Euangelij, fiunt, [23] segniores, et putant in Euangelio impunitatem scelerum [24] concedi. Vide Nicandrum et Dioscoridem de isto lapide etc. [25]

AMIANTHOS uenit ab *α* et *μίθω*, polluo, immaculatus. Dioscorides [26] lib. 5. cap. 93. [*fol. 501*ᵃ] in fine insignem historiam recitat de Amiantho et Aethite. Amianthus nascitur [27] in Cypro, cumque sit ea mollitudine, ut possit ex eo aliquid [28] texi, conficiuntur ex eo tela, quae in ignem coniecta ardent, nec quidquam detrimenti capiunt ex inflammatione, [29] sed fiunt pulchriora. Hic lapis est imago Ecclesiae, quae uere est Amianthus, in hac quidem uita, imputatione, postea uero in uniuersali resuscitatione accepta nouitate integra perfecte erit Amianthus. Nec calamitatum quidquam detrahit [30] integritati Ecclesiae, sed eo maius [31] habet decus, quod est uera agnitio Dei, inuocatio. [32] Deinde addit aliam narrationem. [33] Aethites, inquit, inde nomen habet, quod in nidis aquilarum inueniatur, et hanc uim habet, [34] ut alligatus [35] sinistro brachio grauidae, foetum contineat,

---

17) De Thracio lapide.] Reb.: Lapides preciosi.
18) nascitur] *a* Reb. *abest.*
19) Scythiae] *sic* Reb.; Cod.: Schitiae
20) perfusus] Reb.: profusus
21) bona opera exercitiaque ceremoniarum conspersa aqua,] Reb.: opera bona, et exercitio ceremoniarum (aqua conspersa)
22) perfusi oleo,] Reb.: oleo profusi,
23) fiunt] Reb.: sunt
24) impunitatem scelerum] Reb. *male*: impuritatem sceleri
25) Vide — lapide etc.] Reb.: De hoc lapide Dioscorides et Nicander scribunt.
26) polluo, immaculatus. Dioscorides] Reb.: Id est, polluo, de quo discorides
27) Amianthus nascitur] Reb.: Nascitur enim Amianthus
28) ex eo aliquid] Reb.: aliquid ex eo
29) detrimenti capiunt ex infl.] Reb.: ex inflammatione detrimenti capiunt,
30) calamitatum quidquam detrahit] Reb.: calamitates quidquam detrahunt
31) maius] Reb.: magis
32) inuocatio.] Reb.: inuocatio, etc.
33) narrationem.] Reb.: rationem,
34) inueniatur, et hanc uim habet,] Reb.: reperiatur, et vim habeat,
35) alligatus] Reb. allegatus

ne fiat ἔκτρωμα, id est, abortus et in ipso partu adiuuat editionem, et lenit dolores parturientium. Addit etiam, quod fures [*fol. 501*^{b}] adhibito hoc lapide possint deprehendi.

CASSIA est similis Cynamomo, habens uim purgantem oculos et medentem morsibus [36]) uiperarum. Est Cassia [37]) imago Euangelij, quod lucem restituit pulsa caligine, estque [38]) remedium uniuersale opponendum omnibus morsibus uiperarum, id est, Diabolorum et organorum eius.

ALOE quinque facultates [39]) habet praecipuas, quas Galenus recenset in libello, cui titulus est, quod animi mores respondeant temperamentis corporum. Prima est καθαρκτικὴ, [40]) id est, purgans. Secunda τονωτικὴ, [41]) id est, uirtus intensiua, armans uim uentriculi, ne laedatur a reliquis medicamentis. Tertia μωλυτικὴ, [42]) id est, glutinans uulnera, quae sint [43]) in carne. Quarta κατουλωτικὴ, [44]) id est, inducens ulceribus cicatricem. Quinta ξηραντικὴ, [45]) id est, desiccans oculorum superfluitates.

MYRRHA autem praecipuas tres habet [*fol. 502*^{a}] facultates. Prima abstergit sine exasperatione, secunda sine corrosione, tertia siccat sine astrictione. Hae facultates omnes, quae tribuuntur Aloae et Myrrhae, depingunt utilitates calamitatum Ecclesiae. Nam aerumnae purgant Ecclesiam, id est, securitatem et alia mala, quae paene sunt infinita, tollunt deinde ea. Et quanquam coquunt et siccant Ecclesiam, tamen Deus ita mitigat eorum acerbitatem, ne penitus arrodant et exasperent.

---

36) morsibus] Reb.: morsui
37) Est Cassia] Reb.: Estque
38) estque] Reb.: et est
39) Aloe quinque facultates] *Sectio ab his verbis ordiens, et subsequens:* Myrrha autem — — ne penitus arrodant et exasperent, *quae in* Cod. fol. 501^{b} lin. 10. — fol. 502^{a} lin. 11. *leguntur, ap.* Reb. *h. l. non inueniuntur.*
40) καθαρκτικὴ] Cod. *male:* καικαρκτικὴ
41) τονωτικὴ] Cod.: τονοποκὴ
42) μωλυτικὴ] Cod.: μολλητικὴ
43) sint] *sic scripsi;* Cod.: sit
44) κατουλωτικὴ] Cod.: κητολοπικὴ
45) ξηραντικὴ] Cod.: ξιρανικὴ

FOETVS SEDENS IN ALVO MATERNA IMAGO ECCLESIAE. [46]

Quemadmodum [47] foetus molli panniculo circumdatus est, quem Graeci *χόριον* uocant, nec plus cibi desiderat, quam quantum eius cotyledones [48] adferunt. Denique non rumpit *χόριον*, antequam maturitatem assecutus in hanc lucem editur. [49] Sic Ecclesia uerbo inclusa et alligata est, neque aliam doctrinam de uoluntate Dei requirit, [50] sed in uoce diuina acquiescit, donec luce et aspectu [51] [*fol. 502*^{b}] Dei coram fruetur et de arcanis rebus concionantem audiet. Quod si qui ea leuitate et iactatione sunt, ut *χόριον* intempestiuo motu rumpant, ut Anabaptistae et alij contemnentes ministerium et nouos e coelo flatus expectantes, hos [52] certum est fieri *ἐκτρώματα*, [53] id est, massas immaturas abortu [54] editas. Discat igitur Ecclesia in hanc imaginem intuens se [55] ad uerbum diuinitus traditum alligatum esse nec latum unguem ab eo discedendum esse.

POLNER [56] D. M. Lutheri sororis filius cum scripsisset ad Doctorem mirum quam ridicule et inepte, Doctor ridens dixit, eum operam dare et niti quidem obnixe in studijs et scriptis, sed nihil efficere posse propter caput debile. In summa, ***sein vater ist vol gewest wie ein saw, do er den Polner gemacht hat. Es ist ein schendtlich dingk. volle leutte***

---

46) Foetus sedens — Ecclesiae.] Reb.: Foetus in alueo materno sedens imago est Ecclesiae. — ***Sectio ab his verbis incipiens, et subsequens***: Polner — — ***wer kan darwider*** etc. ***quae in*** Cod. fol. 502^{a} lin. 12. — fol. 503^{a} lin. 3. ***leguntur, ap.*** Reb. ***paulo inferius*** fol. 154^{b} lin. 4. — fol. 155^{a} lin. 8. ***reperiuntur.***

47) Quemadmodum] Reb.: Quemadmodum enim

48) cotyledones] Cod.: cotylidones, Reb.: Cottidones

49) editur.] Reb.: aedatur.

50) requirit,] Reb.: inquirit,

51) aspectu] ***sic*** Reb.; Cod.: aspectus

52) hos] Reb.: hoc

53) *ἐκτρώματα*] Reb. ***falso:*** *ἐκτρώμητα*

54) abortu] Reb. ***male:*** ab orsu

55) se] Reb.: sed

56) Polner — — ***wer kan darwider*** etc.] ***haec sectio ap.*** Reb. ***sic legitur:*** Ioannes Vulner Doct. Mart. Luth. sororis filius, studiosus cum ad patruum scripsisset inepta et ridicula. Respondit Mart. Luth. subridens. Miserum dare operam, et frustra in studijs laborare, nihil enim effecturum propter capitis debilitatem. In summa: pater illius fuit vino inebriatus, cum eum generaret. Generare ebriosos est res perniciosa, homines igitur ebriosi dormire, et nullam consuetudinem cum mulieribus habere debent, sicut Plato scribit: Non ducere debere vxores, nisi abstemios, cum sunt ebrij, volunt rem habere cum vxoribus, postea infantuli poenam luere coguntur.

sollen schlaffen vnnd die frauen vnuerworren lassen, wie auch Plato schreibet, Non [*fol. 503a*] ducere debere uxores nisi abstemios, *wann sie vol sein, wollen sie* etc. *darnach mussens die kinder auff sich nemen, wer kan darwider* etc. [56])

FORMATIO FOETVS ET PARTVS.[57])

Aristoteles summa obseruatione gloriatur, quod omnes homines nascuntur [58]) minoribus pedibus, respectu reliqui corporis, alia animantia [59]) omnia maioribus pedibus nasci, et in utero caput esse grandius toto corpore. D. Caspar Lindeman [60]) dixit se in anatomia uidisse foetum duorum articulorum, digiti unius magnitudine, omnibus membris perfectum. Partus mulieris est difficillimus, quia partus cogitur exire per ossa, *dan die schossbeine mussen sich mit gewalt von einander dringen, dan wie sie sonst stehen, konde kaum ein apfel erdurch komen.* [61]) Est magnum et immensum miraculum Dei. [62])

Quis unquam hoc consilium Deo dedisset de coniunctione masculi et foemellae, *da giebet er dem manne ein weib. die hat* [*fol. 503b*] *tzwene tzietzen auff der brust, vnnd ein löchlein tzwischen den beinen.* Ibi [63]) unica guttula seminis uirilis est origo corporis humani tam proceri, ex illa [64]) guttula fit caro, sanguis, ossa, nerui, cutis. Sicut Hiob cap. 10. inquit: Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? [65]) *Also machets gott in allen seinen wercken so nerrisch. wan ich ihm hette sollen rathen, so het er* humanam generationem *bei dem erdekloss lassen bleiben, vnd die sonne wie ein lampen mitten*

---

57) Formatio foetus et partus.] Reb.: Generationis et formationis foetus consideratio — *Sectio sic inscripta, et subsequens, quae in* Cod. fol. 503a lin. 4. — fol. 503b lin. 13. *priorem subsequuntur, ap.* Reb. fol. 153a lin. 25. — fol. 153b lin. 25. *illi praecedunt.*

58) nascuntur] Reb.: nascantur

59) respectu — animantia] Reb.: respectiue ad corpus, alia animantia

60) D. Caspar Lindeman] *sic* Reb.; Cod.: D. Caspar

61) Partus mulieris — *erdurch komen.*] Reb.: Deinde dicebat de difficilimo partu mulierum, qui per ossa cogit exire foetum, claustra enim mulierum aperiantur magna cum vi, vbi alias ne pomum quidem per haec pertransire posset claustra.

62) miraculum Dei.] Reb.: Dei miraculum.

63) *da giebet er* — Ibi] Reb.: vbi singulis membra genitalia et nutritiua dedit, et

64) seminis uirilis est origo c. h. t. proceri, ex illa] Reb.: seminis corporis humani tam proceri origo nascitur, ex qua

65) coagulasti?] Reb.: coagulasti, etc.

auff den erdtboden lassen setzen, dass altzeit mer tag gewest. [66])

Anno 38. 1 Decembris [67]) *) ex Norimberga scribebatur, mulierem uno partu quadrimellos peperisse, duos filios et duas filias, et omnes uiuos mansisse. Respondit: Opus diuinum est parere, [68]) multo magis hoc est periculosum. *Aber die Mondkinder,* [69]) illae massae, *die thun den weibern grossen schaden.* [70]) Nam alij foetus *helffen sich selber tragen,* [71]) sed illae massae sunt iniquissimum [72]) onus matricis. [72a])

[*fol. 504a*] Generatio [73]) optime instituta est **) in omnibus creaturis in masculo et foemina. Nam nemo potest considerare [74]) opus generationis, quomodo foetus egreditur in partu, [75]) et in dimidio die [76]) ita crescit, *strecket sich, dass mans mercket, vnnd wan man ein hunlein, die stund aus der schalen gekrochen, wider in die schale bringen wolde, so were es vnmuglich.* [77]) Item omnes in coniugio discimus, [78]) gignere

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 186. cap. 3. §. 24.

**) *Conf.* ibid. I. p. 187. cap. 3. §. 25.

66) *Also machets — tag gewest.*] Reb.: Verum Deus omnibus cum suis operibus adeo ridiculose agere solet, ego si illius fuissem consiliarius, consilium illi dedissem hoc, vt humanam generationem terrae massam manere, et solem in medio terrae instar lampadis stare concessisset, vnde semper diem et lucem habuissemus.

67) Anno 38. 1 Dec.] *Sectio sic ordiens, quae in* Cod. fol. 503b lin. 14 — 22. *exstat, ap.* Reb. *paulo inferius* fol. 154a lin. 18 — 26. *legitur.*

68) Respondit — parere,] Reb.: Respondit Mart. Luth. Parere opus est diuinum,

69) *Aber die Mondkinder* (Cod.: *Mohnkinder*)] Reb.: verum apertini foetus

70) *die thun — schaden.*] Reb.: matres maxime perturbant,

71) *helffen sich selber tr.*] Reb.: seipsos portare iuuant,

72) iniquissimum] Reb.: indignissimum

72a) onus matricis.] *his verbis finitur haec sectio. Apud* Reb. fol. 154a lin. antepenult. — fol. 154b lin. 3. *eam proxime sequitur haecce, quae in* Cod. *h. l. non invenitur:*

Anno 38. quaedam peperit die Blasij, cuius nuptiae fuissent die lunae post diem Viti, partus sex mensium et vnius diei, marito reprobante infantem. Sententia requisita est a Scabinis Magdeburgensibus, qui pronuntiarunt legitimum esse haeredem.

73) Generatio] *Sectio ab hac voce incipiens, quae in* Cod. fol. 504a lin. 1. — fol. 504b lin. 4. *legitur, ap.* Reb. fol. 153b lin. 26. — fol. 154a lin. 17. *priori proxime praecedit.*

74) potest considerare] *sic scripsi;* Cod.: potest considere, Reb.: considerare potest

75) in partu,] Reb.: in partum,

76) die] Reb.: diei

77) *strecket sich — vnmuglich.*] Reb.: vt generationis vis facile sentiri possit, et si pullus ex ouo ereptus, quam primum includeretur, impossibile esset, absque periculo pulli haec fieri.

78) discimus] Reb.: experimur

non esse in potestate et arbitrio nostro. Nulli enim parentes possunt praeuidere, [79] an sint foecundi, item an sint habituri filiolum uel filiolam. [80] Haec omnia fiunt sine nostra prouidentia. *mein vater vnnd mutter haben nicht gedacht, das sie einen D. M. Luther solten haben oder bringen.* [81]) Est solius Dei creatio, quam nunc non possumus perspicere. Credo, *das wir in dem tzukunfftigen leben nichtes werden tzu thun haben.* [82] quam considerare et admirari creatorem et creaturas. [*fol. 504b*] Philosophi non amplius possunt iudicare, quam generationem esse conseruationem speciei et indiuidui, *Mose aber fehret tzu vnnd saget* [83]) causam efficientem formalem etc. [84])

Nota. *Hoc quoque loco addo tabulam, ex qua lector facilius cognoscat varietatem ordinis, quo singulae sectiones in* Cod. *et ap.* Reb. *dispositae sunt:*

Reb. II. fol. 153a lin. 25. — fol. 153b lin. 25. = Cod. fol. 503a lin. 4. — fol. 503b lin. 13. (*vide* p. 74. *notam* 57.)
— — fol. 153b lin. 26. — fol. 154a lin. 17. = Cod. fol. 504a lin. 1. — fol. 504b lin. 4. (v. p. 75. *not.* 73.)
— — fol. 154a lin. 18 — 26. = Cod. fol. 503b lin. 14 — 22 (ult.) (v. p. 75. *not.* 67.)
— — fol. 154a lin. 27. (antepenult.) — fol. 154b lin. 3. in Cod. *non leguntur* (v. p. 75. *not.* 72a)
— — fol. 154b lin. 4. — fol. 155a lin. 8. = Cod. fol. 502a lin. 12. — fol. 503a lin. 3. (v. p. 73. *not.* 46.)

COELVM. STELLAE. [85])

Cometa*) etiam est stella planetaris et uagans, *aber er ist ein hurenkindt vntter den planeten, ist ein stoltzer stern, niempt den gantzen hiemel ein, thut wie wenn* [86]) *er alleine da wer.* Habet ingenium haereticorum, qui etiam sibi solis esse uidentur, et prae alijs superbiunt.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 187. cap. 3. §. 26.
79) possunt praeuidere,] Reb.: praeuidere possunt
80) item an sint — filiolam.] Reb.: an filiolam, aut filiolum habituri,
81) *mein vater — bringen.*] Reb.: parentes mei nequaquam cogitarunt me in Doctorem promoueri.
82) *das wir — haben,*] Reb.: quod nobis in vita futura nihil aliud agendum sit,
83) *Mose — saget*] Reb.: Moses autem apponit et dicit,
84) formalem etc.] Reb. et formalem.
85) Coelum. Stellae.] *Caput sic inscriptum et* 13 *subsequentia, quae in* Cod. fol. 504b lin. 5. — fol. 559b lin. antepenult. *exhibentur, ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*
86) *wenn*] *hanc vocem ipse addidi; in* Cod. *deest.*

Solis calor per fenestram incendit tunicam *Hans Döltzig*, quia uirtus unita est fortior etc.

D. M. Lutherus dicebat, *) se obseruasse per duos dies solem orientem cum exultatione iuxta psalmum: Exultauit ut gygas etc. et declinantem uersus aquilonem. *Es ist ein schön wergk gewest, das wir dennoch nicht können ansehen, noch mit den augen drinnen hafften*, sed cogimur obuertere tergum. *Ach* [*fol. 505*^{a}] *lieber herrgott*, si mansissemus in paradiso, intentis oculis solem intueri potuissemus. *Aber durch den* lapsum Adae *ist alles geschwecht.* [87]) Lapsus Adae est horrendissimus, quem mundus non considerat. Vides quotidie homines mori et omnes calamitates uenire, tamen contemnimus. Ita assiduitate uilescit ira Dei in nobis. Si mansissemus in paradiso, non opus fuisset misericordia et remissione peccatorum, sed tantum bonitatem Dei ineffabilem uidissimus et laudassemus.

Nulla ratio **) potest naturalia et opera diuinae creationis perspicere. Quis hominum hoc consilium Deo dedisset in creatione mundi, quod tantum lumen solis tam celerrimo cursu fabricare debuisset, qui singulis horis suo cursu multa centena miliaria conficit in magno diametro circuli. Considerate [88]) terrae amplitudinem, quanta intercapedo sit inter [*fol. 505*^{b}] Iudaeam et Hispaniam, attamen sol raptu suo et improprio cursu extremum circuli ambitum peragrat ineffabili uelocitate. Et dedit similitudinem de rota in curru, cuius axis lente mouetur, circumferentia autem celerrime.

Sol diuerse operatur uno motu in diuersis obiectis. Resoluit omne calidum, frigidum uero constringit. Ita uinum est frigidum qualitate, calidum uero uirtute. Nam duplex est causa. Vera est necessaria, quam Aristoteles appellat *αἴτιον*. [89]) Altera causa est sine qua non, quae non est necessaria ad negotium.

Cometa non est stella, sed uapor accensus a sole non longe ultra signum a sole distans aut praecedens aut sequens. Cursus illius a proximo sidere regitur.

QVAESTIO. Lux fuit, ***) antequam sol esset. Ergo sol non est autor lucis. Respondit D. Martinus: Fuit ante crea-

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. I. p. 187 sq. cap. 3. §. 27.
**) *Conf.* ibid. I. p. 188. cap. 3. §. 28.
***) *Conf.* ibid. I. p. 188 sq. cap. 3. §. 29.

87) *geschwecht.*] *sic scripsi*; Cod.: *geschmecht.*
88) Considerate] *sic scripsi*; Cod.: Consideratae
89) *αἴτιον.*] *sic scripsi*; Cod.: *αἴτιον.*

tionem lux solis, sed dispersa et Deus congregans illam lucem fecit [*fol. 506*ª] unum luminare, scilicet solem.

DE CONCILIO.

Anno 33. 21. Martij*) aderat Legatus Caesaris in domo D. M. Lutheri, cupiens Lutherum uidere, qui et multa habebat mandata Domini sui ad omnes Germaniae proceres, sed non uidit Lutherum. Interrogatus autem a Magistro Haussman, ubi iam ageret Caesar, respondit: in Mantua, ubi diu conuersatus cum papa egisset de Concilio habendo, sed papa diu sese excusasset. Res ibi nonnihil dilata est. Tandem Caesar cum sedulo instetisset de certo decreto a papa faciendo, papa clam relicto ibi Caesare. Ideo Lutherus dixit: Papa est iniquissimus. Ego semper speraui concilij decreta, non ut nostra doctrina confirmaretur, quae ab alio confirmata semper fuit, sed ut in externis aliqua concordia et reformatio fieret. *Es wirdt nichtes draus.* Nemo igitur tam stultus sit [*fol. 506*ᵇ] qui homines consoletur futuro concilio. Verbum Dei debet esse nostrae fidei fundamentum. Praeterea concilium est incertum, *wie viel hundert tausent menschen sterben noch indess,* antequam fiet. Ideo homines ad uerbum Dei et eius uoluntatem, non ad Concilij autoritatem ducendi sunt etc.

CONSILIVM MAGISTRI PHILIPPI MELANTHONIS DE MANDATO CONCILIO CONGREGANDO PER LEGATOS ROMANOS INDICTO PRINCIPI ELECTORI. 90) **)

So viel als 91) *ichs verstehe, halte ichs darfur, das sichs nicht anders getziemen oder leiden wiel, denn das man sich erpiette tzu compariren* cum asseueratione, 92) *vnnd doch protestire, das man sich nicht itzunder darein* 93) *verpflichte, wie im andern Artickel gesucht wirdt. Dann solten wir das*

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 316 sq. cap. 54. §. 1. sect. 1. 2.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 343 sq. cap. 54. §. 31.
90) Consilium M. Phil. Mel. — Electori.] *hoc consilium* Mel. *medio Iunio a.* 1533. *scriptum legitur quoque in* Corp. Reformat. Vol. II. p. 655 sq., *quocum* Codicis *verba h. l. contuli.*
91) *als*] *a* Corp. Ref. *l. l. abest.*
92) c. asseueratione] Corp. Ref.: c. asseuerationc etc.
93) *nicht itzunder darein*] Corp. Ref.: *jetzund darein nicht*

Concilium *abschlagen, so musten wir doch in der far sein, da wir sonst inne sein, vnnd werden andere nation noch mer wider vns verbittert,* [94]) *als* [*fol. 507*[a]] *die wir scheuen das* Concilium. [95]) Item *hindern das gutte, das andere* nationes *dardurch hoffenn. Dan alle* nationes *stehen* [96]) *itzundt auff diesen teil.* Item *so der bapst sein vorteil mercken wirdt, macht* [97]) *er doch ein* Concilium *vnnd citirt vnns. den so were es dieser lehre viel vnruhmlicher, wann wir dan die Cognition scheuen wurden, vnnd so man dan compariren muste, ists besser, man erbitte sich itzunder dartzu, vnnd so ihr* [98]) *tzum* Concilio *kommet, kan man einen leidtlichen process vnnd verhör erlangen, wie es* [99]) *tzugesaget ist, dass es* liberum *sein sol, so ists gut, kan man das nicht erlangen, so hat es bessere entschuldigung. Man mag auch vrsach antzeigen, warumb man sich weger tzuueerpflichten. Dan der bapst saget, er wolle ein* Concilium *halten nach gewonheit der kirchen bis anher gehalten. Nu ist die gewonheit, so itzt gehalten wirdt, viel anders dann wie es in den alten* Concilijs [*fol. 507*[b]] *gehalten ist. Dann in den alten* Concilijs *hat man mussen aus gottes wordt richten, wie tzu sehen ist* Actor. 15. *vnnd sonst in* Actis *der folgenden löblichen Concilien. Aber hernach vnter dem bapstumb haben sie viel ein andere weis gehalten, richten nach ihren eigenen* constitutionibus *vnnd eigner gewalt, wie oeffendtlich* [100]) *ist. Nu weiss man, das wir* constitutiones, [1]) *so wider gottes wordt sint, anfechten. darumb kan diese sache nicht aus den* Constitutionibus *geurteilt werden, dieweil die gegenteil ruhmet* [2]) *ihre lehre vnd* Constitutiones *sindt* [3]) *recht vnnd gegrundet in gottes wordt.* Item *diese* exercitatio [4]) *der verpflichtung ist neue vnnd wirdt hie gebraucht alleine tzu* [5]) *verhinderung des* Concilij, *tzuuerursachen, dass sie das* Concilium *wegern. Zu letzt halt ich, soltte gut sein, das man kai. Mai. mit fleiss vermanet, dass sie*

---

94) *verbittert,*] Corp. Ref.: *erbittert,*
95) *scheuen, das* Conc.] Corp. Ref.: *das* Concilium *scheuen,*
96) *stehen*] Corp. Ref.: *sehen*
97) *macht*] Corp. Ref.: *so macht*
98) *so ihr*] Corp. Ref.: *so es*
99) *es*] *a* Corp. Ref. *abest.*
100) *oeffendtlich*] Corp. Ref. *in textu: offenbarlich*
1) constitutiones] Corp. Ref.: *die* Constitutiones
2) *dieweil die gegenteil ruhmet*] Corp. Ref. *n textu: sondern muss aus Gottes W'ort geurtheilt werden, dieweil der Gegentheil rühmen,*
3) *sindt*] Corp. Ref.: *seyen*
4) exercitatio] Corp. Ref. *in textu:* exactio
5) *tzu*] *a* Corp. Ref. *aptius abest.*

wolde [6]) *bedencken, wie im reiche bewogen* [*fol. 508ᵃ*] *wer ein frei* Concilium *tzu halten, das auch die hohe noditder gantzen Christenheit erfordert,* [7]) *darumb seine maiestat die sache dahin erbeitten* [8]) *wolde, das die hendel ordentlich vnnd nach noditurfft verhöret wurden, so er anders etwas* [9]) *guttes tzu schaffen gedenckt.*

RESPONSVM DVCIS SAXONIAE ELECTORIS AD LEGATOS. [10])

Cum nuper nobiscum essetis in oppido nostro Wittenberga, [11]) postquam nobis deliberata quaedam Romani pontificis Clementis, et inuictissimi Imperatoris Caroli Quinti, Caesaris Augusti, Domini nostri clementissimi [12]) de Concilio exposuistis, et nuntius pontificis [13]) exhibuit nobis quosdam articulos de Concilio scriptos, respondimus uobis nos collocuturos esse hac de re cum Principibus, [14]) Comitibus ac ciuitatibus nobiscum sentientibus de religione, ut idem uobis communiter respondere possimus, [15]) quia breui una conuenturi [*fol. 508ᵇ*] essemus, feria 4. post Diem S. Ioannis Baptistae, in oppido Schmalkalden, [16]) et ostendimus nos aut per nuntios aut

---

6) *wolde*] Corp. Ref.: *wolle*
7) *erfordert,*] Corp. Ref.: *fordert,*
8) *erbeitten*] Corp. Ref.: *bearbeiten*
9) *etwas*] Corp. Ref.: *viel*
10) Responsum Ducis Sax. Et. ad Leg.] *hoc responsum, pluribus tamen locis ab hocce latino diversum, latine legitur in* Melanthonis Operibus Wittebergae ap. Craton. editis P. IV. p. 766 — 771. *sic inscriptum:* Responsum eiusdem Electoris Saxoniae et coniunctorum Principum, Comitum, Ciuitatum, datum Caesareae Maiestatis Oratori et Romani Pontificis Nuncio, *quod in linguam vernaculam translatum reperitur in* Walchii Editione Operum Lutheri Vol. XVI. p. 2281 — 2291. *cum hac inscriptione: Der protestirenden Stände gemeinschaftliche endliche Antwort an die Käys. vnd Päbstl. Geschickten auf derselben Werbung, zu Schmalkalden ihnen schriftlich zugestellet,* d. vltimo Iunii 1533.
11) Cum nuper — Wittenberga] Mel. Opp. *l. l.:* Salutem plurimam et officia nostra Magnifice et Reuerende in Domino, amice singularis, et Domini obseruandi. Cum nuper nobiscum die secundo Iunij essetis in oppido nostro Vuimaria in Turingia,
12) Romani pontificis Clementis (*scil.* Clem. VII.) et — nostri clementissimi] Mel. Opp. *l. l.:* inuictissimi Imperatoris Caroli Quinti Caesaris Augusti, Domini nostri Clementissimi, et Romani Pontificis Clementis
13) pontificis] Mel. Opp.: Pontificius
14) hac de re cum Princ.] Mel. Opp.: de hac re cum alijs Principibus
15) uobis comm. resp. possimus,] Mel. Opp.: communiter uobis resp. possemus,
16) Schmalkalden] *sic scripsi,* Cod. *calami err.:* Schmalkollen, Mel. Opp.: Smalcaldia

per literas responsum nostrum uobis significaturos esse. Itaque postquam uestros articulos et enarrationem [17]) uestram exposuimus his qui nobiscum coniuncti sunt, conuenimus inter nos de responso in hanc sententiam, omnes, id quod testabuntur scriptiones nominum nostrorum et sigilla tum nostra tum nuntiorum, [18]) ac significamus uobis, Primum nos cum debita reuerentia gratias agere Inuictissimo Imperatori Carolo, Caesari Augusto, Domino nostro clementissimo, quod, quemadmodum non dubitamus, summa pietate et [19]) studio erga religionem Christianam, cum Romano pontifice [20]) de concilio egerit ad illustrandum gloriam Christi et ad constituendam [21]) concordiam et salutem Ecclesiae. Neque enim dubitamus, quin hoc ex animo perficere optimus Imperator cupiat. Orabimus etiam Deum, ut adiuuet hanc ipsius uoluntatem, ne curam perficiendae rei [22]) maximae atque utilissimae uniuerso generi humano abijciat, sed ut urgeat propositum, efficiatque rite haberi concilium, ut [*fol. 509*[a]] Euangelij gloria inclarescat, abolitis impijs opinionibus et impijs cultibus, et sanentur ambigentes conscientiae, et uera pietas aliaeque uirtutes dignae Christianis efflorescant. [23]) Ac nos quidem, quemadmodum et [24]) Wimariae uobis commemorauimus, maxime [25]) expetimus nobis [26]) synodum, in qua rite et ordine cognoscantur [27]) controuersiae. Neque dubitamus, quin huiusmodi synodum omnes aliae nationes, omnes ordines, denique [28]) omnes piae mentes ubique gentium expetant. Non enim obscurum est multas [29]) conscientias ubique exerceri non leuibus incommodis, quibus non potest aliter medicina fieri, nisi in tali synodo. [30]) Quare nos nullo modo gentium [31])

---

17) enarrationem] Mel. Opp.: narrationem
18) omnes, id quod — nuntiorum,] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
19) et] Mel. Opp.: ac
20) cum Rom. pontifice] *a* Mel. Opp. *absunt.*
21) constituendam] Mel. Opp.: construendam
22) rei] Mel. Opp.: huius rei
23) efflorescant.] Mel. Opp.: reflorescant.
24) quemadmodum et] Mel. Opp.: quemadmodum nos Elector Saxoniae, etiam
25) commemorauimus, maxime] *sic* Mel. Opp.: Cod.: commemoranerimus maximae
26) nobis] *a* Mel. Opp. *abest.*
27) cognoscantur] Mel. Opp.: ex uerbo Dei cognoscantur
28) denique] Cod. *calami err.:* dineque
29) multas] Mel. Opp.: multorum
30) in tali synodo.] Mel. Opp.: in tali libera Synodo.
31) gentium] Mel. Opp.: aliarum gentium liberum Concilium perpetuo suspirantium

uoluntati ac ortis. quantum in nobis est. aduersari uelimus, sed magis tam [32]) pia studia quibus possumus modis adiuuare cupimus. Ac bona in spe sumus. si rite cognoscerentur [33]) controuersiae. Deum pro sua clementia erga Ecclesiam non defuturum rectis consilijs. sed patefacta ueritate reducturum esse Ecclesiam in concordiam piam et durabilem. et salutarem humano generi. Ac spem quidem talis concilij dia iam ostendit Inuictissimus [*fol. 509b*] Imperator Carolus Caesar Augustus Dominus noster Clementissimus. [34] Nam in aliquot conuentibus imperialibus grauissimae deliberationes de concilio [35]) habitae sunt. quarum hic necessario mentio facienda est. Etenim postquam extiterunt hae controuersiae. [36]) et reprehensi sunt errores quidam et abusus, quorum emendatio necessaria [37]) est uniuersae Ecclesiae. Quamquam Leo Decimus pontifex damnauit hoc doctrinae genus. in quo reprehendebantur illi errores et abusus, tamen cum nos semper opposuerimus [38]) illi iudicio et damnationi manifestam authoritatem Propheticae et Apostolicae scripturae, uisum est opus esse synodo, in qua haec negotia diligenter [39]) cognoscerentur, et bona dicta [40]) conseruarentur. Haec enim uerba cuiusdam decreti sunt. Nec [41]) id nobis tantum, sed omnibus Electoribus ac alijs principibus placuit, [42]) praesertim cum uiderent et ipsi manifestos quosdam errores atque abusus in Ecclesia haerere, quorum emendatio necessaria esset, et intelligerent flagitari emendationem [*fol. 510a*] earum rerum, quae conscientijs officiunt. Et quia pontificis [43]) damnatio intercesserat, diserte in illis deliberationibus de concilio, hic articulus disputatus est, ut synodus libera aut [44]) Christiana aut generalis aut nationalis in Germania haberetur. Est-

---

32) tam] *a* Mel. Opp. *abest.*
33) cognoscerentur] Mel. Opp.: cognoscantur
34) Caesar Augustus D. n. Clem.] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
35) de concilio] Mel. Opp.: de Concilio libero et generali, in Germania cogendo atque habendo,
36) postquam extiterunt haec controuersiae,] Mel. Opp.: postquam ex negocio indulgentiarum parum uerecunde tractato, hae controuersiae de religione ortae sunt,
37) necessaria] Mel. Opp.: pernecessaria
38) opposuerimus] Mel. Opp.: opponeremus
39) diligenter] Mel. Opp.: diligentius
40) dicta] Mel. Opp.: electa
41) Nec] Mel. Opp.: Neque
42) et al. principibus placuit,] Mel. Opp.: et alijs Principibus et ordinibus placuit, ut testantur eorum Decreta;.
43) pontificis] Mel. Opp.: Pontificia
44) aut] Mel. Opp.: et

que ideo diserte positum, ut haberetur Christiana et libera synodus, ne praeiudicio authoritatis pontificiae praegrauaretur. [45]) Deinde ut res non ex nouis [46]) constitutionibus pontificum aut opinionibus scholasticis, quas nostri oppugnässent, sed ex sacris literis (id quod et ipsi canones praecipiunt) [47]) iudicaretur. Etenim si pontificis [48]) authoritas praeferretur scripturis et pijs sententijs synodi, [49]) neque conscientijs hominum, neque ullis alijs incommodis Ecclesiae ullius partis satis consuli posse uidebatur. [50]) Extant enim exempla superiorum aliquot synodorum. [51]) Denique maximis de causis est conclusum, ut haberetur [52]) Christiana et libera synodus. Ideoque [53]) 'placuit etiam inuictissimo Imperatori Carolo Domino nostro clementissimo. [54]) Sed articuli papae Clementis [55]) prorsus dissentiunt ab [*fol. 510*[b]] his imperialibus deliberationibus. Etsi enim in primo articulo uocat liberum concilium, tamen aliter [56]) agitur re ipsa, cum primum omnes potentatos [57]) sibi obligare uult, ut habeat uoluntates omnium obnoxias, [58]) ne quis significet, [59]) se contra pontificios abusus [60]) aliquid sentire, aut si quid sentit, ut reliqui, quos habet pontifex iuratos in suam sententiam, opprimant [61]) eum, aut certe tumultus excitent perniciosos Eccle-

---

45) auth. pontificiae praegrauaretur.] Mel. Opp.: antoritatis cuiusquam praegrauaremur.
46) nouis] *a* Mel. Opp. *abest.*
47) ex sacris lit. (id quod — praecipiunt)] Mel. Opp.: ex ipsis sacris literis, id quod et antiquiores Canones fieri praecipiunt,
48) si pontificis] *sic scripsi;* Cod.: se pontificis, Mel. Opp.: si cuiusquam
49) synodi] *a* Mel. Opp. *abest.*
50) uidebatur.] Mel. Opp.: certum est.
51) aliquot (Cod.: aliquod) synodorum.] Mel. Opp.: aliquot Synodorum, in quibus Reformatio tentata est, quae tamen autoritate Pontificum impedita est.
52) est conclusum, ut haberetur] Mel. Opp.: conclusum est, ut in Germania haberetur
53) Ideoque] Mel. Opp.: Idque
54) Domino n. clem.] *a* Mel. Opp. *absunt.*
55) articuli p. Clementis] Mel. Opp.: articuli P. Clementis, nobis Electori Saxoniae, de habendo Concilio oblati,
56) aliter] Mel. Opp.: aliud
57) potentatos] Mel. Opp.: potentatus
58) ut habeat uoluntates omnium obnoxias,] Mel. Opp.: Si enim liberam Synodum habere uellet, hanc obligationem non requireret, quae ei nihil profutura est, si quid contra eum in libera Synodo, ex uerbo et scripturis Dei decernatur. Nunc cum obligat Principes, certe per speciem et nomen Concilij id facit, suae potentiae stabiliendae causa, uultque habere obnoxias omnium uoluntates.
59) significet,] Cod. *male:* significent,
60) abusus] Mel. Opp.: abusus, et traditiones humanas
61) opprimant] Mel. Opp.: reprimant

siae, atque uniuersae Europae. [62]) Quid alij facturi sint, nescimus, sed articulus ipse magis uidetur propositus esse ad deterrendas omnes nationes a concilio, quam ad inuitandas. Quis enim posset [63] bona conscientia se hoc modo obligare, praesertim cum nondum constet, quo ordine et quomodo res agendae sint. An pontifex [64]) suam authoritatem praeferre recte sentientibus in synodo uelit, sicut antea in superioribus accidit synodis. [65]) An uelit controuersias iudicari ex sacris scripturis, an uero ex sua authoritate et traditionibus receptis sine authoritate scripturae. [66]) Deinde addit restrictionem de libertate, quod sit habiturus synodum more hactenus obseruato. [67])

[*fol. 511*[a]] Nos nihil sentimus aut probamus contrarium ueteribus Catholicis synodis, sed pie ac religiose requirimus ea, quae in ueteribus synodis (quas recepit et approbauit Ecclesia de doctrina Christiana) decreta sunt, sed dissimillimae sunt ueterum synodi recentiores, quae potentiam pontificis et traditionum humanarum authoritatem [68]) supra modum augent. Quare facile iudicari [69]) potest hunc articulum de more hactenus obseruato obscure et odiose positum esse. Quod si hunc sentit esse morem, ut de uoluntate pontificis omnia discernantur et controuersiae iudicentur ex pontificis constitutionibus, neque libera erit synodus, neque utilis ad sanandas ambigentes conscientias [70]) aut ad concordiam Ecclesiae Proinde Clemens pontifex nondum respondet [71]) uotis Caesa-

---

62) aut certe tumultus — Europae.] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
63) posset] Mel. Opp.: possit
64) An pontifex] Mel. Opp.: An Pontifex Romanus cum suis obligatis, coniunctis, et secum sentientibus,
65) synodis] *a* Mel. Opp. *abest.*
66) et traditionibus r. s. a. scripturae.] Mel. Opp.: aut traditionibus sine autoritate scripturae subintroductis.
67) obseruato.] Mel. Opp.: seruato.
68) Nos nihil sentimus — — tr. humanarum authoritatem] Mel. Opp.: Nos uero nihil eorum, quae in ueteribus Catholicis Synodis ad uerbi Diuini, et scripturarum sacrarum amussim et Canonem decreta sunt, reijcimus. Sed quod negare nemo potest, dissimillimae sunt ueterum Synodis, nonnullae posteriores, quae potentiam et autoritatem Pontificis, et traditionum humanarum
69) iudicari] *sic scripsi;* Cod.: iudicare, Mel. Opp.: intelligi
70) obscure et odiose positum esse. — camb. onscientias] Mel. Opp.: insidiose positum esse, Ne Synodo concedatur ea libertas, quam in tali causa necessariam, et Principes et ordines iudicauerunt, et res ipsa maxime postulabat. Etenim si more recentium Synodorum res agetur, omnia de uoluntate Pontificis decernenda erunt, et controuersiae iudicandae ex Pontificijs constitutionibus, et humanis traditionibus. Ita neque libera erit Synodus, neque utilis ad sanandas perturbatas atque ambigentes piorum conscientias,
71) Proinde Cl. p. n. respondet] Mel. Opp.: Proinde cum Pontifex Clemens nondum responderit

reae Maiestatis et principum flagitantium synodum, cum significet [72]) se nequaquam habiturum liberam [73]) synodum, sed initio in his articulis et authoritatem suam praemunire et obligare sibi principum uoluntates conatur. Oramus autem Caesaream Maiestatem cum debita reuerentia atque obedientia, [74]) ut propter magnitudinem [*fol. 511*[b]] negotij, [75]) in quo Ecclesiae concordia et salus omnium gentium periclitatur. Caesarea Maiestas uelit pro sua pietate prospicere, ut ita habeatur synodus, ut rite atque ordine negotia [76]) cognosci et ex uerbo Dei diiudicari possint, id quod ad officium Caesareae Maiestatis pertinere etiam canones [77]) fatentur, ut curet rem [78]) cognosci atque [79]) iudicari, quandocunque Romanus pontifex ueritati aduersatur. [80]) Omnes gentes erectae sunt in expectationem huius concilij. Omnes optant tandem sanari dubitantes conscientias, et explicari res maximas ad salutem necessarias. Multis enim seculis controuersiae grauiores et de maioribus rebus uix ullae extiterunt quam hoc tempore. Quare si promissio, [81]) postquam diu iam promissa est, non procedit, quales sint futurae offensiones, tacitae in [82]) animis omnium bonorum apud omnes gentes, quae pericula conscientiarum, facile iudicari potest. Ad hoc [83]) periculum est fore, si legitimam cognitionem pontifex defugiat, ut Ecclesia postea in maiores motus incidat. Speramus et [84]) ceteros reges ac potentatus, Dominos et amicos, maxime Electores et principes [85]) [*fol. 512*[a]] Germaniae, quia in tot conuentibus

---

72) et principum fl. s., cum significet (Cod. *male*: significent)] Mel. Opp.: et Principum atque ordinum, liberam Synodum apud Caesaream Maiestatem flagitantium, et significet,
73) habiturum liberam] Mel. Opp.: liberam habiturum
74) conatur. Oramus — obedientia,] Mel. Opp.: conetur, Caesaream Maiestatem cum debita reuerentia atque obedientia oramus,
75) negotij,] Mel. Opp.: huius negocij,
76) negotia] Mel. Opp.: haec negocia
77) canones] Mel. Opp.: iura ipsa
78) ut curet (Cod. *male*: curat) rem] Mel. Opp.: ut Caesar curet rem ex uerbo Dei
79) atque] Mel. Opp.: ac
80) aduersatur.] Mel. Opp.: aduersatur. Ne Papa cum pars sit, simul etiam Iudex sit.
81) hoc tempore. Quare si promissio] Mel. Opp.: hoc tempore, ex abusibus et abominationibus contra Euangelium, Dei gratiam, et Christi gloriam, diu ante nostram aetatem subortis, natae. Quamobrem si cognitio
82) tacitae in] *sic* Mel. Opp.; Cod.: tacite de
83) hoc] Mel. Opp.: haec
84) et] Mel. Opp.: autem
85) amicos, maxime (Cod. *male*: maximae) El. et principes] Mel. Opp.: amico nostros, maximeque Electores, Principes, et ordines

liberam et Christianam synodum libere flagitarunt, [86]) hanc sententiam tot decreta magno consensu fecerunt, obligaturos esse pontifici, quemadmodum in his a petitur. [87]) Nam haec obligatio plane nouum exemp plenum periculi est, et synodum liberam diu iam flagit et sine libertate non potest res rite cognosci. Et si p Ecclesiae mederi [89]) nollet, hi qui obligati essent simu bare et ad omnem posteritatem confirmare errores abusus uiderentur. Quare nos quidem testatum u nos non consentire in duos priores articulos de concilio nobis proposuistis. [90]) Non enim possumus abijcer contumelia Christi uerbum [91]) et claram Euangelij doc etiamsi eam damnarent [92]) pontifex et hi qui ei addic Sed si papa Clemens habebit synodum, qualem uolet, tam, in qua sua authoritate [93]) omnia gerere uelit, [94]) co dabimus Deo [95]) Ecclesiae causam, qui tamen cons Euangelij ueritatem, quam pollicitus est se defe esse aduersus portas inferorum. Ad haec testamur n comparere per nos uel per [*fol. 512b*] nostros procu ad illam synodum, etiamsi pontifex sic indixerit, ac qualem uolet obligatam, si cum sufficienti asseueration fuerimus, et rationem reddamus confessionis et fidei eamque pro necessitate et clarius declaremus et e uerbo Dei tueamur. Non enim detrectamus reddere r fidei nostrae ubicunque opus est. Ac precamur C et tamen ita etiam flectat mentes pontificiae partis a tatem et gloriam Euangelij illustrandam, ut recte pro Verum si tunc aliquid contra uerbum Dei decreuerit pontifici obligata [96]) nouo more, quo minus libere res

---

86) synodum libere flagitarunt,] Mel. Opp.: Synodum, in Germania expresse flagitarunt,
87) in his articulis petitur.] Mel. Opp.: in articulis, nobis Electori oblatis, postulatur.
88) et synodum liberam diu iam flagitant,] *haec in* Mel. Opp. non
89) Ecclesiae mederi] Mel. Opp.: mederi Ecclesiae
90) in duos priores art. -- proposuistis.] Mel. Opp.: in eiusmodi artic nobis Electori Saxoniae obtulistis.
91) uerbum] Mel. Opp.: ueram
92) damnarent] *sic* Mel. Opp.; Cod.: damnaret
93) autoritate] Cod. *calami err.*: autorite.
94) uelit] Mel. Opp.: uolet,
95) Deo] *sic* Mel. Opp.: Cod. *male:* Dei
96) quam pollicitus est se defensurum esse — — decreuerit synodu obligata] Mel. Opp.: sicut pollicitus est. Nobis tamen nostrisque reseruatumque uolumus, etiamsi Pontifici permissum fuerit, Syn indicere, ac habere qualem uolet, obligatam (Quanquam nobis propt

saint ex uerbo Dei excusati nos erimus coram Deo et nibus gentibus, qui neque synodum impedire [97]) uolumus. rogamus summo studio, ut ratio ineatur, ut ita synodus [98]) beatur, ut conscientijs hominum consulatur, [99]) ut gloria risti illustretur, ut concordia constituatur [100]) Ecclesiae pia durabilis. Nam si pontifex hoc tantum agit, [1]) ut suam moderatam potentiam et impias opiniones atque impios tus, authoritate etiam optimi ac potentissimi Caesaris ac peratoris [2]) suffragijs regum, principum ac populorum [*fol.*] aliorum muniat ac stabiliat, si sine legitima cognitione nuntiauerit, nobis quidem haec ratio non uidetur [3]) profua ad constituendam Ecclesiae concordiam et pacem. Certe tifice [4]) indigna est, qui conscientijs hominum mederi, am [5]) Christi illustrare debet, et ad ueram pietatem et ad pietatis officia praecipue inuitare homines. Postremo ns ut R. P. V. et uestra magnificentia [6]) tanquam huius ij causa missi hoc responsum nostrum ad ea mandata, ad nos pertulistis, recipere et pontifici Clementi et inuimo Imperatori Carolo Caesari Augusto Domino nostro entissimo [7]) exponere pro uestra fide et prudentia uelitis stro nomine rogare, ut hanc [8]) commemorationem ne-

Caesarea Maiestate, hoc nomine clementer propositam, diuersum persuademus.) Nos nihilominus, si cum constanti, legitima, sufficienti, et inuiolabili assecuratione, in hoc uocati fuerimus, inuenerimusque et perspexerimus, id ipsum, et Dei et Euangelij eius gloriae usui futurum, ad eiusmodi Concilium uel ipsos futuros, uel missuros esse nostros, cum mandatis ad exponenda ea omnia, quaecunque necessitati nostrae Christianae nobis uidebuntur opportuna. Interim uero denuo testantes, nos in Papae Clementis articulos, aut Concilium aliter habendum, quam tot Conuentuum imperialium decretis petitum atque sancitum est, nequaquam consensisse. Caeterum, si tunc Pontifex Romanus, contra uerbum Dei decreuerit aliquid, in Synodo ipsi obligata

97) synodum impedire] Mel. Opp.: impedire Synodum
98) synodus] Mel. Opp.: Synodus libera et Christiana
99) consulatur,] *sic* Mel. Opp.; Cod.: consolatur,
100) illustretur, ut conc. constituatur] Mel. Opp.: ornetur, ut constituatur concordia
1) agit,] Mel. Opp.: aget,
2) potentissimi Caesaris ac Imperatoris] Mel. Opp.: pientissimi Imperatoris
3) haec ratio non uidetur] Mel. Opp.: non uidetur haec ratio
4) pontifice] Mel. Opp.: Pontifice, qui uerum pastorem agat,
5) gloriam] Mel. Opp.: et gloriam
6) Postremo petimus — magnificentia] Mel. Opp.: Quapropter petimus, ut Magnificentia et Reuerentia uestra,
7) et pontifici Clementi—D. nostro Clementissimo] Mel. Opp.: et inuictissimo Imperatori Carolo Caesari Augusto, Domino nostro clementissimo, et Romano Pontifici,
8) uelitis (Cod.: ueletis) et nostro nomine rogare, ut hanc] Mel. Opp.: uelitis, ut Caesarea Maiestas, hanc

liberam et Christianam synodum libere flagitarunt, [86]) et in hanc sententiam tot decreta magno consensu fecerunt, se non obligaturos esse pontifici, quemadmodum in his articulis petitur. [87]) Nam haec obligatio plane nouum exemplum et plenum periculi est. et synodum liberam diu iam flagitant, [88]) et sine libertate non potest res rite cognosci. Et si pontifex Ecclesiae mederi [89] nollet, hi qui obligati essent simul probare et ad omnem posteritatem confirmare errores atque abusus uiderentur. Quare nos quidem testatum uolumus nos non consentire in duos priores articulos de concilio, quod nobis proposuistis. [90]) Non enim possumus abijcere cum contumelia Christi uerbum [91]) et claram Euangelij doctrinam, etiamsi eam damnarent [92] pontifex et hi qui ei addicti sunt. Sed si papa Clemens habebit synodum, qualem uolet, obligatam, in qua sua authoritate [93]) omnia gerere uelit, [94] commendabimus Deo [95] Ecclesiae causam, qui tamen conseruabit Euangelij ueritatem. quam pollicitus est se defensurum esse aduersus portas inferorum. Ad haec testamur nos uelle comparere per nos uel per [*fol. 512b*] nostros procuratores ad illam synodum, etiamsi pontifex sic indixerit, ac habeat qualem uolet obligatam, si cum sufficienti asseueratione uocati fuerimus, et rationem reddamus confessionis et fidei nostrae. eamque pro necessitate et clarius declaremus et ex claro uerbo Dei tueamur. Non enim detrectamus reddere rationem fidei nostrae ubicunque opus est. Ac precamur Christum, et tamen ita etiam flectat mentes pontificiae partis ad ueritatem et gloriam Euangelij illustrandam, ut recte pronuntient Verum si tunc aliquid contra uerbum Dei decreuerit synodus pontifici obligata [96]) nouo more, quo minus libere res iudican

---

86) synodum libere flagitarunt,] Mel. Opp.: Synodum, in Germania habendam expresse flagitarunt,
87) in his articulis petitur.] Mel. Opp.: in articulis, nobis Electori Saxoniae oblatis, postulatur.
88) et synodum liberam diu iam flagitant,] *haec in* Mel. Opp. *non leguntur.*
89) Ecclesiae mederi] Mel. Opp.: mederi Ecclesiae
90) in duos priores art. — proposuistis.] Mel. Opp.: in eiusmodi articulos, quos nobis Electori Saxoniae obtulistis.
91) uerbum] Mel. Opp.: ueram
92) damnarent] *sic* Mel. Opp.; Cod.: damnaret
93) autoritate] Cod. *calami err.*: autorite.
94) uelit] Mel. Opp.: uolet,
95) Deo] *sic* Mel. Opp.: Cod. *male:* Dei
Athanasius Alexandriae Episcopus Anno Domini [63]		379.
Ambrosius Mediolanensis Episcopus		380. [64]
Aurelius [65]) Prudentius		380.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 375. cap. 57. §. 9.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 382 sqq. cap. 57. §. 14.
54) Videmus] Reb.: Videmus enim
55) Galatis.] Reb.: et Galatis,
56) purificatam] *sic* Reb.: Cod.: purificantem
57) plane nullam uelle] Reb.: nullam velle habere
58) eum Cyprianus] Cod.: eum Cyprianus eum
59) Augustinus et Hilarius — — appellauit.] *haec h. l. a* Reb. *absunt.*
60) sunt legendi.] Reb.: legendi sunt.
61) Augustinus natus — Aetatis suae 75.] *haec, quae in* Cod. fol. 563b lin. penult. — fol. 564a lin. 4. *afferuntur, ap.* Reb. *in huius capitis fine* fol. 240a lin. 4 — 7. *sic exhibentur:*

Augustinus	Natus	Anno Christi	361
	Baptizatus		391
	Presbyter		397
	moritur aetatis suae		436

61a) Hoc anno 1560. — anni 1124.] *haec in* Cod. *iuxta verba:* Baptizatus anno 391. *et* Presbyter 397. *a dextra adscripta sunt.*
62) uixerunt.] Reb.: uixerunt. Anno Christi. — *Haec sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 564a lin. 5. — fol. 564b lin. 8. *legitur, ap.* Reb. *paulo priori loco* fol. 238a lin. 1 — 19. *exhibetur.*
63) Anno Domini] *a* Reb. *absunt.*
64) 380.] Reb.: 386.
65) Aurelius] *a* Reb. *abest.*

Augustinus Episcopus Hipponensis	430. [66]
Beda Benedictinus Angliae	737.
Cyprianus Carthaginensis Episcopus	249.
Cyrillus Alexandriae Episcopus	432.
Chrysostomus Constantinopol. Episcopus	397. [67]
Gregorius papa primus	590. [68]
Hieronymus presbyter Stridonensis [69]	378. [70]
Irenaeus Episcopus Lugdunensis	180. [71]
Polycarpus praeceptor Irenaei [72]	125. [73]
Nicolaus de Lyra	320.
Origenes Adamantinus presbyter	261. [74]
Philo Iudaeus	50.
Iosephus Iudaeus	100.
Ignatius Antiochiae Episcopus	111. [75]
Prosper Episcopus Reginensis, Augustini discipulus, qui eius sententias congessit [76]	460.
[*fol.* 564[b]] Sedulius presbyter Scotus	430.
Tatianus haereticus	170. [77]
Tertullianus Carthaginensis presbyter	200.
Thomas Aquinas	1274.
Bonifacius Episcopus Moguntinus [78]	755.
Bernhardus Abbas Cisterciensis	1140. [79]
Hugo Parisiensis	1130. [80]
Anshelmus	1140.

---

66) Episc. Hipp. 430.] Reb.: Hippon. Episcopus aetate 76. 436.
67) 397.] *sic scripsi* (*quod hoc anno Episcopus Const. electus est*); Cod.: 420., Reb.: 340.
68) 590.] *sic scripsi* (*quod hoc anno Episcopus Rom. factus est*); Cod.: 540.; *ap.* Reb. *h. l. Gregorii nulla fit mentio.*
69) Stridonensis] Reb. *falso:* Lugdunensis
70) 378.] *sic scripsi.* (*quippe quo anno presbyter factus est*); Cod.: 422., Reb.: 414.
71) Episc. Lugd. 180.] Reb. *male*: presbyter Stridonius 422.
72) praeceptor Irenaei] *a* Reb. *absunt.*
73) 125.] Reb.: 175.
74) Nicol. de Lyra 320. Origenes Ad. pr. 261.] Reb. *ordine inverso*: Origenes Ad. pr. 261. Nicol. de Lyra 320.
75) Philo Iud. 50. Ios. Iud. 100. Ignat. A. E. 111.] Reb.: Ignat. A. E. 111. Iosephus Iud. 100. Philo Iud. 50.
76) Prosper — congessit] Reb.: Presbyter Episcopus Reginensis
77) Tatianus haer. 170.] *a* Reb. *absunt.*
78) Moguntinus] Reb.: Moguntinensis
79) Abb. Cisterciensis 1140.] Reb.: Abb. Clarevallensis 1130.
80) Hugo Paris. 1130.] *ap.* Reb. *non leguntur.*

QVATVOR ECCLESIAE COLVMNAE. *)

Ambrosius est [81]) primus et senior. Deinde [82]) Hieronymus. Tertio [82]) Augustinus, qui obijt Anno Domini 438, *ist itzunder 1100 Jar.* [83]) Deinde Gregorius. Ambrosius autem fere [84]) fuit homo politicus et bene exercitatus, postea coactus ad Episcopatum, *ist viel gebraucht* [85]) coram Caesare, *hat sich der weltlichen hendel nicht können entschlagen,* [86]) sicut nobis accidit, qui plus cogimur mensae et consistorio, quam uerbo Dei et orationi inseruire. Ita Ambrosio etiam accidit, syncerissime scripsit, *er ist ernster in seinem schreiben* [87]) quam Augustinus, qui fuit mitior, [88]) sicut hodie M. Hausman fuit. Ambrosius uero Pomeranus. [89])

Fulgentius [90]) cum in libro esset pictus ut Monachus cappa indutus, respondit D. M. Lutherus: *do thun sie dem heiligen manne vnrecht,* quia ipse egit uitam ciuilem et [*fol. 565a*] communem, *hat silberne leffel vnnd becher gebraucht,* uixit inter populos, non habuit uitam portentosam aut monasticam. Sed papistae affingunt talia in defensionem suorum

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 375 sq. cap. 57. §. 10.

81) Quatuor Ecclesiae columnae. Ambrosius est] Reb.: Quatuor Ecclesiae columnae nominantur, Ambrosius qui est — *Haec et subsequentia, quae in* Cod. fol. 564b lin. 9 — 20. *exhibentur, ap.* Reb. *paulo superiori loco,* II. fol. 237b lin. 12 — 29. *leguntur.*

82) Deinde . . Tertio] *a* Reb. *absunt.*

83) qui obijt A. D. 438. [*supra p.* 142. *refertur annus mortis* 436.: *potius mortuus est* a. 430. d. 28. Aug.] *ist itzunder* [*scil.* a. 1538.] *1100 Jar.*] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

84) autem fere] Reb.: vero

85) *ist viel gebraucht*] Reb.: multa egit et effecit

86) *hat sich — entschlagen,*] Reb.: rebus enim mundanis abesse non potuit,

87) syncerissime scr. — *schreiben*] Reb.: qui syncerissime scripsit, seuerior est in suis scriptis,

88) qui fuit mitior,] Reb.: qui etiam mitior fuit,

89) M. Hausman — Pomeranus.] Reb.: Magister Haussman erga Pomeranum Hieronymum appellarunt doctorem Christianum, Bernhardum, os dulce, Augustinum, Bonauenturam Seraphicos, Thomam, Angelicum, Scotum, subtilem. At Lutherus haeresiarchae nomen sortitus est.

90) Fulgentius — — *thun euch nichtes nach.*] *haec, quae in* Cod. fol. 564b lin. 21. — fol. 565a lin. 7. *leguntur, a* Rebenstockio II. fol. 236a lin. 16 — 24. *sic commutato* Fulgentii *nomine referuntur:* Doct. Mart. Luth. vidit Augustinum in libro pictum Cappa indutum vt Monachum. Respon. Mentiuntur hic in virum sanctum, quia ipse egit vitam ciuilem et communem, argentea enim cochlearia et pocula habuit, et inter populos conuersatus est. Non habuit vitam portentosam aut monasticam, sed Papistae affingunt talia in defensionem suorum errorum, etc.

errorum. Sicut Tetzelius dixit: *Wer seiner selen wiel rathen, der gebe alhie, lose die gnade. Nach eurem tode vergessen euer die kinder, thun euch nichtes nach.* [90])

Macarius, Antonius, Benedictus [91]) suo Monachatu magnam pestem attulerunt Ecclesiae. Esto habuerunt uitam miraculosam in mundo, attamen non sanctam. Et credo illos longe [92]) inferiori gradu in coelis esse quam aliquis pius coniugatus et politicus. Ideo in uitis patrum optimum et pijssimum extat poema excogitatum ab aliquo spirituali iudicio, ubi coriarium Antonio praefert et duas uxores, ut disceret non operibus illis externis coli Deum. *Es ist ein fein Christlich* poema, non puto esse historiam, quod illi sancti patres ita delirarunt, cum Deo disputantes de sua propria iustitia. Ideo hoc poema hoc concludit: Vos sancti et prodigiosi monachi, qui omnem aliorum uitam damnatis, ipsimet estis [93]) damnati.

Optimi quique patres sudarunt in exponendis psalmis. Origenes fecit psalterium ἑξαπλοῦν, [94]) sex concinnans commentatores, *sie haben dennoch viel schönes* [*fol. 565*^{b}] *dinges daruber geschriebenn*, praecipue Augustinus, *haben* deuotionalia [95]) non historica *gehandelt*. Dicunt multa sancta, pura et pia, sed impropria. *Lieber herrgott wie tzuengstiget sich Augustinus vber dem* loco: In pace in id ipsum, ubi In id ipsum exposuimus aduerbialiter *gantz vnd frolich*. Augustinus autem In id ipsum pronominaliter pie, sed improprie [96]) exponit. Item alio loco: Veni in altitudinem et non est substantia, *da bringet er viel tzu vber dem wordtlein* substantia, Vtrum Deus sit substantia, *bringets in die* praedicamenta. Ideo multum prodest, ut Doctores in statu causae et obiecta materia acquiescant, quamuis illa pia in sanctis patribus non sunt contemnenda, sed si sathan per falsos Doctores a materia labitur, tunc illi resistendum est. Vt cum papa detorquet hunc locum Matthaei: Quidquid solueris super terram etc ubi textus loquitur de clauibus et remissione peccatorum

91) Macarius, Antonius, Benedictus — — de possessione regnorum etc.] *haec ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*
92) longe] Cod.: longo
93) estis] Cod. *calami err.:* esti
94) ἑξαπλοῦν] Cod.: ἑξαπλον
95) deuotionalia] *haec vox mediae et infimae latinitatis significat:* deuotionis *seu* pietatis exercitia.
96) improprie] Cod.: impropriae

so bringet der [illegible] seinen dieterich de possessione regnorum etc. [illegible]

IVDICIVM DE SANCTIS PATRIBVS. [97]) [illegible]

Etsi mihi [98]) non licet iudicare de sanctis patribus, quia respectu illorum sum uermis, [99]) attamen quo magis illorum scripta lego, eo [100]) plus offendar. Nam res ipsa clamat eos fuisse homines, [1]) et ipsorum authoritas oppressit [*fol.* 566a] Apostolorum scripta. [2]) Ideo papistae impudenter dicunt: [3]) Quid scripturae? [4]) oportet legere scriptores, qui suxerunt [5]) mel ex scriptura. Scriptura est quasi moles indigesta et quasi sermo diuinus non posset intelligi. Cum tamen [6]) coelestis pater de Christo dicat: Hunc audite, qui etiam in Euangelijs simplicissime, [7]) clarissime et humillime parabolis et similitudinibus locutus est: Qui [8]) credit in me, non morietur. Item Matthaei 5. Nolite [9]) resistere malo. Item Matthaei 6. Respicite uolatilia coeli et lilia agri. *Wie konnte es klerer vnnd lautter gesaget werden,* [10]) plus quam patres omnes potuissent. Attamen sophistae [11]) audent sacram scripturam blasphemare et obscurare. Ideo S. Augustinus [12])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 378 sqq. cap. 57. §. 11.

97) Iudicium de S. Patribus.] *haec inscriptio a* Reb. *cum praecedente generali sic coniuncta est:* Patres post Apostolos et iudicium de illis (*vide supra* p. 134. notam 90.) — *Sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 565b lin. 20. — fol. 567a lin. 19. *legitur, et finitur verbis: „vnnd einem andern die bürde aufflegen.“ ap.* Reb. *in huius capitis principio* fol. 234b lin. 24. — fol. 236a lin. 15. *affertur.*

98) mihi] Reb.: mihi Mar. Luthero

99) sum uermis,] Reb.: vermis sum,

100) eo] Cod. *falso:* et

1) fuisse homines,] Reb.: homines fuisse

2) oppressit Ap. scripta.] Reb.: Apostolorum scripta oppressit.

3) dicunt:] Reb.: gloriantur.

4) scripturae?] Reb.: scriptura?

5) suxerunt] Reb.: suggesserunt

6) Scriptura est — Cum tamen] Reb.: scripturam esse, quasi molem indigestam et minus intelligibilem. Quasi sermo diuinitus intelligi non possit, eum (*typ. err. pro:* cum)

7) simplicissime,] Reb.: simpliciter

8) locutus est. Qui] Reb.: locutus. Vt qui

9) Nolite] Reb.: Noli

10) agri. *wie — werden,*] Reb.: agri, etc. Clarius et dilucidius dictum.

11) sophistae] Reb.: Papistae

12) blasphemare et obscurare. Ideo S. August.] Reb.: obscuram blasphemare, quasi patres eam declarare debeant, sed ita declarare, est obscurare. S. Augustinus

prae omnibus Doctoribus mihi placuit et placet, qui magnus Doctor est, omnique [13]) laude dignus, etsi [14]) paruam habuit Ecclesiam, attamen solidissime [15]) et syncerissime rem tractauit. Hic Christianissima submissione sua scripta subijcit sacrae scripturae, [16]) ut in Canone 9. Nolo meis scriptis etc. [17]) Ibi protestatur, decernit et cogit suis scriptis non haberi maiorem fidem. Et ego [18]) arbitror S. Augustinum hunc Canonem maxime et praecipue propter Chrysostomum posuisse, qui uix 40 annis ante Augustinum uixit. Cumque esset facundus, [*fol. 566b*] *geweschisch*, [19]) magnam habuit autoritatem apud homines multosque composuit libros splendide, [20]) sed tantum fuit Chaos et saccus uerborum sine re. Ideo S. Augustinus offensus hunc Canonem scripsit. Nam et noster D. Hieronymus Schurff semel emit sibi Chrysostomum, [21]) quem cum legisset, dixit: [22]) Multa lego, nihil disco. Tantum sua loquentia populum demulsit, quasi aurea catenula. ideo Χρυσόστομος, [23]) aureum os dicebatur. *Er mag goldt am klange, aber nicht in der würde gehabet haben.* [24]) Ah patres etiam fuerunt homines sicut et nos. ideo bene considerandi.

Ita Augustinus mirabiliter sudauit, offensus humanis traditionibus, et tamen est in scriptura potentissimus, habetque [25]) optimum iudicium de rebus. Pelagiani [26]) eum acuerunt, estque [27]) coniugatis aequissimus, bene loquitur de Episcopis, qui tum erant pastores, sed [28]) illis temporibus maxime est offensus. *was soltte nu tzu vnnsern tzeitten gescheen*, [29]) si

---

13) qui magnus Doctor est, omnique] Reb.: Insignis Doctor omni
14) etsi] Reb.: Esto,
15) solidissime] Reb.: solide
16) Hic Christian. — scripturae,] Reb.: Is Christianissima supplectione scripta sua, sacrae scripturae subijcit,
17) etc.] *a* Reb. *abest.*
18) decernit et cogit — Et ego] Reb.: et decernit maiorem fidem non haberi suis scriptis, nisi iuxta scripturam. Ego
19) Cumque esset fac., *geweschisch*,] Reb.: qui cum esset facundus, loquatur,
20) m. habuit autor. — splendide,] Reb.: m. apud homines habuit authoritatem, multos splendidos composuit libros.
21) semel emit sibi Chrys.] Reb.: sibi Chrysostomum emit.
22) dixit:] Reb.: fatebatur,
23) Χρυσόστομος,] Reb.: Chrysostomus, id est,
24) *Er mag — haben.*] Reb.: Aurum forsitan habuerit in sonore sed non in valore.
25) habetque] Reb.: habet enim
26) Pelagiani] Reb.: Nam Pelagiani
27) estque] Reb.: Est
28) sed] Reb.: Attamen
29) *was soltte — gescheen,*] Reb.: quid nostris fieret temporibus,

esse videret et deberet ea portenta papae videre [30] qui magna authoritate Petri patrimonium defendat. id est, totum imperium occidentale, quae donatio de patrimonio Petri [31] an [32] anus Gottes [33] wie papa omnium regnorum voluit esse Dominus. *das würde S. Augustinus fol. 567b nicht leiden.* [33] Summa. Credentes simpliciter debent audire legationem Christi, quid ipse loquatur [34]. Impiissime igitur faciunt omnes, qui humana authoritate Euangelium eius [34] mutare volunt. Hoc nullus Regum suo legato permitteret. *Er giebet ihm wol ein Credentz.* [35]; ut audiatur ut [36] sua persona, sed tamen [37] ne unum verbum aliter loquatur extra mandatum suum. [38] Et nos in hac diuina legatione adeo praesumptuose [39] incedimus. *Ich hallte, wan Petrus leibhafftig itzunder predigte alle artickel der schrifft*, et tantum autoritatem papae negaret, *so wurde er hencken.* [40] Imo ipse Christus, si in carne incederet praedicans, iterum crucifigeretur. *Darumb lasset uns dis auch gewartten, dann der liebe herr Christus hat Ja trewlich bei uns gehalten. es ist Ja besser, auff ihn denn auf den babst tzu wagen.* [41] Nam nisi aliam uitam crederemus, *wolt ich bald anders sagen vnnd singen, vnnd einem andern die burde auffiegen.* [42]

Passio cum caneretur, [43] * D. M. Lutherus attentus audiebat dicens: Musica optimum Dei donum est, [44] saepius

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 381 sq. cap. 57. §. 12.

30) et deberet — videre.] Reb.: et illa portenta Papae videre deberet.

31) de patrimonio Petri] Reb.: de Petri patrimonio

32) *das würde — leiden.*] Reb.: hic Augustinus minime ferret.

33) loquatur.] *sie* Reb.: Cod.: loquitur.

34) Euangelium eius] Reb.: Euangelij doctrinam

35) *Er giebet — Credentz,*] Reb.: Permittam illis quidem honorem aliquem.

36) ut] *hoc alterum a* Reb. *abest.*

37) tamen] Reb.: tamen ita

38) mandatum suum.] Reb.: instructionem et mandatum legentis

39) praesumptuose] Reb.: proterue

40) *Ich hallte — hencken.*] Reb.: Credo, si S. Petrus his temporibus corporaliter omnes scripturae praedicaret articulos, et tantum Papae autoritatem negaret, suspenderetur quam primum,

41) *Darumb lasset — tzu wagen.*] Reb.: alia nos quoque non expectemus. Christus enim fideliter nobis astitit et adfuit, melius enim est Christo quam Papae confidere.

42) *wolt ich — auffiegen.*] Reb.: aliter dicere et canere, alijsque periculum hoc mandare vellem.

43) Passio cum caneretur,] Reb.: Cum caneretur Passio, — *Sectio ab his verbis ordiens et verbis* „quam Iudaei suis legibus.“ *terminata, quae in* Cod. fol. 567a lin. 20. — fol. 567b lin. 13. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 239b lin. 15 med. — fol. 240a lin. 3. *reperitur.*

44) est,] Reb.: esset.

me ita excitauit, *dass ich lust tzu predigen gewunnen habe.* [45]) Sed S. Augustinus eam habuit [*fol. 567b*] conscientiam, ut ex delectatione Musices sibi peccatum [46]) fingeret. *Es ist ein feiner man gewest.* [47]) Si hoc seculo uiueret, nobiscum sentiret. Sed S. Hieronymus nos plane damnaret, qui tamen etiam humana passus est. Eustochium enim [48]) usque ad scandalum amauit. *die lieben veter haben auch ihre* uitia *gehabet.* [49]) Chrysostomus satis indicauit se hominem esse, fere Carolostadij ingenium habuit, [50]) sed Augustinus fuit grauissimus et syncerissimus omnium. Ille autem unus [51]) non potuit omnia efficere. Nam et ipse conqueritur, quod Episcopi plus onerauerint Ecclesiam suis traditionibus. [52]) quam Iudaei suis legibus. [53])

Ambrosij hymni [53]) habent uerba, sed parum rei, ut: A solis ortu etc. *auff die sieben tzeitten,* cum patris sapientia plus rei habeat. [54]) Rex Christe factor omnium, [55]) est optimus hymnus. [56])

Lyrae*) Commentarium super totam Bibliam [57]) diligentissime commendauit D. M. Lutherus, qui esset optimus historicus praesertim ueteris testamenti. Si quis noui testamenti

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 382. cap. 57. §. 13.

45) excitauit — *gewunnen habe.*] Reb.: recreauit et excitauit, quod summa cum laetitia praedicationem meam incipiebam.

46) sibi peccatum] Reb.: peccatum sibi

47) *Es ist — gewest.*] Reb.: fuit vir eruditus et egregius,

48) Eustochium enim] Reb.: Nam Eustochium

49) *die lieben v. — gehabet.*] Reb.: patres quoque sua habuerunt vitia.

50) fere (Cod. *male*: fore) Car. ingenium habuit,] Reb.: ingenium fere habuit Carolostadij,

51) fuit grauissimus — autem unus] Reb.: grauissimus et syncerissimus omnium fuit, sed vnus

52) et ipse conqueritur — traditionibus,] Reb.: et suo tempore deplorat, quod Episcopi Ecclesiam suis traditionibus onerarint.

53) hymni] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.* — *Haec sectio:* „Ambrosij hymni — optimus hymnus.“ *et subsequens:* „Lyrae Commentarium — — Lyram *wider trucket.*“, *quae in* Cod. fol. 567b lin. 14 — 24. *exstant, ap.* Reb. II. fol. 239b lin. 3 med. — 15 med. *exhibentur.*

54) A solis ortu — plus rei habeat.] Reb.: A solis ortus cardine, et ad septem tempora, Patris sapientia. — Ambrosii *hymnus de nativitate Domini:* A solis ortus cardine *etc. refertur in* H. A. Danielis Thesauro hymnologico Tom. I. p. 21. — *Carmen sacrum de passione Domini:* Patris sapientia, veritas divina, *etc. invenitur ibid.* T. I. p. 337. *et in* F. J. Mone *Lateinische Hymnen des Mittelalters* Tom. I. p. 106 sq., *ubi inscriptum est:* Horae canonicae (*i. q. die sieben Tagzeiten*) salvatoris.

55) Rex Christe factor omnium,] *hic hymnus a* Daniele *l. l.* I. p. 180. *inter carmina sacra* S. Gregorii Magni *refertur* (*conf. eius annotatt. ibid.* p. 181. *adscriptae.*)

56) optimus hymnus] Reb.: elegantissimus.

57) totam Bibliam] Reb.: tota Biblia

[illegible] Lyram esse [illegible] [illegible] [illegible]

[*fol.* 568ª] SCHOLASTICI. [61])*)

Terministen hiess man eine Secten in der hohen schulen, vnnter welchen ich auch gewesen. die selbigen haltens wider die Thomisten, Scotisten vnnd Albertisten, [62]) *vnnd hiessen auch Occamisten* [63]) *von Occam, ihrem ersten anfenger, vnnd sein die aller neuesten Secten, vnnd ist die mechtigste auch tzu Paris. Der hader war,* [64]) *ob* Humanitas *vnnd dergleichen wordt ein gemeine menschheit heisse, die in allen menschen were, wie Thomas vnnd die andern halten. Ja, sagen die Occamisten oder Terministen, es sey nichtes mit solcher gemeiner menschheit, sondern der* Terminus homo *oder menschheit heist alle menschen insonderheit gleichwie ein gemalt menschen bilde alle menschen deutet. Aber E. f. G. mussen itzunder in dieser sachen heissen Terministen, die in* terminis proprijs *von einem dinge reden, vnnd nicht die wordt frembde vnd wilde deuten, vnnd sonst heist mans wergcklich dauon reden. Als mit einem tzimmerman muss ich in seinen* terminis *reden, nemlich winckeleisen vnnd nicht kumpeisen, axt vnnd nicht beil. Also sol man auch die wordt Christi lassen bleiben vnd vom sacrament reden in* suis terminis. Vt hoc facite *sol nicht heissen* sacrificate. [65]) Item Corpus *sol nicht* [*fol.* 568ᵇ] *bedeutten beider gestalt, wie sie itzunder die wordt martern vnnd von der strassen gerne wolten mit dem hellen Texte.*

Magister sententiarum Petrus Lombardus [66])**) homo fuit diligentissimus et excellentissimi ingenij, multa egregia scripsit. Magnus profecto fuisset Ecclesiae Doctor, si se integre et uere ad sacras literas contulisset, sed ipse multis quaestionibus inutilibus librum istum confundit. fuerunt tamen optima ingenia, sed non illa tempora, quae nunc habemus. Nam scholastici eo peruenerunt, ut docerent hominem non esse integrum, aliquo modo sauciatum, attamen posse ipsum suis uiribus sine gratia praestare legem, sed gratia adepta, hominem legem facilius posse praestare, quam suis uiribus.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 385 sqq. cap. 58.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 386 sq. cap. 58. §. 2.

61) Scholastici.] *caput sic inscriptum et subsequens:* Sancti Martyres, *ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*
62) *Albertisten* (Cod. *calami err.: Abertisten*)] *hoc nomen significat* ab Alberto Magno profectos.
63) *Occamisten*] Cod. *male: Occaristen*
64) *war,*] Cod.: *wass,*
65) sacrificate.] Cod.: sacrificatae,
66) Lombardus] Cod.: Longobardus

Talia monstra docuerunt non uidentes lapsum Adae. non uidentes legem Dei esse spiritualem.

Anno 38. 17 Nouembris multum diu de Thomistis et Modernis, Occam. tribus sectis. qui mira argutia sese lacerabant de uocabulis materialiter aut significatiue sumptis. ut in illo exemplo: Nullus et nemo. mordent se in sacco. utrum Nullus et Nemo materialiter accipiantur. quomodo habeant dentes. Item, Meretrix erit uirgo. ibi *fol. 569a*] erit in futuro et alia significatione sumitur, scilicet puer nondum natus qui erit uirgo, erit deinde meretrix. Item nullus homo currit. Illa propositio esset uera quiescentibus uiris. etiamsi omnes mulieres currerent, quia nullus esset generis masculini. *das heissen sie* restrictionem. Item. Haecceitas oppositio. suppositi Alienatio. Haec omnia ex ignorantia Grammaticae [67]) et figurarum Grammaticarum acciderunt. Nunc sunt foelicissima tempora omnium artium et facultatum. quae clarissime traduntur et breui discuntur, *darfur wir gott nicht konnen gnug danchen.* Vae adolescentibus, qui hoc aureo seculo abutuntur. Olim literae in Graecia erant illustriores, in Germania et Italia nihil. Nam Lutetia fuit mater multorum errorum, sicut et hodie est. quia ibi nihil praelegebatur nisi Thomas, Scotus, Porphyrius. Ita literae peregrinantur hinc inde. Hodie florent in Germania et Gallia, *gott gebe lange.*

D. M. Lutherus: S. patres *) multa pia et salutaria scripserunt, et tamen cum iudicio sunt legendi. S. Hilarius et Augustinus multa praeclara de Trinitate et iustificatione scripserunt, compulsi ab haereticis. Nazianzenus est nihil. Gregorius Monachus, Cyprianus *ein frommer man.*

fol. 569b] Tertullianus, Hilarius tantum recitarunt historias. Lactantius Augustino teste aliena tractauit, in pace nihil egerunt, sed in pugna ualuerunt. Bernhardus *hat den Hiesum so lieb als einer sein mag,* sed in disputatione non est Bernhardus. Manichaei Augustinum prouocarunt, *dass er so wol geschrieben hat.* Hoc papistae [68]) non intelligunt, sed dicunt eum excessiue locutum esse. *Er habe tzu hoch ding geschrieben.* [69])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 389. cap. 58. §. 4.

67) Grammaticae] Cod.: Grammatice

68) papistae] Cod.: papiste

69) *geschrieben.*] Cod. *male: gestüeben.*

SANCTI MARTYRES. [70]*)

D. Staupitius dixit se ab optimo concionatore Andrea Proles audiuisse, qui semel ingressus in monasterium Gottense, ubi pictus fuisset D. Zacharias, qui Erphordiae sepultus est, qui Ioannem Huss dicitur uicisse, *der hat gemalet an seinem paret eine Rose.* Respondit D. Proles: *behutte mich gott, dass ich diese rose nicht trage,* [71]) quia iniuste uicit Ioannem Huss falsa Biblia, uidelicet ex loco Ezechielis 34. ubi locus est: Ecce ego ipse uisitabo super pastores meos, et addiderunt: Et non populus. Hunc textum inuenerunt in propria Biblia Ioannis Huss, demonstrantes illi et concludentes inde: Ergo tu non debes uisitare papam. Spalatinus: *den text hat der Teuffel* [*fol. 570*a] *in die Bibel bracht.* Respondit Lutherus: *Es hat darinne gestanden, wie es auch hinein komen ist.* Et ita est damnatus.

Ioannes Agricola**) legit literas Ioannis Huss summi spiritus, patientiae et orationis, et quomodo in carcere excruciatus sit calculo et a Sigismundo contemptus. Respondit Martinus Lutherus admirans tantum spiritum et constantiam dixit: *Er ist ein teurer man gewest, sein todt ist wol gerechet worden.* Statim post mortem illius, Sigismundus factus est infoelicissimus, uxor illius totius Aulae scortum. Bohemi Germaniam undequaque uastarunt, Noriberga *hat brandtschatzung gegeben, sie sint bis gegen Tzeitz komen, die Teutzschen haben die Boehmen* [72]) *etlich mal mit den fersen* [73]) *geschlagen.*

DE INDVLGENTIIS. ***)

Ego et Ioannes Huss impudentissime sumus appellati haeretici, ubi concludunt: Quia papa dicit, ideo credendum esse. Quamuis Ioannes Huss nondum intellexit papatum, tantum abusus agnouit aliquos, et ex moribus ad personam papae argumentatus est. Nos uero a persona ad mores procedimus, *wann der babst gleich S. Peter wer,* tamen esset impius.

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 389 sq. cap. 58. §. 5.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 390 sq. cap. 58. §. 5a. sect. 1.
***) *Conf.* ibid. IV. p. 391. cap. 58. §. 5a. sect. 2.
70) Sancti Martyres.] *hoc quoque caput ap.* Reh. *desiderari, iam supra* p. 151. nota 61. *dixi.*
71) *trage,*] Cod. *falso*: *rage,*
72) *Boehmen*] Cod.: *poemen*
73) *fersen*] Cod.: *versen*

[*fol. 570b*] DE DOCTORE MARTINO LVTHERO. [74]) *)

Cum D. Staupitius **) D. Martinum sub piro de gradu accipiendo admonuisset, [75]) Lutherus autem magis et magis auersaretur, adeo ut [76]) tandem se ita excusaret, se nunc defatigatum, et uires exhaustas, sed [77]) si illa tanta prouincia esset capienda, [78]) fore ut propter multas curas et labores assiduos, intra tres aut [79]) quatuor menses extingueretur, tandem Staupitius respondit iocose: *wisset ihr nicht, dass vnnser herrgott viel grosser sachen hat auszurichten? da bedarff er wol kluger vnnd weiser leute tzu, die ihm helffen rathen. wann ihr dann stürbet, so müsset ihr sein radtgeber sein.* [80]) Non autem intellexit prophetiam in hac uita complendam esse. Nam post quatuor annos aggressus est papatum et [81]) in rebus diuinis bene [82]) et prudenter consuluit [83])

Sathan saepe dixit mihi: [84]) Quid si falsum esset dogma

---

*) Reb. II, fol. 11b lin. 19. — fol. 27b lin. 21.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. II. p. 369 sq. cap. 22. §. 9. sect. 3.

74) De D. M. Luthero.] Reb.: De D. M. Luth. eius doctrina, vita, morbis et periculis, *quam inscriptionem ibi subsequitur haec tabula:*

D. M. L.	Natus est ex Ioanne Luthero	Anno Christi	1483.
	Romam profectus est		1510.
	Promotus in Doctorem		1512.
	Contra Papatum scribere coepit		1517.
	A Papa Leone 10. excommunicatus		1519.
	A Carolo V. exbannitus		1521.
	Vxorem duxit		1525.
	In Domino obiit		1546.

75) Cum D. Staupitius (Cod.: Stapitius) — admonuisset,] Reb.: D. M. Luth. cum a D. Staupitio de gradu doctoratus accipiendo sub piro grauiter admoneretur,

76) magis et magis auersaretur, adeo ut] Reb.: magis auersaretur eius consilium, vt

77) sed] *a* Reb. *abest.*

78) esset capienda,] Reb.: illi adhuc esset suscipienda,

79) aut] *sic* Reb.; Cod.: et

80) respondit iocose (Cod.: iocosae) — *radtgeber sein.*] Reb.: ioco respondit: nescis tu, quod Deo nostro multa et grauissima negotia sint efficienda, ideo docto et prudentissimo viro consilio fruitur, si tu ergo morieris, tunc Dei eris consiliarius.

81) aggressus est papatum, et] Reb.: papatum est aggressus, vbi

82) bene] Reb.: pie

83) consuluit.] Reb.: consuluit. Ita D. Mellerstad, cum Lutherum iuuenem in monachum conspexisset, dixisse fertur: Iste frater profundos habet oculos, mirabiles habebit fantasias. Nam Deus me inuitum et nescium in haec tragica duxit, omnibus amicis mihi dissuadentibus.

84) dixit mihi:] Reb.: mihi dixit:

tuum, quod papam, monachos,[85]) missam etc. ita confundit?[86]) *vnnd hat mich offtmals so vbereilet, das mir der schweiss ist ausgetrungen.*[87]) Tandem dixi:[88]) abi et expostula cum Deo meo, qui iussit hunc Christum audire. Ideo *muss der Christus alles thun. darumb wollen wir Christen sein, vnnd wollens Christum lassen verandtwortten.*[89])

[*fol. 571*[a]] Quidam Antuerpiae[90]) dixit ad Aleandrum:[91]) Cur non corrumpitis illum Monachum pecunia? Dixit:[92]) Illa bestia non uult accipere pecuniam. *Eine post ist wider geworffen worden, da hat man babst brieffe funden. der Fugger*[93]) *sol 300 fl. dem möniche geben vnd sol ihn heissen schweigen.*[94])

Anno 19. uenit quidam ad Lutherum porrigens ei manum, quem excepit Doctor, ducens eum ad habitationem suam. Ibi dixit ille: *mein lieber herr Doctor mich wundert, dass ihr einem iglichen die handt so balde reichet. wie wann euch einer mit einer buchsen erschösse?* Ego iam sum solus uobiscum. Respondit Doctor: *so müste er auch sterben.* Respondit ille: *wan das geschehe, so macht mich der babst tzu einem heiligen vnnd Euch tzu einem ketzer.* His auditis ego accersiui Vuolffgangum meum, et ille abijt mox e ciuitate. Sic uenerunt mihi literae ex Vratislauia, quendam uenturum ex Polonia, cui promissi essent 4000 fl., si me ueneno necaret, et ita mihi eum descripserunt, ut eum optime nouerim. Eratque ille Doctor Polonicus, callens multas linguas, etiam Turcicam, optimus Astrologus, quem etiam Philippus admirabatur, sed Deus me custodiuit. [*fol. 571*[b]] Is libenter mecum lusisset *im schacht*, sed ego nolui. Tandem animaduertens se esse suspectum de sua malitia, abijt clam, et ueniens ad Marchio-

---

85) monachos,] Reb. *typ. err.:* monachus,
86) etc. ita confundit?] Reb.: et tantos cultus ita confundis?
87) *vnnd hat. — ausgetrungen.*] Reb.: et hac tentatione saepius me arripuit, quod sudorem prae timore emisi.
88) dixi:] Reb.: dixi ad Satanam,
89) *muss der — verandtwortten.*] Reb.: Christum omnia efficere oportet, quia vero Christum profitemur, Christo defensionem commendamus.
90) Quidam Antuerpiae] Reb.: Ita quidam in Antuerpia — *Haec scatio verbis: „sol ihn heissen schweigen.“ terminata, quae in* Cod. fol. 571[a] lin. 1 — 6. *exstat, ap.* Reb. II. fol. 17[b] lin. 28 med. — fol. 18[a] lin. 4. *invenitur.*
91) Alexandrum:] Reb.: Alexandrum Cardinalem,
92) Dixit:] Reb.: Respondit.
93) *Fugger*] *sic scripsi;* Cod.: *fucker*
94) *Eine post — sol ihn heissen schweigen.*] Reb.: Tabellarius quoque appraehensus est, literas habens a Papa, qui Fuckero scripserat, vt Monacho redderet 300 flo. hoc pacto, vt in posterum taceret,



Deus me mirabiliter seruauit, ex multis periculis redemit (
Anno 19. Peregrinus quidam Lutherum accessit, quem Lu
excepit, at is Bombardam habens in manu ante habitationem
Domine Doctor, te manum porrigere tuam iguotis et hominil
fieret, si aliquis Bombarda te interficeret? ego iam solus tec
M. L. et te mori vicissim oporteret. Ille dixit: etsi fieret, papa tu
Catalogum sanctorum, te vero in numerum haereticorum. His
rus attonitus famulum suum Wolffgangum accersit. Is vero illi
emissa festinans e ciuitate. Ex Vratislauia (Reb. *typ. err.*:
ad Lutherum mittebantur monentes eum, ex Polonia quendam
flo, promisissent, si Lutherum veneno necaret. Venit autem (R
Polonus, vir senex et grauis, plures linguas callens, optimus As
Philippus admirabatur. Sed Deus Lutherum custodiuit. Nam s
ingressus est, non vocatus, volebat cum illo ludum latrunculor
therus detrectabat consortium. Tandem is animadnertens se es
abijt, et venit ad Marchionem iuniorem, et illi annunciare seipsu
Respondit Princeps: dimitte illum, est enim latro ille, qui Luther
volebat. Et sic confusus abijt. Ita et alio loco factum esse,
pius veneno intoxicatum, ita quod etiam suggestus venenatus
maximis istis periculis me liberauit.]

Anno aetatis $\left\{\begin{matrix}24\\27\end{matrix}\right\}$ promotus est Lutherus i

Expostulans cum sua uxore dicebat: [96]
suades quidquid uis, totum habes dominium.
quidem tibi concedo dominium, saluo meo iur
regiment hat nie nichtes gutes ausgericht. [97]
Adam dominum omnium creaturarum, ut domi

94a) *Martinum*] *sic scripsi;* Cod.: *Martino*

95) Anno aetatis — Doctorem.] *haec h. l. a* Reb. *absun huius capitis principio,* fol. 11b lin. 21 — 28. *alii posuit tabulam supra* p. 154. nota 74. *allatam.*

96) Expostulans — dicebat.] Reb.: Deinde expostulabat e

[9]) sed cum Eua persuaderet, ut esset Dominus
dō verterbet ers, das haben wir euch weibern tzu
quae astu et technis inescatis uiros, quod ego
ior. [96])
cubitum ferendum [1]) ,ita benedixit: *gehe hin*
, gelt wiel ich dir nicht lassen, [*fol.* 572[a]] *aber*
gott wiel ich dir lassen, biss nur from, der wirdt
ien, da helff dir gott tzu. Pfu dich wolan vmb
id vnser fleisch, quod non fidimus Deo, a quo
eneficia accipimus, quoniam homini ego Luthe-
ae, uobis singulis plus confido quam Christo,
illus uestrum hoc faceret, ut crucifigeretur et
me. [1])
e superbire deberem, quod sathan infensissimus
ue mihi insidiatur, *solt mich warlich stoltz dun-*
einen solchen hohen feindt habe. [4])
[5]) defensor et columna papae, post mortem
ler babst einen stoss leiden, dess kan er sich
Tunc dicent: [6]) *hetten wir itzundt den* [7]) *Lu-*
:n konde, itzt wer tzu rathen, so wollen sie nicht,
idtlein aus ist, so wirdt gott nicht wollen. [8])
herus mentionem fecit [9]) suorum consanguineo-

---

utibus,] Reb.: supra omnes animantes,
bet — dancken,] Reb.: ibi omnia corrumpebat, sed vos mulieres
a,
bitum ferendum — — et moreretur pro me.] *haec sectio, quae*
l. 571[b] lin. penult. — fol. 572[a] lin. 8. *exstat, ap.* Reb. *h.*
eritur.
b. *abest.* — *Haec sectio:* „Ego iure — — *hohen feindt*
ae in Cod. fol. 572[a] lin. 9 — 12. *legitur, ap.* Reb. II. fol.
— 7. *invenitur.*
s hostis] Reb.: hostis infensissimus mihi sit,
— *hohen feindt habe.*] Reb.: merito superbirem, quod hostem
magnificum.
— — *gott nicht wollen.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 572[a]
18. *exhibetur, ap.* Reb. II. fol. 16[b] lin. 24 med. — 31.

t col. — Tunc dicent:] Reb.: defensor Papae et calumnia
pro: columna), post meum obitum Papa sustinebit periculum,
cillime liberari poterit, Deinde clamabunt,
eripsi; Cod. *male*: *der*
— *nicht wollen.*] Reb.: Vtinam Lutherus suo adesse (*typ.*
adesset) consilio, tam autem consulere possumus, illi vero nostrum
occipendunt, hora vero elapsa et praeterita, tunc et ipsi clamabunt,
non exaudiet.
mentionem fecit] Reb.: Fecit enim mentionem — *Haec sectio,*
s: nihil fecisse benigne est, *terminatur, in* Cod. fol. 572[a]
l. — fol. 572[b] lin. 13. *legitur, ap.* Reb. *autem* fol. 21[a]
fol. 21[b] lin.6 med. *invenitur cum additamento* fol. 21[b] lin.
12. (*vide* p. 158. notam 17.)

nem iuniorem. *hat sich lassen bei ihm ansagen.* Respondit princeps. *Ey last ihn immer hinwegk, es ist der Todt, der D. Martinum* [94a] *hat sollen vergeben.* et sic confusus abijt. Ita et Lipsiae factum est. Postea dixit: *Ich gleube, dass mein predigstul vnd die lehne offt vergiefft sey gewesen, doch hat mich gott erhalten.*

[*Haec sectio:* „Anno 19. venit quidam — — *hat mich gott erhalten.*" *quae in* Cod. fol. 571a lin. 7. — fol. 571b lin. 10. *legitur, a* Reb. II. fol. 17a lin. 23. — fol. 17b lin. 25 med. *sic refertur:*

De periculis et morbis Lutheri.

Deus me mirabiliter seruauit, ex multis periculis redemit contra astum diaboli. Anno 19. Peregrinus quidam Lutherum accessit, quem Lutherus manu porrecta excepit, at is Bombardam habens in manu ante habitationem Lutheri dixit: Mirer Domine Doctor, te manum porrigere tuam ignotis et hominibus peregrinis, quid fieret, si aliquis Bombarda te interficeret? ego iam solus tecum sum. Respondit M. L. et te mori vicissim oporteret. Ille dixit: etsi fieret, papa tamen scriberet me in Catalogum sanctorum, te vero in numerum haereticorum. His verbis auditis, Lutherus attonitus famulum suum Wolffgangum accersit. Is vero illico secessit Bombarda emissa festinans e ciuitate. Ex Vratislauia (Reb. *typ. err.:* viatis lauia) literae ad Lutherum mittebantur monentes eum, ex Polonia quendam venturum, cui 4000 flo. promisissent, si Lutherum veneno necaret. Venit autem (Reb.: aut) ille Doctor Polonus, vir senex et grauis, plures linguas callens, optimus Astrologus, quem etiam Philippus admirabatur. Sed Deus Lutherum custodiuit. Nam saepius illius domum ingressus est, non vocatus, volebat cum illo ludum latrunculorum ludere, sed Lutherus detrectabat consortium. Tandem is animaduertens se esse suspectum, clam abijt, et venit ad Marchionem iuniorem, et illi annunciare seipsum adesse, mandauit. Respondit Princeps: dimitte illum, est enim latro ille, qui Lutherum veneno extinguere volebat. Et sic confusus abijt. Ita et alio loco factum esse, facile credo, me saepius veneno intoxicatum, ita quod etiam suggestus venenatus fuit. Deus tamen ex maximis istis periculis me liberauit.]

Anno aetatis {21 / 27} promotus est Lutherus in {Magistrum / Doctorem.} [95]

Expostulans cum sua uxore dicebat: [96] Tu mihi persuades quidquid uis, totum habes dominium. In Oeconomia quidem tibi concedo dominium, saluo meo iure. *Dann weiber regiment hat nie nichtes gutes ausgericht.* [97]) Deus fecit [98]) Adam dominum omnium creaturarum, ut dominaretur omnibus

---

94a) *Martinum*] *sic scripsi;* Cod.: *Martino*

95) Anno aetatis — Doctorem.] *haec h. l. a* Reb. *absunt, quorum loco in huius capitis principio,* fol. 11b lin. 21 — 28. *aliam longiorem proposuit tabulam supra* p. 154. nota 74. *allatam.*

96) Expostulans — dicebat:] Reb.: Deinde expostulabat cum vxore dicens. — *Haec sectio:* „Expostulans — — quod ego quoque experior.", *quae in* Cod. fol. 571b lin. 13 — 22. *legitur, a* Reb. II. fol. 18b lin. 30 med. — fol. 19a lin. 11 med. *exhibetur.*

97) *Dann weiber — ausgericht.*] Reb.: Mulierum enim Dominium nihil boni vnquam effecit.

98) fecit] Reb.: creauit

animantibus, [99]) sed cum Eua persuaderet, ut esset Dominus supra Deum, *do verterbet ers, das haben wir euch weibern tzu dancken,* [100]) quae astu et technis inescatis uiros, quod ego quoque experior. [96])

Infantem cubitum ferendum [1]) ita benedixit: *gehe hin vnnd biss from, gelt wiel ich dir nicht lassen,* [*fol. 572a*] *aber einen reichen gott wiel ich dir lassen, biss nur from, der wirdt dich nicht lassen, da helff dir gott tzu. Pfu dich wolan vmb den Teuffel vnd vnser fleisch,* quod non fidimus Deo, a quo tot et tanta beneficia accipimus, quoniam homini ego Lutherus, uxori meae, uobis singulis plus confido quam Christo, cum tamen nullus uestrum hoc faceret, ut crucifigeretur et moreretur pro me. [1])

Ego [2]) iure superbire deberem, quod sathan infensissimus hostis [3]) ubique mihi insidiatur, *solt mich warlich stoltz duncken, dass ich einen solchen hohen feindt habe.* [4])

Ego sum [5]) defensor et columna papae, post mortem meam *muss der babst einen stoss leiden, dess kan er sich nicht erweren.* Tunc dicent: [6]) *hetten wir itzundt den* [7]) *Luther, der rathen konde, itzt wer tzu rathen, so wollen sie nicht, wann das stundtlein aus ist, so wirdt gott nicht wollen.* [8])

D. M. Lutherus mentionem fecit [9]) suorum consanguineo-

---

99) omn. animantibus,] Reb.: supra omnes animantes,

100) *do verterbet — dancken,*] Reb.: ibi omnia corrumpebat, sed vos mulieres estis in culpa,

1) Infantem cubitum ferendum — — et moreretur pro me.] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 571b lin. penult. — fol. 572a lin. 8. *exstat, ap.* Reb. *h. l. non reperitur.*

2) Ego] *a* Reb. *abest.* — *Haec sectio:* „Ego iure — — *hohen feindt habe.*“ *quae in* Cod. fol. 572a lin. 9 — 12. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 18a lin. 5 — 7. *invenitur.*

3) infensissimus hostis] Reb.: hostis infensissimus mihi sit,

4) *solt mich — hohen feindt habe.*] Reb.: merito superbirem, quod hostem habeo tam magnificum.

5) Ego sum — — *gott nicht wollen.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 572a lin. 13 — 18. *exhibetur, ap.* Reb. II. fol. 16b lin. 24 med. — 31. *reperitur.*

6) defensor et col. — Tunc dicent:] Reb.: defensor Papae et columna (*typ. err. pro*: columna), post meum obitum Papa sustinebit periculum, de quo difficillime liberari poterit, Deinde clamabunt,

7) *den*] *sic scripsi;* Cod. *male*: *der*

8) *hetten wir — nicht wollen.*] Reb.: Vtinam Lutherus suo adesse (*typ. err. pro*: adesset) consilio, tam autem consulere possumus, illi vero nostrum consilium floccipendunt, hora vero elapsa et praeterita, tunc et ipsi clamabunt, Deus autem non exaudiet.

9) D. M. Luth. mentionem fecit] Reb.: Fecit enim mentionem — *Haec sectio, quae verbis:* nihil fecisse benigne est, *terminatur, in* Cod. fol. 572a lin. 13 med. — fol. 572b lin. 13. *legitur, ap.* Reb. *autem* fol. 21a lin. 19. — fol. 21b lin. 6 med. *invenitur cum additamento* fol. 21b lin. 6 med. — 12. (*vide* p. 158. notam 17.)

weiss vnnd sehe doch wol, dass es hie im hause eben so wenig wirdt geachtet als in der kirchen. [26])

Parentes Lutheri primo pauperes fuerunt. Pater *ist ein armer heuer gewest, die mutter hat alle ihr holtz auff dem rucken eingetragen, damit sie vns ertzogen hat.* Duros labores perpessi sunt, quos mundus iam non ferret. [27])

DOCTORIS MARTINI LVTHERI AGONIZANTIS ORATIO SABATO POST VISITATIONIS MARIAE A D. IONA COLLECTA. [28])

Cum D. Martino Luthero [29]) sic factum est. Cum mane, ut ipse fatebatur nobis, habuisset grandem tentationem spiritualem, et tamen, utcunque ad se redijsset, uocatus a quibusdam nobilibus, Martino Walfels, [30]) Hans Löser, Erasmo Spigel ad diuersorium Paul Schultzen. A prandio ad discutiendum animi moerorem et molestiam, intrauit hortulum meum, ibi sedit mecum confabulans [*fol. 574*[a]] duabus horis. Abiens ex meis aedibus uocat me cum uxore ad coenam. Ascendo igitur ad monasterium. Ibi uxor Doctoris dixit, eum ualetudinis causa quiescere, rogat, ne mihi molesta sit mora. Cum expectassem, Doctor e lecto surgit una nobiscum coenaturus, queritur de sonoro et molesto tinnitu auris [31]) sinistrae, quem medici syncopen dicunt praecurrere. Proinde cum tinnitus subinde intenderetur, negat Doctor se assidere posse. Ingre-

---

26) *Ich weiss — in der kirchen.*] Reb.: Video enim et scio verbum De tam in domo mea, quam in Ecclesia negligi.

27) Parentes Lutheri — iam non ferret.] *haec, quae in* Cod. fol. 573[b] lin. 10 — 14. *leguntur, a* Reb. II. fol. 18[b] lin. 14 med. — 18 med. *sic referuntur:* Ego natus ex pauperibus parentibus. Pater pauper fuit fossor montium, mater omnia ligna ad rem domesticam necessaria, in dorso importauit, vt eo melius filios educarent, duos (*typ. err. pro:* duros) perpessi sunt labores.

28) D. M. Lutheri agonizantis oratio — collecta.] *Historia vel Oratio sic inscripta, quae verbis:* Iliesus Christus conseruet uobis illum diu incolumem *finitur, in* Cod. fol. 573[b] lin. 15.—fol. 576[a] lin. penult. *legitur, a* Reb. *non ipsa refertur, sed lectores* T. II. fol. 21[b] lin. 14 — 17. *Ad inscriptione* (lin. 13.): Morbi et imbecillitas Mart. Luth. *delegantur ad* Lutheri Opera german. Wittenbergae et Ienae edita *hisce verbis:* De agonismo illius, anno 27. sabbatho post visitationis Mariae [*i. e.* d. 6. Iul. vide nonum Tomum germanicum Viteb. [scil. fol. 239[a] — 243[a]] et tertium tomum germanic. Ienensem folio 410. [*potius* fol. 401[a] — 405[b]].

[illegible] D. Martino Luthero] Cod.: Cum D. Martinus Lutherus [illegible]artino Walfels] *in* Lutheri Opp. german. l. l. (Ed. Witeb. IX. fol. 241[b]. Ed. Ien. III. fol. 403[b]) *appellatur Marx von Wallefels.*

[illegible]ris] Cod. *male:* auro

ditur ergo cubiculum compositurus se in lectum. Insequor ego e uestigio solus. Vxor adhuc ad infimos gradus aliquid mandabat ancillis, quae etsi festinans, tamen antequam adesset in limine cubiculi, Doctor corripitur syncope, [32]) ac subito inquit: *O herr Doctor Iona, mir wirt vbel, wasser her, oder was ihr habet, ich vergehe.* Forte igitur arrepto urceolo superfundo consternatus ac tremens gelidum, [33]) tum in faciem tum in tergum nudati. Inter haec incipit orare: Domine si ita uis, si haec est hora, quam praefinisti, fiat uoluntas tua, orabatque manibus atque oculis in coelum sublatis, pater noster etc. et totum psalmum: Domine ne in furore tuo etc. Miserere mei Deus etc. Interim superuenit uxor uidensque collabentem, magno clamore uocat famulas. Mox [*fol. 574*[b]] Doctor iubet sibi tibialia detrahi, quae protinus arripio et proijcio, inde grabato [34]) quiescens et supinus, omnibus se uiribus distitui dixit, accingitur ad orationem: Domine, *mein allerliebster gott*, quam libenter sudassem sanguinem pro tuo uerbo, tu scis, sed forsitan non sum dignus. Fiat uoluntas tua, moriar, tantum ut sanctificetur nomen tuum, siue per uitam, siue per mortem, si possibile esset, optarim adhuc uiuere propter pios, Domine, propter electos tuos, sed si uenit hora, Domine, tu es [35]) Dominus uitae et mortis, *mein allerliebster gott du hast mich in die sache gefuret, du weists, dass deine warheit vnnd wordt ist.* Ne glorifica hostes, ne forte dicant gentes: ubi est Deus eorum? sed glorifica nomen tuum sanctum contra hostes sacrosancti uerbi tui. Domine Hiesu tu dedisti mihi cognitionem nominis tui, tu scis, quod credo te Deum uiuum et uerum, mediatorem et saluatorem nostrum, qui fudisti sanguinem pro nobis. Tu nunc hac hora adesto cum spiritu tuo. Et repetijt: Tu nosti multos esse, quibus dedisti, ut pro Euangelio tuo sanguinem fuderint. *Aber ich bins nicht werdt.* Fiat uoluntas tua. Tu scis, quam uarie [36]) sathan insidiatus sit mihi, ut perderet me corporaliter et spiritualiter per [*fol. 575*[a]] Reges et principes etc. sed tu hactenus mirabiliter seruasti me. Conserua adhuc, si est uoluntas tua. Interim interrogat, an uenerit D. Augustinus medicus, qui non longe post aduenit, exhibuitque calefactos puluinos et alia fomenta, consolans eum, ne sic tristaretur. Inter haec etiam aduenit

32) syncope] Cod.: syncopi
33) gelidum,] Cod.: gelidam,
34) grabato] grabatus *significat* speciem lecti humilioris et portatilis.
35) es] Cod.: est
36) uarie] Cod.: uariae

D. Pomeranus Ecclesiae Wittenbergensis pastor, cui mane eodem die confessus erat. Ibi incipit ad nos dicere: Orate quaeso pro me, sicut et ab initio ad me et ad astantes [37] uxores nostras dixerat, nos uicissim rogabamus, ut Dominum Deum oraret, ne nos priuaret fideli ministro sancti sui Euangelij. Mox subdit: *mein lieber herr pfarher ich habe euch heutte gebeichtet, vnnd ihr habet mir ein absolution gesprochen, das ist mir lieb.* Interim conualescens repetit egregias uoces fidei: *mein allerliebster gott der sunder vnnd elenden, hilff mir.* sub haec bis aut ter dixit ad uxorem: *mein allerliebste Kethe ich bitte dich, so es gottes wille ist, dass du dich in gottes willen ergebest. du bist mein eheliches weib, du wollest Ja gewiss behalten vnnd nach gottes wordt dich richten.*

Deinde ad Pomeranum et ad me: *Ich meint, ich wolt noch etwas* de baptismo *geschrieben haben*, sed fiat uoluntas tua, sed non desinens ab oratione, iterum [*fol.* 575[b]] coepit orare: O Domine Hiesu, qui dixisti: petite et accipietis, pulsate, et aperietur uobis. Te Christe quaeso, nunc pulsanti aperi. Deinde: *O du allerliebster gott vnnd vater, du hast mir viel tausent edler gaben vor vielen andern gegeben, were* [38] *es dein wil, ich wolt ihr noch gerne tzu ehren deines namens vnnd tzu nutz deines volckes brauchen*, sed fiat uoluntas tua, ut glorificeris siue per uitam, siue per mortem. Post haec subiecit: *O wie werden die schwermer ein wesen anrichten nach meinem tode.* Ibi cum singulari singultu largas fudit lachrymas, et hoc adiecit: *mein lieber gott vater, bin ich vntertzeitten leichtfertig mit wortten gewest*, tu scis, quod fecerim ad discutiendum moerorem infirmae carnis meae, non mala conscientia. Inter haec conuersus ad nos dixit: Sitis testes, quod quae de poenitentia et iustificatione scripsi contra papam, non reuocaui, sed sentio Dei Euangelium esse et Dei ueritatem, si quibusdam uideor paulo liberior et acerbior fuisse, non me poenitet. *Ich habe Ja niemandt arges gegunnet, das weiss gott.* Ibi iterum: Domine si uis me in lecto mori, fiat uoluntas tua, maluissem fundere sanguinem, sed tamen Ioannes Euangelista, *der auch ein gut starck buch wider den babst hat geschrieben*, [39]) sic mortuus est iuxta uoluntatem [*fol.* 576[a]] tuam. Interdum adhibebantur pului calefacti. Incepit autem interrogare de Ioanne filiolo: *wo ist denn mein aller-*

37) astantes] Cod.: astentes
38) *were*] Cod.: *wehe*
39) *der auch ein g. st. buch wider den babst hat geschrieben*] *haec spectant ad* Apocalypsin.

liebstes Henslein? Adfertur puer, ibi arridens pater inquit: *O du guttes armes kindelein. Nu ich befehle mein allerliebste Kethe vnnd dich meinem allerliebsten vnnd frommen gott, ihr habet nichtes, der gott aber,* qui est pater pupillorum et iudex uiduarum, *wirdt euch wol bewaren vnnd ernehren.* Haec finiens dixit uxori aliquid de argenteis ciphis, [40]) addens praeterea: Nosti nos nihil habere. Ad haec omnia uxor conterrita et consternata, spem uultu simulans et dolorem premens inquit: *mein liebster herr Doctor, ists gottes wille, so wil ich Euch lieber bey vnserm herrngott wissen dan bei mir. Es ist nicht alleine vmb mich vnnd mein kindt, sondern vmb viel Christenleut tzu thun, die euer noch durffen, wollet euch meinet halben nicht bekummern. Ich befehle euch seinem gottlichen willen. es wirdt euch gott erhalten.* Cum adhiberentur calidi puluini, dicebat redire uires, optareque, ut posset sudare, iubemur discedere, ut quiescat. Dominus noster Iesus Christus conseruet uobis illum diu incolumem. Amen. [28])

Anno 33. 28 Ianuarij [41]) In nocte hora prima [42]) natus [*fol. 576b*] est Doctori M. Luthero filius Paulus, [43]) cuius susceptores fuerunt Illustrissimus Dux Ioannes Ernestus, Hans Löser, [44]) D. Ionas, Philippus Melanthon, uxor Casparis Lindeman. Aduenientem Ioannem Löser [45]) ita excepit: Deo gratias. *Ich wils E. G. wider einen stein in gartten werffen.* [46]) Hodie natus est nouus papa. *ihr wollet dem armen gesellen helffen dartzu er gehöret.* [47]) Baptizatus est autem infans in arce ex pelui. Deinde compatres suos habuit conuiuas et ego mensae seruiui. Amicissime [48]) confabulati sunt et inter alia haec quoque dixit [49]) D. M. Lutherus: *Ich habe meinen son lassen Paulum heissen, denn der heilige Paulus hat mir manch gut argument vnnd spruch gegeben, dass ich ihm wol noch ei-*

40) ciphis] ciphus *h. l. et in aliis scriptis inferioris aevi i. q.* scyphus.
41) Anno 33. 28 Ian.] *sectio sic ordiens et verbis: „tzu einem pauren fertigen" terminata, quae in* Cod. fol. 576a lin. ult. — fol. 576b lin. 19. *exhibetur, ap.* Reb. II. fol. 19b lin. 19. — fol. 20a lin. 9. *legitur.*
42) In nocte hora pr.] Reb.: hora prima noctis
43) fil. Paulus,] Reb.: Paulus filius,
44) Hans Löser,] Reb.: Ioannes Laeser.
45) Ioannem Löser] Reb.: Hans Laeser
46) *Ich wils — werffen.*] Reb.: Ego clementiae tuae et alijs in rebus inseruire non denegabo,
47) *ihr wollet — gehöret.*] Reb.: iuuate ergo miserum vt Baptizetur.
48) et ego m. s. Amicissime] Reb.: Ego mensae inseruij, vbi amicissime
49) haec quoque dixit] *sic scripsi;* Cod.: haec quoque, Reb.: haec dixit

nen also heissen wolte. [50]) Deus det illi gratiam. [51]) *Ich wil meine kinder, wil got, erschicken, welcher* [52]) *ein kriger wil sein, wil ich Hans Loser tzuschicken, welcher studiren wil, den sol* Doctor Ionas. Philippus *haben*, qui uult laborare, *den wil ich tzu einem pauren fertigen.* [53])

Die 9 Februarij D. M. Lutherus in funere D. [54] Torgae in templo uertigine correptus est. ita ut uix [55]) in domum D. Ionae ueniret. [56]) sed cum ad se redijsset, dixit: [57]) Nolite tristari. etiamsi ita [58] extinguerer. Hoc commendo uobis. [59]) [*fol. 577*[a]] ut post me diligenter uerbum Dei [60]) tractetis. [61]) haec uobis praecipua sit [62] cura Euangelij praedicatio plus quam uxorum [63]) et liberorum. *Es heist:* [64]) primum quaerite regnum Dei etc. [65]) Nam si Deus nos [66]) suos ministros agnoscet, [67] non deseret nos. Si baptismus, Euangelium, sacramenta, Magistratus, parentum obedientia, Dei ordinationes sunt, tunc certo scimus, quod simus ministri Dei. quia [68] nihil nisi ista praedicamus. ideo nos uere pro suis ministris agnoscet. [69])

---

50) *Ich habe — heissen wolte.*] Reb.: filium meum, Paulum nominare [sc. D. enim Paulus multa varia ac optima proposuit argumenta et dicta, vt meum filium adhuc alterum suo nomine vocarem.
51) gratiam.] Reb.: gratiam et dona Pauli.
52) *welcher*] Cod. *calami err.*: *welchen*
53) *Ich wil meine k. — — tzu e. pauren fertigen.*] Reb.: Ego volens ideo (*typ. err. pro*: deo) filios meos a me dimittam, qui delectatur militia, illum mittam ad D. Laesorum (*pro*: Laeserum), qui vult operam dare literis, mittetur is ad D. Ionam et Phil. qui vult laborare, illum commendabo rustico.
54) Die 9 Febr. — in funere D.] Reb.: Anno 32. 9. Februarij in funere Canonici Doctoris, — *Haec sectio et duae subsequentes, quarum altera finitur verbis „mit ehren schlaffen gehet", in* Cod. fol. 576[b] lin. 20. — fol. 578[a] lin. 4., *ap.* Reb. II. fol. 21[b] lin. 18. — fol. 22[b] lin. 22. *leguntur.*
55) ita ut uix] Reb.: vt difficulter
56) ueniret,] Reb.: peruenisset,
57) dixit] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest.*
58) ita] *a* Reb. *abest.*
59) commendo uobis,] Reb.: vobis commendo,
60) diligenter uerbum Dei] Reb.: verbum Dei diligenter
61) tractetis.] *sic recte* Reb.: Cod.: tractatis.
62) uobis praecipua sit] Reb.: praecipua sit vobis
63) uxorum] Reb. *typ. err.*: vxorem
64) *Es heist:*] Reb.: scriptura dicit,
65) etc.] *a* Reb. *abest.*
66) nos] *sic* Reb.: Cod.: uos
67) agnoscet,] Reb.: agnoscit,
68) scimus, — quia] Reb.: sciamus, nos esse ministros Dei, qui
69) ideo — agnoscet.] Reb.: iure igitur nos pro ministris agnoscit,

Esto interim peccatores simus et non satisfaciamus [70]) officio, *da wollen wir* remissionem peccatorum *vberdecken.* [71])

Anno 38. 8 Februarij [72]) D. M. Lutherus mira infirmitate uexatus est, quod frons illius fere esset mortua, [73]) morienti simillima. [74]) Sed Dei gratia et intercessione piorum, Deus eum celeriter [75]) pristinae sanitati restituit. Vesperi autem [76]) cum multi egregij uiri aduenissent, [77]) dixit: *setzet euch doch ertzu, wie scheuet ihr euch vor dem krancken. mussen doch wir* Theologi *altzeit bey den krancken vnnd sterbenden sein, vnnd mussen wider den Todt sturmen,* [78]) et tamen Deus nos [79]) defendit, qui dicit: Viuo ego et uos uiuetis. Si Deus uiuit, nos mortui uiuemus. *wan das war ist, so ist es ein grost lugen* Epicureis. *lieber last mich sterben, dass der Teuffel tzufrieden werde.* [80]) Nam ego [*fol.* 577[b]] dupliciter meritus sum mortem, Deo ut peccator mea iniustitia, *das ist* [81]) *mir leidt,* [82]) sathanae ut sanctus propter ueritatem et iustitiam, *das wil ich nicht achten,* [83]) quia meus Christus est fortior sathana. *den Teuffel kan ich mit einem fortz veriagen,* [84]) Deum autem fulmine non possum fugare. Ideo malo [85]) sathanam inimicum [86]) quam Deum. Ego ita doleo caput, ut, si parumper aliqua in re intentus sum, [87]) uertigo me occupat. [88]) *lie-*

---

70) satisfaciamus] *sic* Reb.: Cod.: satisfacimus
71) *da wollen — vberdecken.*] Reb.: ibi remissionem peccatorum nos operire volumus.
72) Anno 38. 8 Februarij] Reb.: 12. Februarij (*anno omisso*)
73) esset mortua,] Reb.: mortua esset
74) morienti simillima,] *sic scripsi;* Cod.: morienti simillimus, Reb.: facies morienti simillima,
75) eum celeriter] *sic scripsi*; Cod.: enim celeriter, Reb.: celeriter eum
76) autem] *a* Reb. *abest.*
77) aduenissent,] Reb.: visitandi gratia aduenissent,
78) *setzet euch doch — — sturmen,*] Reb.: Assidete tamen, cur aegrotos in tantum fugitis? Nos Theologi aegrotos et morientes visitare, imo morti sese opponere cogimur,
79) nos] Reb. *falso*: non
80) *wan das — tzufr. werde.*] Reb.: Si hoc verum est, tunc Epicurismus nihil aliud est quam ingens mendacium, sinite me mori, vt Diabolus quiescat,
81) *ist*] *sic scripsi;* Cod.: *in*
82) dupliciter meritus — *mir leidt,*] Reb.: mortem dupliciter meritus sum, Deo propter peccata mea, de quibus maxime doleo.
83) *das wil ich nicht achten,*] Reb.: hoc pro nihilo habebo, sed hilarem assumam animum,
84) est fortior s. — *veriagen,*] Reb.: fortior Satana est. Satanam enim cum pedore abigere possum.
85) Ideo malo] Reb.: malo igitur
86) inimicum] Reb.: inimicum habere
87) sum] *sic scripsi;* Cod. *male*: sunt
88) occupat] Cod. *calami err.*: occuput

ber gott sol ich frisch werden, [89] *so geschehe es, wo nicht, so mache mich krencker bis in das grab.* [90])

Quidam conquerebatur *) se uexari scabie diu noctuque. [91]) Respondit D. M. Lutherus: si uobiscum possem permutare, *nemet meinen kopff, ich Euer kretze, wil 10 fl. zugeben.* Vos nescitis, [92]) quantae sint molestiae Vertigo, Tinnitus, Susurro. Ego non audeo integra latera [93]) sine remissione legere, neque duas aut tres lineas in psalmo, aut unam rem diu intueri, aut de aliqua re intentius cogitare, mox [94]) aduenit tinnitus aurium. *vnnd solde auff die banck dahin sinckenn.* [95]) SCABIES autem est purgatio corporis, quantumuis molesta, et sunt sana corpora, quae [96]) stercorando, sudando, scabie purgantur. Ego optarim [97]) mihi eam ad sanitatem capitis. [98]) *doch was wolt ich* [fol. 578a] *den gutten kopff tzeihen, er thuts euch billig, er hats Ja treulich mit mir gewaget,* [99]) *vnnd darff wol sprechenn, dass er sey alhie gewest, vnnd nu* [100]) *mit ehren schlaffen gehet.* [1])

Cum D. Martinus audiret quendam dicere, se fuisse 20 annos Monachum, dixit: *ob gott wol, so lang gedenck ich nicht mönch tzu sein.* Et factum est. [2]) Nam anno 25. [3]) in

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 248 sq. cap. 47. §. 9.

89) *werden*] *hoc verbum ipse addidi, in* Cod. *deest.*

90) Ego ita doleo — — *in das grab.*] Reb.: Deinde conquerebatur dolere capitis, vt si parumper in aliquam rem intentus esset, vitigine (*typ. err. pro:* vertigine) corriperetur. Ach mi Deus, si pristinam sanitatem acquirere debeo, vellem vt citius fieret, sin minus, effice vt dolores mei angeantur ad sepulchrum vsque.

91) Quidam conquerebatur — noctuque,] Reb.: Assistebat quidam, qui conquerebatur, se diu noctuque scabie vexari.

92) si uobiscum possem — nescitis,] Reb.: si permutare vobiscum possem, accipe tu caput meum et scabiem assuma (*typ. err. pro*: assumam) tuam et addam 10 floren. vos ignoratis

93) latera] Reb.: latera folij,

94) mox] Reb.: mox enim

95) *vnnd solde — sinckenn.*] Reb.: et saepius ad scamnum me demittere cogar.

96) Scabies autem est — quae] Reb.: Scabies vero quantumuis molesta, est corporis purgatio. Nam sana corpora

97) Ego optarim] Reb.: Ideo optarem

98) sanitatem capitis.] Reb.: capitis sanitatem.

99) *gewaget*] Cod.: *gewaiget*

100) *nu*] Cod.: *nuhe*

1) *doch was wolt ich — schlaffen gehet.*] Reb.: verum, cur permolestum caput, quod tamen in multis periculis fideliter mihi astitit, et quod fecerit in hac terra dicere summoque iure, ex hac lachrimarum valle discedere potest.

2) Cum D. Martinus audiret — Et factum est.] *haec ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*

3) Nam anno 25. — — 33. Paulus 28 Ianuarij.] *haec, quae* Cod. fol. 578a lin. 8—12. *exhibet, ap.* Reb. II. fol. 18b lin. 24—30 med. *leguntur.*

seditione rusticorum duxit uxorem 12 Iunij. [4]) Anno 26. 7 Iunij natus est ei primogenitus Ioannes Lutherus, [5]) 27. Elizabeth filia, 29. in [6]) uigilia Ascensionis [7]) Magdalena, [8]) 31. Martinus 7 Nouembris. [9]) 33. Paulus 28 Ianuarij. [10])

INGENVITAS LVTHERI. [11])

D. M. Lutherus duas apud se aluit puellas sororis suae filias, [12]) quarum alteram doctissimus uir Magister V. Theodoricus sibi in uxorem petiuit. ibi D. M. Lutherus respondisse fertur: *Das weiss ich wol, dass meine muhme mit euch wol versorget were, weiss aber nicht, ob ihr mit ihr versorget wurdet, sie muss noch bass getzogen werden, wollen sie denn nicht gut thun, so wil ich sie einem schwarzen hutten knecht geben, vnnd keinen frommen gelerten man mit ihr betrigen.* [13])

Ich muss patientia *haben mit dem babst, Schwermern, Scharhansen*, familia, [*fol.* 578[b]] *Kethe von Bora, vnnd der* patientia *ist noch so viel, dass alle mein leben nichtes anders wiel sein dann eitel* patientia. [14])

---

4) duxit uxorem 12 Iunij.] Reb.: 12 Iunij vxorem duxi.
5) natus est ei pr. Io. Lutherus,] Reb.: primogenitus Ioannes procreatus est.
6) in] *a* Reb. *abest.*
7) Ascensionis] *scil.* Domini, *i. e.* 25. Maii.
8) Magdalena,] Reb. *male*: Magdalenae
9) Martinus 7 Nouembris.] Reb.: 7. Nouemb. Martinus.
10) 33. Paulus 28 Ian.] Reb.: 33. anno. 28. Ianuarij Paulus. 34. Margaretha. Ijs donis Dei contentus Deo curam resigno.
11) Ingenuitas Lutheri.] Reb. *habet inscriptionem:* Candor et liberalitas M L. — *Haec sectio terminata verbis*: „*dann eitel* patientia", *quae in* Cod. fol. 578[a] lin. 13. — fol. 578[b] lin. 3. *exstat, ap.* Reb. (*extrema eius parte excepta*) II. fol. 20[a] lin. 10 — 22. *invenitur.*
12) D. M. Lutherus duas — filias,] Reb.: Multas personas cognatorum suorum, adolescentes et virgines, et moniales peregrinas, paterna sua beneficentia fouit, aluit duas puellas suae sororis filias,
13) Magister V. Theodoricus — — *mit ihr betrigen.*] Reb.: Vitus Theodorus commensalis eius in vxorem ambijt. Respondit M. l.. suauiter: optime scio cognatam meam bene tecum prospectam esse, tu vero, an bene cum illa esses curatus, hoc mihi non est notum, nondum satis educata est, si mihi debitam obedientiam exhibere non vult, dabo illam nigro et liberaliss. famulo in vxorem, ne vllus vir doctus perturbatur (*typ. err. pro*: perturbetur) per illam.
14) *Ich muss* patientia — — *dann eitel* patientia.] *haec, quae in* Cod. fol. 578[a] lin. 22 med. — fol. 578[b] lin. 3. *leguntur, a* Reb. II. fol. 21[a] lin. 15 med. — 18. *sic afferuntur:* Deinde dixit ad pastores: Tolerate haec. Patientiam me pati cum Papa, haereticis, auaris, familia et vxore cogor, et vita mea nihil est, nisi moera (*pro*: mera) patientia.

MORS PATRIS LVTHERI. [15]) *)

Gratias ago Deo meo, quod pater meus pie **mortuus est**. Ego ante obitum scripsi ei literas consolatorias, quas ei praelegit parochus, et quaesiuit, num ista crederet, quae audiuisset. ***Ey wan ich das nicht glaubet, so thet ich als ein schalck.***

D. M. Lutherus [16]) non potuit accedere nuptias Hans Metzsch, [17]) sed [18]) finitis nuptijs sponsus cum sponsa et cognatis quibusdam eum accessit offerens ***ein mumschantze.*** [19]) D. cum perdidisset quaerens quid esset numerandum, ***was es gegolden hette***, respondit Hans Metzsch: [20]) Ego sum ouis perdita, agnosco peccatum meum, cupio absolui. Tunc Doctor [21]) cruce in fronte illius [22]) facta dixit: Absoluo te in nomine patris et filij et spiritus sancti. Deo sit laus, qui nobis **hunc** scortatorem [23]) ad matrimonium diuinum reuocauit. ***Das wil ich hinder mir lassen, dass ich Christum allein meinen herrn wil lassen sein,*** non solum scriptura et fide, sed experientia etiam, ***dann*** [24]) ***er hat es an mir beweiset.*** Ideo habeo rem et experientiam cum scriptura. ***Aber es ist mir warlich sauer worden.*** [25])

[*fol. 579*[a]] D. Martinus consolans suam ministram ***muhme Lehna***, dixit, ***sie soltte noch mit ihm tzu grabe gehen vnd er ihr nicht***, quod euenit. [26])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 276 sq. cap. 48. §. 39.

15) Mors patris Lutheri.] *Sectio sic inscripta in solo* Cod. fol. 578[b] lin. 4 — 8. *legitur.*

16) D. M. Lutherus] *Sectio sic ordiens, quae finitur verbis*: „*es ist mir warlich sauer worden*“, *in* Cod. fol. 578[b] lin. 9 — 24. *legitur, ap* Reb. *autem, excepta parte eius extrema,* II. fol. 22[b] lin. 23. — fol. 23[a] lin. 5.

17) Hans Metzsch (Cod.: Mesch)] Reb. *habet siglas:* H. M.

18) non potuit accedere — sed] Reb.: propter aegritudinem languens, nuptias praefecti H. M. visitare non potuit. At

19) *mumschantze*] *i. q. Mummenschanz*, incessus personatus.

20) eum accessit — H. Metzsch (Cod.: Mesch)] Reb.: Mart. Lutherum accessit, et cum illo lusit propter materiam aliquam absconditam, cum perdidisset, interrogauit, quid esset numerandum, quanti constitisset? Respondit Mar. Luth. [*i. e.* Luthero]

21) a. peccatum meum, — Doctor] Reb.: a. peccatum, absolui eupio, suspirans Mart. Lut.

22) in fronte illius] Reb.: in illius fronte

23) hunc scortatorem.] Iohannem Metzsch praefectum *propter* scortationem a Luthero *antea excommunicatum esse refertur in* huius Ed. meae Tom. I. p. 26 sqq.

24) *dann*] *sic scripsi*; Cod.: *wann*

25) *Das wil ich — — sauer worden.*] *haec ap.* Reb. *h. l. non inveniuntur.*

26) D. Martinus consolans — — quod euenit.] *haec sectio et subsequens* „Loquens de suo morbo — — adhuc timendum est.“ *in solo* Cod. fol. 579[a] lin. 1 — 3. *et* lin. 4 — 13. *extant.*

Loquens de suo morbo letali*) sine spe humana dixit, sese orasse, ne Schmalkaldiae moreretur, et abductum in Tambach bibisse uinum rubellum tenue, et ita uesica aperta sese miraculose seruatum. Ideo inscripsit parieti: Tambach est mea Phanuel, ibi apparuit mihi Dominus. Si fuissem mortuus, certe papistis in maius exitium. Nam me mortuo alij Doctores non seruabunt talem Epijkian, sicut experti sumus in Zuinglio, Carolostadio et in multis adhuc timendum est.

Monasterium inuito patre ingressus sum, et laetante iterum egressus. Nam die primitiarum mearum, *der ersten messe*, obijciebat mihi: [27]) Fili nescis, [28]) quod patrem honorare debuisti. In Missa incipiens uerba Canonis: Te igitur clementissime etc. [29]) ita horrui, ut fugissem de altari, nisi fuissem admonitus per priorem. [30]) Nam quis potest ferre maiestatem Dei sine mediatore? Deus [31]) uoluit me prius illos terrores experiri. [32])

Romae me fuisse non magno uenderem, **) quia non credidissem extremam malitiam, quae ibi est. [32a]) Causa profectionis erat Confessio, quam uolebam a pueritia usque texere *vnnd from werden*. Erphordiae bis talem feci confessionem, [*fol. 579b*] et inueni indoctissimos homines Romae. [33])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 252. cap. 47. §. 15. sect. 1.
**) *Conf.* ibid. IV. p. 690. cap. 77. §. 2.

27) obijciebat mihi] *haec ipse addidi, in* Cod. *desunt.*
28) Monasterium inuito patre — — Fili nescis,] Reb.: Cum Monasterium ingressus essem, in die primitiarum mearum, habui patrem aduersantem, quo inuito monasterium ingrediebar (*pro*: ingrediebar), obijciebat enim mihi, fili nescis, — *Haec sectio terminata verbis*: illos terrores experiri, *quae in* Cod. fol. 579a lin. 14 — 20. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 13b lin. 17 — 27 med. *exhibetur.*
29) debuisti. In Missa — etc.] Reb.: debuisti, etc. In Missa vero, cum verba canonis inciperem: Te igitur Deum clementissimum, etc.
30) ut fugissem — per priorem.] Reb.: vt de altari fugissem, nisi per priorem fuissem admonitus.
31) Deus] Reb.: Sed Deus
32) experiri.] Reb.: experiri alijs in consolationem.
32a) Romae me fuisse *etc.*] *conf.* horum colloquiorum lat. Tom. I. p. 161. 165.
33) Romae me fuisse — — indoct. homines Romae.] *haec, quae in* Cod. fol. 579a lin. 21. — fol. 579b lin. 1. *leguntur, ap.* Reb. II. fol. 14b lin. 19 med. — 27. *sic referuntur*: Nam eodem anno [*scil.* anno 1510. quo D. Staupitius Romae fuit] Romam profectus sum, quod magni vendere non vellem, quia non credidissem extremam illam malitiam, quae Romae floret, causa profectionis meae erat confessio, quam volebam a pueritia vsque texere, et pietatem exercere. Erphordiae talem confessionem generalem bis habui. Sed homines indoctissimos Romae inueni, qui me plus offendebant quam aedificabant.

cifixi quidam eum [fol. 580b] subsannarunt motis campanulis. si unicus gladius fuisset eductus. so wers gangen. Tandem principem ad resistendum monuit, quia fuerunt in ea opinione non esse resistendum. [51])

Cuculla Lutheri. Difficulter cucullam meam deposui, sie war also beschabet, ut D. Hieronymus [52]) mihi saepe offerret pecuniam ad nouam. Et princeps misit optimum pannum, schwartzen sammet ad aliam cucullam uel uestem, [53]. vnnd geriedt tzu rocke. [54])

INITIVM CVM TETZELIO. [55])*)

Tetzelij abominationes palpabiles. Indulgentias [56]) esse reconciliationem inter Deum et homines, imo ualere, etiamsi homo non poeniteret et existeret sine contritione. Item si quis Beatam uirginem impraegnasset, posset eum absoluere. Item de futuris peccatis promisit remissionem. Item Crucem papae erectam aequiualere Cruci Christi. Ista portenta me mouebant, ut me opponerem non propter aliquem honorem aut quaestum. [57]) Primo [58]) in terram prostratus orabam

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 240 sq. cap. 27. §. 121.

51) Tumultuantibus Rusticis — — non esse resistendum.] *haec sectio in solo* Cod. fol. 580a lin. 21. — fol. 580b lin. 4. *invenitur.*

52) D. Hieronymus] *scil.* D. Hier. Schurff.

53) uestem] Cod. *calami err.*: festem

54) Cuculla Lutheri. Difficulter — — *geriedt tzu rocke.*] *Huic sectioni in* Cod. fol. 580b lin. 5—9. *exhibitae ea, quae ap.* Reb. II. fol. 13b lin. 27 med. — fol. 14a lin. 4 med. *leguntur, ex parte quidem respondent, sed magis congruunt cum illo loco, quae in* Cod. fol. 585b lin. 6 med. — 12 med. *exhibebitur, quapropter* Rebenstockii *locum aptius cum hoc loco* Codicis *inferiori conferam.*

55) Initium cum Tetzelio.] *huius inscriptionis loco* (Cod. fol. 580b lin. 10. 11.) *ap.* Reb. II. fol. 14b lin. 28. 29. *legitur illa, quam supra* p. 173. nota 34. *attuli.*

56) Indulgentias] Cod. *calami err.*: Indulgentios

57) Tetzelij abominationes — — aut quaestum.] *haec, quae in* Cod. fol. 580b lin. 12—20 med. *leguntur, a* Reb. II. fol. 15a lin. 1—17 med. *cum additamento* (lin. 1—5 med.) *praefixo sic referuntur*: Postquam Antichristus Papa, homo peccatis et filius perditionis Ecclesiam Christi suis erroribus et superstitionibus obscurasset, tandem tempore illius impleto, verbo Dei et spiritu oris sui reuelandus fuit. Nam Tetzelius palpabiles abominationes disseminauit. Primo indulgentias Papae valere, etiamsi homo non poeniteret, et sine contritione vineret. Secundo, Indulgentias esse reconciliationem inter Deum et homines. Tertio, si quis beatam virginem impraegnasset, eum posset absoluere. Quarto, de futuris peccatis promisit remissionem. Sanct. Crucem Papae erectam aeque valere cruci Christi. Ista portenta me mouebant, ut me illi opponerem, non propter aliquem honorem aut quaestum, sed propter gloriam Christi vindicandam. *His ap.* Reb. II. fol. 15a lin. 17 med. — 19 med. *proxime adiuncta sunt ea, quae in* Cod. fol. 579b lin. 2 med. — 4 med. *leguntur* (*vide supra* p. 170. notam 37.).

58) Primo] Reb.: Ideo primum

Deum, ut [59]) mihi adesset. Nondum uidi tantas papae abominationes, [60]) sed tantum crassos abusus. [61]) Ideo primum supplex scribebam [62]) ad Episcopum Brandeburgensem et [63]) Moguntinum, nisi [64]) hoc malum tollerent, me contra [*fol. 581ª*] scripturum. [65]) Episcopi miserunt [66]) meum scriptum Tetzelio, quo semel atque iterum relecto dicitur ad ministrum clamasse: ***Veit, wirdt das offenbar werden vnd in Teutzschlandt kommen, so wirdt vnns der teuffel bescheissen.*** Tunc Episcopi, ut petiueram, remittebant mihi scripta mea. [67]) Abbas de Salin imperabat mihi silentium, sed ipsi nolebant tacere, meque irritabant ad scribendum. [68]) Et gratias ago [69]) Deo, qui per me miserum et pauperem mendicum regnum illud mendaciorum oppugnauit, ***ist dennoch matt gemacht, es ist aber so scheutzlich, dass es ihm gott selber furbehalten hat tzu dempfen, darumb wirdts ihm Ernst sein,*** [70]) sicut Paulus ait: [71]) spiritu oris sui et illustratione aduentus sui eum [72]) eradicabit. ***indess werden die bischoffe geschwecht im keller vnnd in der kuchen.*** habebunt protectores, deuoratores, [73]) si Caesar exercitum ad illos miserit, ***so sollen sie die*** Hispani ***recht tzur schule furen,***

---

59) orabam Deum, ut] Reb.: Deum orabam, quo
60) papae abominationes] Reb.: abominationes Papae,
61) crassos abusus.] *sic* Reb.; Cod. *habet solam vocem:* crassos.
62) supplex scribebam] Reb.: scribebam supplex
63) et] Reb.: ad
64) nisi] Reb.: quo
65) me contra scripturum (Cod.: scripturam)] Reb.: me alias publice confutaturum. — *Hic locus:* Ideo primum in t. — confutaturum. *ap.* Reb. II. fol. 15ª lin. 19 med. — 25 med. *legitur* (*conf.* nota 57.).
66) Episcopi miserunt] *haec et sequentia usque ad huius sectionis verba extrema: „tzu Hildesheim schon eingenomen", quae in* Cod. fol. 581ª lin. 1 med. — 20. *leguntur, ap.* Reb., *aliis interpositis* (*vide supra* p. 170. notam 38.) *paulo inferius* fol. 15ᵇ lin. 11—31. *exhibentur.*
67) Episcopi miserunt meum sc. — scripta mea.] Reb.: Ita Episcopi mea scripta miserunt ad Tetzelium, qui semel atque iterum relectis in Gutterbach, ad ministrum suum clamasse dicitur: Diabolus, mi Vite, defaecdabit nos, si nostra malitia et fucus noster in Germania manifestatur, et ita Episcopi mea scripta remiserunt.
68) Abbas de Salin — ad scribendum.] *haec ap.* Reb. *non reperiuntur.*
69) Et gratias ago] Reb.: Gratias igitur ago
70) *ist dennoch matt — Ernst sein,*] Reb.: maxime tamen regnum papae debilitata est, et tam horribile est regnum, quod esset Deus ipse, illud destruere sibi reseruauit, ideo magna cum seueritate efficiet.
71) ait:] Reb.: ait 2. Thess. 2.
72) eum] Reb. *typ. err.*: cum
73) *indess werden* — deuoratores,] Reb.: Interim potestas Episcoporum tam in cellario quam in culina eorum, interire incipiet, protectores eorum deuoratores,

sueram scribere contra crassos errores indulgentiarum. [95]) Ibi D. Hieronymus Schurff [96]) restitit mihi dicens: *was wollet ihr machen? man wirdts nicht leiden.* [97]) Ego respondi: *wie, wan mans muste leiden?* [98]) Mox prodijt in arenam Syluester, Magister sacri pallatij fulminans contra me [99]) hoc syllogismo: Quicunque dubitat de dicto aut [100]) facto Romanae Ecclesiae, est haereticus. Martinus Lutherus dubitat. *do ging es an.* [1]) Nam papa tripliciter distinguit Ecclesiam. Essentialiter [2]) est ipsum corpus Ecclesiae. Secundo Repraesentatiue [3]) est collegium Cardinalium. Tertio Virtualiter est ipse papa. Ibi nulla fit [4]) mentio Concilij. Nam papa uult esse Ecclesia [5]) uirtualis supra scripturam et autoritatem Concilij. [6]) Dux Georgius tantum zelat [7]) pro autoritate Ecclesiae essentialis. [8])

Princeps Anhaldinensis Electoris commissarius inuitauit in Torga M. Lutherum ad uenationem sequentis diei et coenam. Respondit: Ego ea de causa huc missus sum. *Ich bin aber nicht ein solch weideman tzu wielde. Ich iage den babst, Cardinel, bischoff, Tumhern vnnd mönche.* [9])

---

95) proposueram — indulgentiarum.] Reb.: contra crassos errores indulgentiarum scribere proposueram
96) D. Hier. Schurff] Reb. *habet siglas*: D. H. s.
97) restitit mihi — *leiden.*] Reb.: acerbe mihi restitit, dicens: quid agere vis, tuari (*typ. err. pro:* tuam) increpationem non ferrent,
98) *wie, wan m. m. leiden?*] Reb.: quid autem fiet, si ferre cogantur?
99) Syluester, Magister s. pallatij (Cod. *falso*: palladij) fulm. contra me] Reb.: contra me Syluester Prierias, Sacri Pallatij Magister, fulminans
100) aut] Reb.: et
1) dubitat *do ging es an.*] Reb.: dubitat. Ergo, etc. statim ignis vere incipiebat.
2) Essentialiter] Reb.: 1. Essentialiter
3) Sec. Repraesentatiue] Reb.: 2. Repraesentatiue
4) fit] Reb.: sit
5) Ecclesia] Cod. *male*: Ecclesiam
6) scripturam et autoritatem Concilij.] Reb.: scripturae et concilij autheritatem.
7) zelat] *sic recte* Reb.; Cod.: celat
8) *Gott hat vnns wunderlich* — — Ecclesiae essentialis.] *haec sectio in* Cod. fol. 582[a] lin. 19. — fol. 582[b] lin. 16 med., *ap.* Reb. *autem* fol. 14[a] lin. 24 med. — fol. 14[b] lin. 14. *legitur.*
9) inuitauit in Torga — — *vnnd mönche.*] Reb.: M. L. inuitabat Torgae ad venationem et ad coenam sequentis diei. Resp. M. L. Ego ea de causa et ad hoc sum missus, ego vero non sum venator ferarum, sed papae, Episcoporum, Canonicorum et Monachorum. — *Haec sectio:* „Princeps Anhaldinensis — — *Tumhern vnnd mönche*", *quae in* Cod. *praecedenti sectioni continua serie annexa,* fol. 582[b] lin. 16 med. — 21. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 19[b] lin. 6 med. — 11. *reperitur.*

D. M. Lutherus hortabatur [10]) uxorem ad diligentem lectionem praecipue psalterij et auditum uerbi. Ipsa uero se satis legisse, audiuisse et scire gloriabatur, [*fol.* 583ª] ***woltte gott, sie lebete darnach.*** [11]) Respondit ipse [12]) suspirans: ***Also hebet sich*** fastidium ***vnnd*** contemptus uerbi ***an, das wir vns viel lassen duncken, wollens gar wissenn, vnnd thun doch das widerspiel vnnd wollen vngestrafft sein.*** [13]) Haec sunt praeparatio et parasceue [14]) futuri mali et famis uerbi diuini. ***do würden eittel neue*** Commentaria ***kommen*** et negligetur [15]) scriptura. Ideo mallem meos libros non excudi [16]) propter rottenses futuros, ***die alles vnglück anrichten werden.*** [17]) Nam ego in prioribus libris multum papae [18]) tribui. Deinde paulatim mitius tractaui locos scripturae, ***wie ichs die tzeit gelesen hatte.*** [19])

Fateor me esse filium rustici ***von Moer bey Eyssleben, bin dennoch Doctor der heiligen schrifft,*** aduersarius papae, ***dass mir der babst gram ist, ist er nicht tzuuerdencken, er hat wol ursach, aber nicht billiche.*** [20])

Dicebatur de Bucero, quod multis curis et laboribus conficeretur [21]) et senesceret, uixdum quinquagenarius. Respondit D. M. Lutherus: ***Es konnen gedancken einen wol alt ma-***

---

10) D. M. Lutherus hortabatur] Reb.: Deinde hortabatur — ***Sectio sic ordiens in*** Cod. fol. 582ᵇ lin. 22. — fol. 583ª lin. 12 med., ***ap.*** Reb. ***autem*** II. fol. 19ª lin. 11 med. — 27 med. ***legitur.***

11) ***woltte gott — darnach.***] Reb.: si modo vitam suam iuxta verbum auditum et lectum instituere posset.

12) ipse] Reb.: M. L.

13) ***Also hebet sich — — vngestrafft*** (Cod.: ***vngeschafft***) ***sein.***] Reb.: Ach sic fastidium et contemptus verbi incipit, cum nos multa posse et effecisse in Dei verbo existimamus, contrarium tamen fit vndique, etsi corripi volumus.

14) praeparatio et parasceue] Reb.: parasceue et praeparatio

15) ***do würden eittel neue*** (Cod.: ***nauhe***) comm. ***kommen,*** et negl.] Reb.: noua tunc commentaria scribantur. Negligetur

16) excudi] ***sic scripsi;*** Cod.: exuti, Reb.: executi publice,

17) propter (Cod.: propte) rottenses — ***werden.***] Reb.: propter futuas (***pro***: futuras) sectas, quae mala multa instituent.

18) multum papae] Reb.: Papae multum

19) locos script. — ***gelesen hatte.***] Reb.: scripturae locos. Sicuti isto tempore legeram.

20) Fateor me esse — — ***nicht billiche.***] ***haec sectio, quae in*** Cod. fol. 583ª lin. 12 med. — 16. ***praecedenti continua serie adiuncta est, ap.*** Reb. II. fol. 18ª lin. 8 — 12. ***sic refertur:*** Nam ego sum rustici filius de Moër circa Islebiam, attamen sum Doctor sacrae scripturae, aduersarius summus papae, papam autem me odio prosequi, non est mirum, habet quidem causam odij sui aduersus me, sed non iustam.

21) conficeretur] Cod. ***male:*** confiteretur

chen, deinde etiam labores. *Ich habe vorweilen auch gearbeitet*, saepe uno die 4 conciones habui. *Ich habe eine gantze faste tzweimal geprediget vnnd einmal gelesen teglich, do ich erstlich die tzehen gebott predigtte* in magna [*fol.* 583ᵇ] frequentia. Erat enim insolita et noua Catechismi praedicatio. [22])

Philippus Melanthon in depositione obiurgabat [23]) deponendum: noli tam inconsiderate respondere et temere erumpere, quia plura nescimus quam scimus. Respondit D. M. Lutherus: Ionas semel dixit se omnia scire in scripturis sacris, et subirascebatur, quod non conniuerent illi. sed ego scio me multa nescire. *Ich habe 25 Jar geprediget vnnd verstehe den* locum *noch nicht:* Iustus ex fide uiuet.

FIDELITAS LVTHERI.

Anno 38. 8 Octobris quamuis sciret Electorem esse Witebergae, noluit discedere ex Grunau, Iona ibi infirmante ex calculo.

OCCASIO ET CVRSVS EVANGELII REVELATI.

Loquebantur apud D. Lutherum de Cursu Euangelij, quod mirabiliter initio processisset. [24]) Respondit D. M. Lutherus: Ingenue fateor, me hanc arduam causam non meo proposito coepisse. Nam talis [25]) eram papista, ut contra Erasmum

---

22) Dicebatur de Bucero — — Catechismi praedicatio.] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 583ᵃ lin. 17. — fol. 583ᵇ lin. 2. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 16ᵇ lin. 13 med. — 24 med. *varie mutata (proxime post verba, quae infra in* nota 54. *afferentur) sic exhibetur:* decem enim praecepta in multis concionibus populo proposui, praedicatio enim Catechismi in magna frequentia auditorum, erat res insolita et noua, Deus mihi astiti, nunquam enim ex scriptura aduersariorum meorum vix dimidiam folij partem legi, tanta tamen inutilia et indocta proponunt argumenta, quod vix inuenire potui, illis satis ad illorum nugas respondere, illas refutare, nam si contra Dei verbum loquuntur et scribunt, facile illorum errores et nugae conspiciantur et manifestantur.

23) Phil. Mel. in depos. obiurgabat (Cod. *calami err.:* obiuriabat)] *haec sectio et subsequens int solo* Cod. fol. 583ᵇ lin. 3 — 10. *et* lin. 11 — 13. *leguntur.*

24) Occasio — processisset.] Reb.: Assidebant quidam Lipsenses et loquebantur de cursu Euangelij, quod initium mirabiliter processisset. — *Sectio sic ordiens et terminata verbis:* „Domini consilio *geschehen* etc." *in* Cod. fol. 583ᵇ lin. 14. — fol. 584ᵃ lin. 7., *ap.* Reb. *vero* II. fol. 16ᵃ lin. 1 — 23 med. *legitur.*

25) talis] Reb.: insignis

papatum perstringentem scriberem, [26]) sed Deus me mirabiliter per interualla et occasiones [27]) ad hanc causam uocauit. *Ich hette Erstlich holtz dartzugetragen vber einen solchen ketzer*, *der* Missam, Coelibatum etc. *hette angriffen.* [28]) Hoc etiam multum adiuuabat [29]) Euangelij cursum, quod anno 19. Maximilianus moriebatur, [30]) ubi in [31]) interregno papistae [32]) mirum [*fol. 584a*] in modum [33]) contra me scripserunt, *do muste ich mich wehren*, ac retulit [34]) historiam et colloquium [35]) cum Carolo de Miltitz, [36]) qui rosam Aldenburgam afferens contulerat cum Luthero lachrimans, reprehendens Tetzelium mirum in modum, [37]) quod sua importunitate occasionem disputandi dedisset. *Es ist* Domini consilio *geschehen* etc. [38])

Valedictio N. Haussmanni profecturi Fribergam ad uocationem Lutheri: Vade mi Domine Hausmanne, Deus tecum erit teque confortabit, noli frangi, non tua res, sed Christi filij Dei res agitur. Haec cum loqueretur, coepit lachrimari uterque una cum astantibus. [39])

D. praeceptores dicebant de sagacitate ingenij [40]) D M. Lutheri, qui res grauissimas perspiceret ante euentum. Respondit: [41]) Nequaquam, sed se esse hominem simplicissi-

---

26) scriberem,] Reb.: scribere tentarem.
27) per interualla et occasiones] Reb.: per occasiones et interualla
28) *Ich hette Erstlich — angriffen.*] Reb.: ego profecto attulissem in primis ligna et ignem ad comburendum talem haereticum, qui contra Missam, coelibatum et inuocationem sanctorum aliquid scripsisset,
29) adiuuabat] *sic* Reb.; Cod.: adiuuabit
30) quod — moriebatur,] Reb.: cum anno 19. Maximilianus Caesar moreretur,
31) in] *ap.* Reb. *deest.*
32) papistae] *sic* Reb.; Cod.: papista
33) mirum in modum] Reb.: acerbe
34) *do muste* — ac retulit] Reb.: ibi me defendere cogebat (*pro*: cogebar). Deinde recitauit
35) colloquium] Reb.: colloquium suum
36) Miltitz,] Reb. *male*: Militz,
37) rosam Aldenburgam — mirum in modum,] Reb.: rosam auream Electori Aldeburgum adferebat et ibi cum Luthero lachrimans contulerat, Tetzelium valde reprahendens,
38) *Es ist* D. cons. *geschehen* etc.] Reb.: Domini autem consilio sic factum est, vt ita sub infirmitate procederet.
39) Valedictio N. Hausmanni — — cum astantibus.] *haec in solo* Cod. fol. 584a lin. 8 — 13. *inveniuntur.*
40) D. praeceptores dic. de sag. ingenij] Reb.: Multi Doctores commendabant ingenium et sagacitatem — *Sectio sic incipiens in* Cod. fol. 584a lin. 14. — fol. 584b lin. 2., *ap.* Reb. *vero* II. fol. 23b lin. 28. — fol. 24a lin. 6. *legitur.*
41) perspiceret ante eu. Respondit:] Reb.: ante euentum prospiceret. Resp. M. L.

mum, [42]) qui facile posset decipi. [43]) sicut philomela ab omnium [44]) simplicissima facillime capitur. ita et sibi facile imponi. D. M. Lutherus priusquam scriberet contra Moguntinum, erat sollicitus, sed cum coepisset, fluebat stylus. Interrogatus de celeritate calami sui, respondit: In concepto parturio. Nam omnia argumenta et singula uerba diligenter considero ex omnibus partibus. *dass mich solcher bucher concept viel stehet*, qualis erat liber de abroganda *fol. 584b* missa, sed papistae et aduersarij nostri erumpunt et blaterant [45]) scribentes quidquid in mentem uenit. [46])

Mentio fiebat successus Euangelij nostro seculo, quod mirabiliter sub infirmitate processisset. Respondit: *wenn die papisten in dem fasse hetten, wie vor 2 Jaren*, in Comitijs Wormatiensibus, *sie geben etliche bisthumb und Cardinalat drumb*. [47]) sed Deus uoluit regnum Antichristi reuelari. [48]) Ipsi noluerunt [49]) me ferre tacentem, si et ipsi tacerent. Et intempestiuis [50]) consilijs rem tentarunt. Nam cum Caesar me citasset Wormatiam. [51]) mandato propria manu subscripto, tertia feria, statim quarta feria me [52] concluserunt, non opinabantur me uenturum, sed ego utcunque timidus, spiritu Dei confirmatus, libere locutus sum et confessus doctrinam Christi, quae etiam [53]) in persecutione et morte multorum piorum creuit. *Ich hallte auch, dass in 1000 Jaren nicht ein mensch also verflucht sey als ich, der ich nu 30 Jar gepredi-*

---

42) se esse hom. simpl.] Reb.: se hominem simplicissimum esse.
43) posset decipi] Reb.: decipi et persuaderi posset.
44) omnium] *a* Reb. *abest.*
45) blaterant] Cod. *male:* platerant
46) D. M. Lutherus priusquam scriberet — — in mentem uenit.] *pro his exhibet* Reb. *haecce:* Dicebat tamen se sua sponte sine praeceptore e testudine et cytharis didicisse, componere quoque.
47) Mentio fiebat successus Euangelij — — *und Cardinalat drumb*] *pro his verbis, quae in* Cod. fol. 584b lin. 3 — 7 med. *leguntur,* Rebenstockius II. fol. 16a *verbis supra* p. 179. nota 38. *allatis:* Domino autem consilio sic factum est, vt ita sub infirmitate procederet, *haecce* lin. 23 med. — 26 med. *adiungit:* papistae enim magnam papatus partem ponerent in periculum, vt sic causam haberent optatam, sic vti primo a comitijs Wormatiensibus. *Reliqua huius sectionis pars in* Cod. fol. 584b lin. 7 med. — 23. *ap.* Reb. fol. 16a lin. 26 med. — fol. 16b lin. 13 med. *exhibetur.*
48) noluit — reuelari.] Reb.: regnum Antichristi reuelare voluit.
49) noluerunt] *sic* Cod.: Reb.: volnerunt
50) Et intempestiuis] Reb.: sed intempestiuis,
51) citasset Wormatiam.] Reb.: Wormatiam citasset,
52) me] *a* Reb. *abest.*
53) libere locutus — quae etiam] Reb.: comparebam, libere loquebar, et doctrinam Christi confitebar, quae hactenus

get manchen tag 3 predigten vnnd sonst teglich in der fasten, auch etlich mal 4 predigten einen tag gethan habe, dass ich glaube, dass wol so viel predigten durch mich gescheen sein, als durch S. Ambrosium, Augustinum. [54])

LVTHERI LIBERALITAS ERGA SVOS. [55])

Anno 1539. 1 Ianuarij foelicem annum omnibus in tota domo [*fol.* 585ª] precabatur, distribuens munera liberis, seruis et ancillis singulis, in summa [56]) ultra 2 thaleros, eosque [57]) ad pietatem, obedientiam, fidelitatem [58]) hortabatur. Deinde suspirans dicebat: [59]) Ach quanta [60]) abominatio, impietas et transgressio mundi indies prouocantis Deum, [61]) praesertim in prima tabula securissime peccat iramque Dei acerrimam irritat. ***Es ist vnmuglich, das nicht schwere plagen kommen sollen,*** quia [62]) non tantum ex astris praedicuntur, [63]) sed ex scriptura sancta, et nostra propria [64]) conscientia id testatur. [65]) Beatus qui resipiscit, Deo confidit et uerbum suum diligit, illi omnia cooperantur in bonum.

Anno 39. 11 Ianuarij D. M. Lutherus mane hora 7. [66]) uoluit disputare de propositione: Verbum Caro factum est, [67]) sed cum ante domum Magistri [68]) Philippi Melanthonis uenisset, uertigine correptus, iterum domum redire coactus, eo die

---

54) *Ich haltte auch,* — — Augustinum.] Reb.: existimo igitur, quod in mille annis, nemo hominum, adeo sit detestatus, nec erit, quemadmodum ego, qui nunc per multos annos verbum Dei pure docui, saepius vna die tres vel quatuor conciones habui, puto ergo, me quoque Augustino et Ambrosio, in multitudine suarum concionum similem esse,

55) Lutheri liberalitas erga suos.] *Sectio sic inscripta, quae in* Cod. fol. 584ᵇ lin. 24. — fol. 585ª lin. 12. *legitur, ap.* Reb., *omissa tamen inscriptione,* II. fol. 20ª lin. 23. — fol. 20ᵇ lin. 9. *reperitur.*

56) in summa] *a* Reb. *absunt.*

57) eosque] Reb.: eos omnes et singulos

58) fidelitatem] Reb.: et fidelitatem

59) dicebat:] Reb.: dixit,

60) quanta] Reb.: quanta est

61) indies prouoc. Deum] Reb.: Deum in dies prouocantis,

62) *Es ist vnmuglich* — Quia] Reb.: impossibile est horribiles non sequi plagae (*pro*: plagas) et calamitates, quae

63) praedicuntur] *sic* Reb.; Cod.: praedicantur,

64) nostra propria] Reb.: propria nostra

65) testatur.] Reb.: testante.

66) hora 7.] Reb.: horam septimam — *Haec sectio in* Cod. fol. 585ª lin. 13 — 21., *ap.* Reb. *vero* II. fol. 23ª lin. 6 — 18. *legitur.*

67) est] *ap.* Reb. *deest.*

68) Magistri] *a* Reb. *abest.*

disputationem intermittens inquiens: ***Ich kans niemmer thun, ich werde ausgearbeitet haben, gott helffe mir gnediglich.*** Libenter uellem adhuc librum de Ecclesia scribere. ***wenn das gescheen ist, wiel ich beschlissen*** Deo uolente. [69])

D. M. Lutherus dicebat, ***dass ihn gott hat einen monch lassen werden*** [70]) non sine magna causa, ut [71]) experientia edoctus contra papatum scribere potuisset. [72]) [*fol.* 585b] Quamuis ego per uim factus sum monachus contra uoluntatem patris mei. [73]) In [74]) meo monachatu papam tam reuerenter colui, ***dass ich allen papisten wolde trotz bitten,*** qui fuerunt et sunt. Ego enim non [75]) uentris, sed salutis meae causa uouebam [76]) et rigidissime seruabam mea statuta. [77]) Item dicebat se aegre et difficulter habitum deposuisse. Pater eius saepe orauerat, ut cappam exueret. [78]) Elector Fridericus libello de uotis [79]) motus, miserat Luthero optimum pannum [80]) hac conditione: ***Ich soltte mir einen rock oder kappen lassen draus machen,*** [81]) et subridens dixisse fertur: ***wie wan er ihm eine spanische kappe liesse machen?*** [82]) D. Hieronymus Schürff promisit mihi pannum ad nouam cappam. [83])

---

69) coactus, eo die — Deo uolente.] Reb.: coactus est, et disputationem intermittere, dicens, non possum amplius proposito meo satisfacere, satis enim laboraui. Deus adiuuat me, libenter adhuc librum de Ecclesia scribere vellem, hoc si factum fuerit, riuulus (*pro:* riuulos) clamdam Deo volente. Ita saepius in publicis concionibus vertigine correptus et impeditus descendere coactus est.

70) D. M. Lutherus dic. — ***lassen werden***] Reb.: Deus enim me suscepto Monachatum permisit,

71) ut] Reb.: scilicet vt

72) scribere potuisset] Reb.: scriberem.

73) Quamuis ego — patris mei.] *haec* a Reb. ***absunt.***

74) In] Reb.: Nam in

75) ***dass ich allen*** — Ego enim non] Reb.: quod etiam omnibus papistis, qui fuerunt et nunc sunt, praeferri volebam, non enim

76) uouebam] Reb.: mouebam

77) seruabam mea statuta.] Reb.: mea statuta seruabam. — ***Haec prior huius sectionis pars:*** D. M. Lutherus dicebat — — mea statuta, in Cod. fol. 585a lin. 22. — fol. 585b lin. 6 med. *ap.* Reb. II. fol. 13b lin. 16 med. — 24 med. *legitur.*

78) Item dicebat — exueret.] Reb.: Cucullam autem meam difficillime deposui, etsi erat satis sarciata, pater meus vrgebat, vt exuerem. — ***Altera huius sectionis pars ab his verbis ordiens atque terminata verbis:*** quibus inseruire cupiebam, *quae in* Cod. fol. 585b lin. 6 med. — fol. 586a lin. 7. *exstat, ap.* Reb. II. fol. 13b lin. 27 med. — fol. 14a lin. 24 med. *reperitur.* (*conf. supra* p. 172. nota 54.).

79) libello de uotis] Reb.: libello meo de votis edito

80) miserat L. opt. pannum] Reb.: pannum optimum nigri coloris miserat

81) ***Ich soltte mir — machen,***] Reb.: vt inde mihi tunicam vel pallium pararem,

82) ***wie wan — machen?***] Reb.: Si nunc curaret sibi parare bardo cucullam.

83) promisit — cappam.] Reb.: pannum mihi promisit ad cucullum nouum.

Nam ego meam cappam usque ad extremum gestaueram, *dass ich sie muste lassen flicken.* Ibi [84]) multi pij offendebantur, me aliter docere et facere aliter. [85]) Papistae cauillabantur me, cum tamen exteris uellem seruire [86]) Cappa, Coelibatu, [87]) abstinentia carnium, Quadragesima. Multi papistae uociferabantur: *wer es recht, das er lehret, er thet es auch.* [88]) Et Ieckel, [89]) concionator Bremensis in die Palmarum inter alia fercula gallinam mihi [90]) parauit dicens: Si docemus, quare non facimus? Tandem anno 1523. deposui habitum in gloriam Dei et confusionem sathanae, multis [91]) gaudentibus [*fol. 586ª*] propter libertatem. *Denn hette ich nicht selbest die kappen abgeleget, fleisch gessen, ein weib genomen,* omnes papistae cauillati essent meam doctrinam non esse ueram, [92]) quia aliter fecissem quam docuissem. *Also kunde ich des heilosen kleides nirgent mit fugen los werden, kam auch sauer an,* non [93]) propter meam conscientiam, sed aliorum, quibus inseruire cupiebam.

Ieiunia papistica erant epulationes. Tantum uere afflictae conscientiae serio ieiunarunt. *Ich hette mich betzeitte tzu todt gefastet.* Nam saepe [94]) in triduo ne unam guttam aut micam accepi. *Es war mir recht Ernst, habe auch den herrn Christum recht gecreutziget, bin nicht nebenher gelauffen, sondern habe ihn helffen fuhren vnnd durchboren. gott vergeb mirs. dann ich habes Ja offentlich bekennet.* Nam hoc est uerum: *der frömste mönch ist der ergste schalck,* [95]) qui Christum me-

---

84) Nam ego — Ibi] *haec a* Reb. *absunt.*
85) et facere aliter.] Reb.: quam facere gestiendo cucullo.
86) me. Cum — seruire] Reb.: me eum, qui caeteris vellem inseruire
87) Coelibatu,] Reb. *male*: coelibatum,
88) Multi papistae — *thet es auch.*] Reb.: dicentes, si doctrina sua vera esset, ipse quoque illam imitaret (*pro*: imitaretur).
89) Ieckel] Reb.: Iacobus
90) gallinam mihi] Reb.: mihi Gallinam
91) multis] Reb.: multis pijs
92) libertatem. *Denn* — — esse ueram,] Reb.: libertatem Christianam, ego enim nisi cucullam exuissem, carnem comedissem, vxorem duxissem, omnes Papistae meam doctrinam quasi non veram calumniati fuissent,
93) *Also kunde* — non] Reb. sic ego cucullae nec abesse nec vt illam exueram (*pro*: exuerem) persuaderi poteram, non tantum
94) Ieiunia papistica — — Nam saepe] Reb.: non Papistica iniunia (*pro*: ieiunia) celebrabam, quae erant lautae epulationes, sed ita me macerabam serio conscientia afflicta, quod me ieiunando ferme interfecissem, saepe — *Sectio ab his verbis ordiens, quae finitur verbis*: iterum idola irruent, *in* Cod. fol. 586ª lin. 8 — 25., *ap.* Reb. *vero* II. fol. 13ª lin. 24 med. — fol. 13ᵇ lin. 16. *legitur.*
95) accepi. *Es war* — — *ergest schalck.*] Reb.: sumpsi, summa diligentia et seueritate perficiebam opera mihi in Monachatu imposita, et Christum sa-

diatorem et summum pontificem negant et iudicem ex eo [96] faciunt. Ego 21 sanctos elegi et singulis diebus missam celebrans tres inuocaui. *also kam ich die woche herumb.* [97] praecipue autem B. Virginem colui, quae muliebri corde magis afficeretur et filium placaret. *Ach wan der* articulus iustificationis *nicht gefallen wer, so hette bruderschafften, wolfartten* etc. *keine stadt in der kirchen funden.* Lapso illo iterum, quod Deus auertat, [98] iterum idola irruent.

[*fol. 586*b] Initio Euangelij sensim processi contra Tetzelium impudentissimum, et Hieronymus Episcopus Brandenburgensis me dilexit, ego eum hortatus sum ut ordinarium loci, *dass er in diese sache woltte sehen*, misique ei resolutiones meas mea scriptas, antequam diuulgarem, sed nemo Tetzelium latrantem uoluit compescere, sed adhuc defendere conabantur. Ita ego imprudenter processi caeteris audientibus, et fessis sub Tyrannide. *Nu bin ich hinein kommen, gott helffe mir fort der, dan man kan dem babst niemermehr betzalen, wie er verdienet hat.* Deinde quidam dixit: *Er solde nicht auffhoren, bis die weldt frommer wurde.* Respondit: *wann die weldt from wirdt, so wirdt der spruch auffhören:* Semen mulieris conteret caput serpentis. *Aber das tretten und fersen beissen wirdt in diesem leben nicht auffhoren.* [99]

Anno 39. 30 Martij qui fuit Dies palmarum, D. Martinus in initio concionis uertigine impetitus est et domi dixit: *Ich wolde nu gerne sterben, dann man darff mein gar nichten, ich werde doch die ketzerey nicht nit wehren. hats doch* S. Ioannes *der teuer Euangelist nicht konnen erwehren,* sed ipso uiuente orti sunt Marcion, Cerinthus, serpens non cessabit mordere.

[*fol. 587*a] Pater iratus me factum monachum, [100] uo-

---

tis quoque crucifixi, Monachatu satis facere putabam, ideo Christum ipse dixi et satis afflixi, Deus remittat mihi hoc peccatum, ipse confessus sum, verum enim est, Monachium (*pro*: Monachum) pijssimum, nebulonem esse impijssimum,

96) et iudicem ex eo] Reb.: ex illo iudicem

97) m. celebrans — — *herumb.*] Reb.: M. celebraui, tres inuocans sanctos, et sic hebdomadum (*pro*: hebdomadem) implebam.

98) placaret. *Ach wan* — — auertat,] Reb.: placare posset. Ach si Articulus de iustificatione non interijsset, tunc omnia opera Papistarum peregrinationes, sanctorum inuocationes, vigiliae et Missae, locum in Ecclesia nullum habuissent, illo lapso (quod Deus auertat)

99) Initio Euangelij sensim processi — — *in diesem leben nicht auffhoren.*] *haec sectio, quae in* Cod. fol. 586b lin. 1—16., *et subsequens*: Anno 39. 30. Martij — — non cessabit mordere, *quae ibid.* lin. 17—24 *exhibetur, ap.* Reb. *h. l. non reperiuntur.*

100) Pater iratus me factum monachum,] Reb.: Pater meus iratus detractabat Monachum (*pro*: Monachatum) meum.

me ad studia iuris adigere, et habebam [1]) totum corpus *gott wolt ein* Iube Domine benedicere *aus mir haben, vorhin des babst kunst lernen vnnd wissen.* [2])
nno 1510. D. Staupitius [3]) Romae fuit, qui hanc prophetiam issimam Romae audiuit ex omnium ore: [4]) Surget [5]) ta sub Leone decimo, qui papatui [6]) se opponet. Sed rmo ad completionem usque contemptus est. [7])
nno 39. 11 Iunij [8]) *) D. M. Lutherus abijt in Lichtenad Marchionissam. ibi uesperi cum ea coenabat, ipsaque ssime [9]) eum appellabat, optans et sperans suam lonm [10]) uitam, sicut adhuc posset uiuere per 40 annos. [11])
ndit M. Lutherus: Absit, etiamsi Deus mihi paradisum et, ut 40 annos [12]) durarem in hac uita, nollem. *ich e eher* [13]) *einen hencker miethen,* [13]) *der mir den kopff luge. so bose ist die welt, eittel teuffel werden sie itzt, m einer nichtes bessers wunschen kan, dann nur ein s stundtlein vnd daruon.* [14]) Neque ego [15]) curo me-

---

Conf. Luth. colloq. germ. IV. p. 271. cap. 48. §. 27. sect. 2.
adigere, et habebam] Reb.: applicare, cum haberem
gott wolt — vnnd wissen.] Reb.: Deus autem volebat, vt canerem Iube Domine benedicere, oportebat me prius artificium Papae discere et scire. — *Haec sectio*: Pater iratus — — *lernen, vnnd wissen, in* Cod. fol. 587a lin. 1—4 med., *ap.* Reb. II. fol. 12b lin. 28 med. — fol. 13a lin. 4 med. *legitur.*
Anno 1510. D. Staupitius] *haec usque ad verba*: ad completionem usque contemptus est, *in* Cod. fol. 587a lin. 4 med. — 8., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 11b lin. 15 — 19 med. leguntur. (*Ea, quae his ap.* Reb. *proxime annexa sunt, congruunt cum* Cod. fol. 579a lin. 21. — fol. 579b lin. 1., *vide supra* p. 169. notam 33.).
qui hanc pr. — ore:] Reb.: ibi hanc Prophetiam, ex omnium ore vulgatissimam audiuit.
Anno 39. 2. Ianuarij uenerunt literae ex Amberg [13]) de importunitate papistarum acerrima, conquerentes concionatorem uocatum ex Wittenberga non audiri populo resistente summa temeritate, *sie wolten Luthrischen pfaffen nicht, er kan nichtes denn Christum predigen, das wollen sie gleich so wol thun, wann sie die bibel wolten lesen.* Magnus ibi fuerat tumultus. [14]) D. M. Lutherus orauit pro pace, dicens: *hette ichs gewust, das herr Andreas nicht vom bischoffe geweihet were, so wolte ich ihn* [15]) *haben nicht hingeschickt* [16]) in initio Euangelij. Nam mundus uult spectris decipi, et recitauit [17]) Stationariorum fallacias, qui impudentissime mendicassent *das heilige bludt des heiligen geistes*, [18]) Anthonij, Valentini, Ruperti *bottschafften, vnnser lieben frauen milch tzu Schnellen* [18a]) *in Westphalen.* Haec omnia securissima credidimus, non offensi [19]) erroribus et scandalis personarum (nam stationarij plerumque impudentissimi fuerunt [20])). Nunc pie docentes et uiuentes contemnimus.

Credo papam*) de industria [21]) collocasse Syluestrum

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 214. cap. 27. §. 80.

12) Elector habet — ulnis,] Reb.: Princeps Elect. Saxoniae, imaginem Bae. Virginis, puerum Christum in vulnis (*pro*: ulnis) gestantis reseruauit.

13) uenerunt literae ex Amberg] Reb.: ex Amberga venerunt

14) uocatum ex Wittenberga — — tumultus.] Reb.: ex Witeberga eo vocatum, a Papistis recusari, ipsos presbyterum Lutheranum non posse ferre, quia nihil aliud concionaretur quam Christum, quod et ipsi facere vellent, si legerent Biblia, et ita magnus est ibi exortus tumultus.

15) *ihn*] Cod.: *inen*

16) *hette ichs g. — hingeschickt*] Reb.: Ego si scissem M. Andream non fuisse ordinatum vel sacratum per Episcopum, non missisem illum isthic

17) uult sp. — recitauit] Reb.: laruis vult decipi, recitans

18) *das heil. bl. — geistes*] Reb.: sanctus Spiritus, sanctus sanguis

18a) *Schnellen*] *sic h. l. legitur, infra* (Cod. fol. 619a lin. 13.) *hic locus nominatur*: *Schmollen, quod nomen in Schmöllen mutaui.*

19) Ruperti *bottschafften*, — non offensi] Reb.: Ruperti, etc. nunci. Ac beatae virginis Mariae, vbi monachus impudenter praedicauit, quomodo lac accepissent, dicens: Puer Iesus mammillas sugebat, prouocabatur ad iram et faciem auertebat, tunc fluebat de matre, quod cochleari susceptum est. Haec impudentia mendacia credidimus, fascinati

20) impud. fuerunt] Reb.: impud. fuerunt nebulones

21) Credo papam de industria] *Sectio ab his verbis ordiens et verbo*: perdatur *terminata, quae in* Cod. fol. 617b lin. 24. — fol. 618a lin. 7. *praecedentem subsequitur, a* Reb. *autem non proxime, post illam, quae* II. fol. 78a lin. 14. *finitur, sed paulo inferius* fol. 78b lin. 19. — fol. 79a lin. 3. *exhibetur.*

et Thomam Cantuariensem [22]) in octauam natiuitatis Christi. [23]) Nam ille [24]) Romanum imperium, hic [25]) uero Anglicum regnum lucrifecit. Thomas Apostolus [26]) nihil est in Canonizatione [*fol. 618*a] ad [27]) Cantuariensem. Nam papae unicum studium [28]) ad retinendas possessiones spectat. Cessantibus imperatoribus semper captauit regna. ***Darumb habe ich in dem babst schlussel alle seine*** rapinas ***angetzeigt***, [29]) quae pictura est odiosissima, ubi res cum uerbis loquitur. Tempus est reuelationis huius iniquitatis. [30]) ***Ich hoffe nun, der Jungste tagk sol nicht lange aussen sein***, ut funditus perdatur. [31])

Crassissimi fuerunt errores papae*) ante Euangelij tempora, qui tamen adorabantur, ***der wir vnns nun mussen schemen tzugedencken, als mit dem heiligthumb weisen, Josephs hosenn***, S. Francisci ***niederkleidt***. Respondit D. M. Lutherus: paucissimi praedicatores fuerunt, qui [32]) in minimis negotijs conscientijs consulere potuissent, [33]) imo praegnantibus et lactantibus [34]) ieiunia seueriter imponebant sine dispensatione.

Papistarum mendacia **) sunt palpabilia, ***der die sich itzund schemen***. Sicut quidam ciuis Oschazensis publice carnes in quadragesima comedens a D. Georgio citatus confessus est sine timore, et probauit ius suum ex confessionali. [35])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 214. cap. 27. §. 81.
**) *Conf.* ibid. III. p. 215. cap. 27. §. 82.
22) Cantuariensem] Cod.: Canthriariensem
23) collocasse — Christi.] Reb.: Syluestrum et Thomam Cantuariensem in octauam Natiuitatis Christi collocasse.
24) ille] Reb.: Syluester
25) hic] Reb.: Thomas
26) lucrifecit. Thomas Apostolus (Cod.: Apostolis)] Reb.: lucrifecisse creditur. At Apostolus Thomas
27) ad] Reb.: erga
28) Nam — studium] Reb.: Praecipuum enim Papae studium
29) *darumb — angetzeigt*,] Reb.: Ideo in Papae clauibus omnes suas indicaui rapinas,
30) loquitur. Tempus — iniquitatis.] Reb.: loquuntur. Tempus reuelandi est huius abominationis,
31) *Ich hoffe* — funditus (Cod.: funditur) perdatur.] Reb.: spero autem nouissimum diem non longe abfuturum, vt funditus extirpetur.
32) Crassissimi fuerunt — — fuerunt, qui] Reb.: cum ante Euangelij tempora, crassissimis erroribus persuadebamur, quorum nunc cum pudore mentionem fecimus, vt cum ostendebantur reliquiae Sanctorum caligae Iosephi, Francisci subligaculum. Haec acciderunt ex defectu piorum praedicatorum, vbi — *Haec sectio, quae in* Cod. fol. 618a lin. 8 — 15. *legitur, ap.* Reb. *praecedentem non subsequitur, sed paulo superius* II. fol. 78a lin. 15 — 23. *proxime post verba*: „et viuentes contemnimus," *refertur*.
33) potuissent,] Reb.: potuerunt.
34) lactantibus] *sic* Reb.: Cod.: lactentibus

Item, Quidam ciuis [36] Spirae uxorem suam mortuam sepeliri [37] iussit sine exequijs, *beruffet sich auff sein Confessional*, [38] quod sibi uiuenti omnia peccata essent condonata. Ideo nihil opus esse uigilijs aut missis. Deinde recitauit sepulturam [39] in Orliens ciuitate Galliae, ubi [*fol. 618b*] matrona quaedam mortua uiuens [40] prohibuit, ne quid exequiarum fieret sibi. Et apud monachos sine exequijs est sepulta. Monachi excogitabant spectrum eiulans conspici, petens Missam, [41] quia ipsa esset in purgatorio propter peccata sua. Tandem monachorum [42] fraudes reuelatae sunt [43] per adolescentem, et ex prouincia pulsi sunt per Regem. [44] Summa, Papa nihil uult remittere, sed uult pudefieri.

Anno 39. 22 Februarij dicebatur de horrendis papistarum mendacijs, quibus alienarunt homines. In Anglia imaginem Christi excauatam habuerunt, in quam certo tempore calidam aquam infuderunt, quae per oculos et pedes manauit. Populus ex superstitione copiosus accurrit, aquam illam et salutiferam colligens. Tandem per Episcopum Latimerum in uisitatione publice fracta est. [45] Ita Romae tres fontes esse fabulabantur, [46] quos effecerit Pauli caput saltans, [47] cum

---

35) Papistarum mendacia — — ex confessionali.] Reb.: Haec mendacia papabilia Papae, quarum nunc meminisse pudor est, deridentur sicut ciuis quidam Oschatzensis in etc. publice carnes comedens, a D. G. citatus, sine fuit confessus est, ex confessionali Papae, iuste se fecisse probans. — *Haec sectio, quae in* Cod. fol. 618a lin. 16. — fol. 618b lin. 8. *et ap.* Reb. II. fol. 78a lin. 24. — fol. 78b lin. 14 med. *legitur, in utroque libro praecedentem subsequitur.*

36) Quidam ciuis] Reb.: ciuis quidam

37) sepeliri] *sic* Reb.; Cod.: sepelire

38) *beruffet — Confessional,*] Reb.: et defendebat se suo confessionali.

39) recitauit sepulturam] Reb.: recitabatur sepultura

40) uiuens] Reb.: viuens adhuc,

41) fieret sibi. Et — Missam,] Reb.: sibi fieret, quae apud monachos sepulta, qui spectrum excogitabant eiulans, petens missas et eleemosynas,

42) monachorum] Reb.: hae

43) sunt] *a* Reb. *abest.*

44) et ex prouincia — Regem.] Reb.: monachi per Regem prouincia expulsi sunt.

45) Anno 39. 22 Febr. — — fracta est.] *haec prior huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 618b lin. 9 — 16 med. *refertur, a* Reb. *omissa et fortasse eam ob causam, quod ea, quae supra* p. 251. lin. 12—15. *relata sunt, iterare videtur.*

46) Ita Romae — fabulabantur] Reb.: Finxerunt enim Romae tres fontes exortos, — *Ab his verbis incipit altera huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 618b lin. 16 med. — 19. *et ap.* Reb. II. fol. 78b lin. 14 med. — 18. *exhibetur.*

47) Pauli caput saltans] Reb.: caput S. Pauli decollati saltans,

appellatione nominis Hiesu. Respondit D. Martinus: *Ach es sein nicht* humana, sed sathanica mendacia. [48])

D. M. Lutherus interrogabatur, quid in papisticis indulgentijs esset carina. Respondit: Quadragena per 40 dies. Nam multae fuerunt partes poenitentiales, quinque anni, 7 anni, 40 anni pro uno peccato mortali. Item 40 dies. [49])

In Lichtenberg*) considerauit D. M. Lutherus opes Antonitarum satis magnificas, *also dass tzu dieser tzeit mit drey thonnen goldes schwerlich tzu enden were,* [*fol. 619a*] *das hat vortzeilten* sordidissimus quaestus *gegeben, sie sindt vmbgetzogen wie die knapsecke,* [50]) homines cingulis, peris et caltris sibi deuincientes. Tetzel corruptus in Annae monte ab Antonitis ita eos commendauit, *dass ein solcher* Concursus *war worden, dass man ihnen 3 meilen war nachgelauffen.* Ita moti illius persuasione, [51]) nisi honorarent reliquias sanctorum, omnes [52]) scaptensulas et metalla euanescere. Ah bone Deus, quis nobilium, ciuium, rusticorum Deo gratias agit pro ista liberatione ab harpyijs, quibus innumerabilem thesaurum obtulerunt quotidianis accidentibus, [53]) nunc ingrati redduntur, non enim tantum accidentia, sed et [54]) substantialia pijs [55]) detrahere conantur.

Monachus concionatus, unde *die von Schmöllen* [56]) *die milch* Mariae *bekommen hetten.* Dixit: *das kindt* Hiesus *sog die brüste, wardt tzornig, wandt sich hinweg, da sprang die milch hinweg vnnd sie fingen sie mit einem leffel auff* etc. [57])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 215 sq. cap. 27. §. 83.

48) Respondit D. M. — mendacia.] Reb.: His Satanicis mendacijs persuasi, omnia credidimus.

49) D. M. Lutherus — — 40 dies.] *haec, quae in* Cod. fol. 618b lin. 20 — 24. *leguntur, a* Reb. *absunt.*

50) consideranit D. M. Luth. — — *knapsecke,*] Reb.: D. M. Luth. considerauit Antonitarum splendidas domus, quae difficile hisce temporibus tonnis auri erigi et aedificari possent, vnde olim sordidissimus quaestus ortus est, omnes enim fere circumnagabantur regiones, — *Haec sectio in* Cod. fol. 618b lin. 25. — fol. 619a lin. 12. *ut ap.* Reb. II. fol. 79a lin. 4 — 22. *legitur.*

51) corruptus in Annae m. — — persuasione,] Reb.: in Annae monte ab Antonitis corruptus, eos ita Ecclesiae commendauit, vt tantus existeret concursus, vt et homines per tria miliaria illos uisitarent, ita persuasi,

52) honorarent — omnes] Reb.: reliquias sanctorum honorarent, et omnes

53) obtulerunt quot. accidentibus,] Reb.: quotidianis accidentalibus obtulerunt.

54) accidentia, sed et] Reb.: accidentalia, sed

55) pijs] Reb.: pijs Doctoribus

56) *die von Schmöllen* (Cod.: *Schmollen*)] *sie h. l. legitur, ut supra* fol. 617b lin. 20., *ubi eadem breuius memorantur, locus nominatur: tzu Schnallen in Westphalen.*

57) Monachus concionatus — etc.] *haec hoc quidem loco ap.* Reb. *non reperiuntur, consentiunt autem cum iis, quae a* Reb. *paulo superius*

QVAESTVS ET AVARITIA PAPAE. *)

Papa quotannis accepit de singulis Petrinum, id est duos grossos, *das hat gemacht bei neun hundert Tausent fl.* [58]) Multi Altaristae [59]) uix habuerunt 60 gross. [60]) et tamen abunde sustentarunt se [61]) ex accidentibus. Wittenbergensis pastura uix habuit certi pretij 30 fl. et tamen ultra 300 annuatim. *das eingeschneide* [62]) *ist gross gewesen.* [63]) Ego scio Episcopum Misnensem 2000 fl. priuari, [63a]) quos habuit ex consistorio [64]) ex mulctis adulterorum, stupratorum, proprie ad principes pertinent, si saperent principes, possent hanc pecuniam ad se deriuare. [65])

[*fol. 619*[b]] Ego Martinus Lutherus uolens cognoscere iura Ecclesiastica **) legi [66]) summam Angelicam. Dicebat D. Hennius, Non Angelica, sed Diabolica esset appellanda propter argutias inextricabiles. Sic [67]) ludit papa suis casibus, quos omnes praeseruat scrinio sui pectoris et mentali reser-

---

*) Reb. II, fol. 79[a] lin. 23. – fol. 81[a] lin. 15. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 216. cap. 27. §. 84.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 216 sq. cap. 27. §. 85.

II. fol. 78[a] lin. 5 med. — 10 med. *sic relata sunt*: Lac beatae virginis Mariae, vbi monachus impudenter praedicauit, quomodo lac acceperint. dicens: Puer Iesus mammillas sugebat, prouocabatur ad iram et facies auertebat, tunc flebat de matre, quod cochleari susceptum est. (*vide supra* p. 252. notam 19.)

58) Papa quotannis — *Tausent* fl.] Reb.: Papa quotidianis accepit in Anglia de singulis personis Petrinum, valentem duos grossos, qui summatim ferunt nouies centena millia florenorum. — *Haec sectio legitur in* Cod. fol. 619[a] lin. 17 — 27., *ap.* Reb. II. fol. 79[a] lin. 23. — fol. 79[b] lin. 5 med.

59) altaristae] *sic* Reb.; Cod. *calami err.*: Althaustae

60) 60 gross.] Reb.: 60 gross. deputatum

61) sustentarunt se] Reb.: se sustentarunt

62) *eingeschneide* (*i. e.* salarii accessiones)] *sic scripsi*; Cod.: *eingeschnete*. — *Conf. de illa voce* Ioh. Leonh. Frischii *Teutsch-Lateins. Wörterb.* P. II. p. 214.

63) Wittenbergensis pastura — *gr. gewesen.*] *haec a* Reb. *absunt.*

63[a]) priuari] *sic scripsi*; (= Coll. germ.: *abgehen*); Cod.: priuati

64) Ego scio — ex consistorio] Reb.: Episcopus Misnensis annuatim ex consistorio collegit vltra 2000 flo.

65) stupratorum — ad se deriuare.] Reb.: stupratorum, et excommunicationibus quae potius ad Principes pertinerent, si saperent, pecuniam hanc ad se deriuare possent.

66) Ego Mart. Luth. — legi] Reb.: Doct. Mart. Luth. volens iura Ecclesiastica cognoscere, legit — *Sectio ab his verbis ordiens, quae in* Cod. fol. 619[b] lin. 1 — 23. *legitur, ap.* Reb. *paulo inferius* II. fol. 80[a] lin. 28. — fol. 80[b] lin. 29. *reperitur.*

67) Dicebat D. Hennius — Sic] Reb.: Dominus Hennius affirmabat non Angelicam sed Diabolicam esse appellandam propter inexplicabiles argutias. Sic enim

uationi, sic [68]) remisit, ut tamen sibi praeseruet. Ita omnia eius iura sunt incerta. Adeo diabolicis mendacijs nos lusit papa [69]) sub potestate clauium. Ideo Paulus non immerito illa tempora saeuissima appellet, [70]) ubi ex ira Dei Romani pontifices per tot prodigia mendaciorum regnarunt, *brauchen ihre Curtisanische* [71]) *stucklein.* [72]) Angliam habebat liberam. *Aber der Peterspfennig brachte dem babst Jerlich bey 9 tonnen goldes.* [73]) Ita [74]) Petrus ardentissimis uerbis papam [75]) describit: *Es sindt durchtriebene leute im geitze,* [76]) non dicit de simplici et humana auaritia. Considerate tantum, [77]) quid egerint Vrbanus sextus, Gregorius 9. [78]) Bonifacius 12. ante Concilium Constantiense, et in illo Concilio aliquo modo Romanistae [79]) humiliati terrebantur. Deinde iterum insultabant, nunc iterum territi sunt, *machte es doch der Tetzel zu grob, das mans muste greiffen.* [80]) scribebat Indulgentias ualere, etiamsi homo non poeniteret sine omni contritione [81])

Pictura afferebatur*) D. M. Luthero, [82]) ubi papa erat suspensus una cum [83]) Iuda et loculis Iudae. Respondit: *das wirdt dem babst wehe thun,* [84]) qui a Caesare et regibus adoratus [*fol. 620a*] est *vnnd sol nun an seine schlussel gehenckt werdenn. Es wirdt die papisten sehr schmertzen.* [85])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 217. cap. 27. §. 86.

68) m. reseruationi, sic] Reb.: m. reseruatione sic

69) diabolicis mend. nos lusit papa] Reb.: Sathanicis mendacijs nos Papa lusit,

70) appellet,] Reb.: appellat,

71) *Curtisanische*] *sic scripsi;* Cod.: *Corthusanische*

72) *brauchen — stucklein.*] Reb.: vtebantur fallacijs et dolis Curtisanorum.

73) Angliam habebat — *goldes.*] *haec a* Reb. *absunt.*

74) Ita] Reb.: Quapropter

75) papam] Reb.: papatum

76) *Es sindt — geitze,*] Reb.: Sunt homines auarissimi,

77) tantum,] Reb.: quaeso

78) Vrbanus sextus, Gregorius 9.] Reb.: Vrbanus, Georgius nouus,

79) et in illo — Romanistae] Reb.: in quo Romanistae aliquo modo

80) territi sunt, *machte — greiffen.*] Reb.: sunt territi, furus Tetzelij ideo natus est, omnibus vt digitis tangi posset.

81) scribebat — contritione.] *haec a* Reb. *absunt.*

82) Pict. afferebatur D. M. Luthero] Reb.: Pictura afferebatur a D. M. Luth. constituta, — *Sectionis sic ordientis, quae in* Cod. fol. 619b lin. 24. — fol. 620a lin. 19. *legitur, pars prior, quae finitur verbis*: „*an seine eigene schlüssel hencken.*“ *ap.* Reb. II. fol. 79b lin. 5 med. — 22. *reperitur.*

83) erat suspensus una cum] Reb.: suspensus erat cum

84) *das wirdt — thun,*] Reb.: Hoc Papam valde macerabit,

85) *vnnd sol — sehr schmertzen* (Cod. *schwertzen*)] Reb.: et nunc in suas claues suspendi debet. Papistis maximam (*pro*: maximum) adferet dolorem,

quia conscientia eorum perstringetur [86]) et res ipsa loquitur. *darumb wapnet sich der beuttel mit dem bischoffhutten vnnd Cardinal infuln* [87]) *sehr wol,* [88]) quia tanta fuit auaritia papae, ut non tantum allata pallia omnium regionum ad se rapuerit, sed uendiderit [89]) sacramenta, indulgentias, fraternitates, sanguinem Christi, coniugium. [90]) *darumb stecket der beuttel col raubes,* [91]) et merito ei [92]) contradicitur, sicut in Apocalypsi dicitur: [93]) Miscete ei duplum. *Er hat mich verdammet, verbrandt vnnd dem Teuffel in hindern gesteckt, so wil ich ihn an seine eigene schlüssel hencken.* [94]) *Vnnser herrgott* [95]) *konde wol reich sein, wan er wolde,* si plagas, morbos et calamitates ad se reciperet et pecunia redimi permitteret, *was würde er fur geldt lösen.* In regno papae *ist es dennoch schier also gefast gewest,* quod singuli morbi sua habuerunt idola et patronos. Ideo Caietanus Cardinalis Augustae cum singultu dixit: Noli [95a]) illam Monarchiam optime constitutam ita discerpere. [95])

Horrenda est Dei ira *); in tot papae decretis, ne unicum locum scripturae aut articulum Catechismi tractari. [96]) Nam papa suam Ecclesiam proinde [97]) ut externam aliquam politiam constituere uoluit. Ideo impijssime docuit, Cucullus

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 218. cap. 27. §. 87. 88.

86) perstringetur,] Reb.: perstringitur,

87) *infuln* (*i. e.* infulae)] Cod.: *infeln*

88) *darumb wapnet sich — sehr wol,*] Reb.: Ideo marsupium pileis et insulis (*pro:* infulis) Episcoporum et Cardinalium optime se munit,

89) quia tanta fuit — uendiderit] Reb.: Annuata, pallia omnium regionum a se rapuit, sed vendidit etiam

90) coniugium.] Reb.: coniugium, etc.

91) *darumb — raubes,*] Reb.: Marsupium ideo suum rapinis plenum est,

92) ei] Reb.: illi

93) dicitur:] Reb.: legitur.

94) *Er hat mich — hencken.*] Reb.: Ego per Papam condemnatus, combustus, et Diabolo omnino traditus sum, ille vero a me in proprias suspensi debet claues.

95) *Vnnser herrgott* — — ita discerpere.] *haec altera huius sectionis pars, quae in* Cod. fol. 620a lin. 12 med. — 19. *legitur, a* Reb. II fol. 80b lin. 21 — 29. *sic exhibetur:* In regno Papae ita ordinatum fuit, vt singuli morbi habuerint sua idola et patronos, si Deus noster quaerere voluisset, tunc omnes morbos, plagas, calamitates ad se recepisset, et pecunia redimi permisisset, magnum certe cumulasset acerum pecuniae. Ideo Cardinalis Caietanus Augustae et singultu dixit ad me: Noli illam monarchiam optime institutam ita discerpere.

95a) Noli] *sic* Reb.; Cod.: Nolo

96) Horrenda est — tractari.] Reb.: Horrenda ira Dei est, quod in tot Papae decretis ne vnicus locus scripturae aut articulus Catechismi tractetur et declaretur. — *Haec sectio in* Cod. fol. 620a lin. 20. — fol. 620b lin. 6., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 79b lin. 23. — fol. 80a lin. 9. *legitur.*

97) proinde] Reb.: perinde

cadaueri [98]) indutam, [99]) remissionem peccatorum afferre, aequans eam [99]) merito [100]) Christi saluatoris. Hanc profanationem [*fol. 620b*] papa non tantum permisit, sed et confirmauit. Superstitionis papisticae magna est uis, perrumpit enim uiolenter. [1]) Ideo Daniel dicit de Antichristo: [2]) Et prosperabitur, donec consummetur ira. Ego [3]) spero illam iram iam esse consummatam, *dass gott dem babste werde wehren*, modo nostra propria securitas et contemptus non promouerent malum etc. [4])

Literae uenerunt [*]) a uisitatoribus [5]) de Idolatria Bennonis deuastata Misniae. Respondit: [6]) Quomodo clamabunt et gloriabuntur papistae *keiserliche gestieffte*. Sicut [7]) Episcopi uolunt esse *fürsten des reichs*. [8]) Ita Caesar coactus est confirmare papatum contra se, et deinde gladium arripuerunt, sicut Iulius papa fecit. Quando peruenissent in authoritatem, *so hetten sie den* habitum *abgeleget vnnd weren fursten vnnd keiser worden*, [9]) sicut Cardinalis Saltzburgensis et Moguntinus fuerunt potentissimi, sed Deo gratia, qui iudicium super illos ponit iuxta scripturam. Sic faciet eis Dominus, sicut nobis [10]) facere cogitauerunt. Nam ego uideo illorum obdurationem, et [11]) optimae personae quam primum eliguntur in Episcopos et iuramentum faciunt, fiunt indurati

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 218 sq. cap. 27. §. 89.

98) cadaueri] Reb.: mortuo homini

99) indutam . . . eam] *sic recte* Reb.: Cod.: indutam . . . eum (*quamquam non vocem* cucullum, *sed* cucullam *in praecedentibus exhibet.*)

100) merito] Reb.: meritis

1) perrumpit enim uiolenter (Cod. *falso:* uidenter)] Reb.: violenter enim perrumpit.

2) dicit de Antichriste:] Reb.: de Antichristo dicit.

3) Ego] *a* Reb. *abest.*

4) *dass gott* — — malum etc.] Reb.: et Dominum Papam confundere velle, nisi nostra securitas, contemptus et dissidia mutua, nouum malum excitauerint.

5) L. uenerunt a uisitatoribus] Reb.: L. a visitatoribus venerunt — *Haec sectio, quae in* Cod. fol. 620b lin. 7 — 21. *exhibetur, etiam ap.* Reb. II. fol. 80a lin. 10 — 27. *praecedentem subsequitur.*

6) Bennonis (Cod. *male:* Bennoses) deuast. M. Respondit:] Reb.: Bennonis Misniae deuastata. Respon. M. L.

7) clamabunt — Sicut] Reb.: papistae clamabunt et gloriabuntur, Caesaream legata. Nam

8) *fürsten des reichs.*] Reb.: Principes imperij.

9) contra se, et — — *keiser worden,*] Reb.: cum sua iniuria. Nam Papa gladium arripiens (sicut Iulius Papa fecit) in summam peruenisset authoritatem, habitum deposuissent, et imperia Caesarum ac Principum assumpsissent.

10) nobis] *ap.* Reb. *deest.*

11) et] Reb.: vt

sicut Iudas. [12]) Nam sathan ingreditur post [13]) buccellam intinctam.

Fuit quidam Officialis, *) ut uocant, [14]) qui habuit sacrificulum. Is cum missam, quam iussus erat celebrare, intermiserat, Dominum [15]) ita offendit, ut eum ab officio remouere uellet, nisi 20 fl. numeraret. Sacrificulus metu [*fol. 621a*] pauidus et nummis destitutus, [16]) petijt, ut sibi daretur promotio [17]) 14 dierum, intra quos promisit se pecuniam collecturum esse. [18]) Elapsis 14 diebus [19]) cum alium Dominum quaesiuisset, fecit duas scopas easque deportauit in aedes officialis. [20]) Cur, inquit officialis, scopas affers, cum scis pecuniam me [21]) postulare? Quid tum? [22]) respondit sacrificulus: duas confeci scopas, quarum unas tibi trado, alteras ego reseruo, *dass ein iglicher seine thur kehre, so wirdt mir mein herr kein geldt abfodern*, [23]) et sic discessit etc. [24])

CONTROVERSIAE CVM PAPISTIS. [25]) **)

Tria debent esse libera
- Sacramentum utriusque speciei.
- Coniugium sacerdotum debet esse liberum, quamuis plures Canonici permanebunt scortatores.
- Missa etiam debet esse libera. [26])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 219. cap. 27. §. 90.

**) Reb. II, fol. 81a lin. 16. — fol. 82b lin. 27. — *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 224. cap. 27. §. 96.

12) eliguntur in Ep. — Iudas.] Reb.: in Episcopos eliguntur facto iuramento indurati mutantur in Iudam,

13) post] Reb.: per

14) Fuit quid. Off., ut uocant,] Reb.: Officialis quidam fuit, — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 620b lin. 22. — fol. 621a lin. 9., *ap.* Reb. *autem* II. fol. 80b lin. 30. — fol. 81a lin. 15. *exstat.*

15) Is cum missam — Dominum] Reb.: qui missam quam, erat iussus celebrare, intermiserat, Deum (*pro*: Dominum)

16) nummis destitutus,] Reb.: pauper,

17) promotio] Reb.: prorogatio

18) promisit — coll. esse.] Reb.: se pecuniam collecturum promisit

19) 14 diebus] Reb.: his diebus

20) fecit duas — aedes officialis (Cod.: officiales).] Reb.: duas scopas fecit, easque in aedes officialis deportauit.

21) pecuniam me] Reb.: me pecuniam

22) Quid tum?] *a* Reb. *absunt.*

23) ego reseruo — *abfodern* (Cod.: *anfodern*)] Reb.: mihi reseruabo, ut si vnusquisque nostrum purget ante suas fores, tunc dominus meus nullam a me pecuniam petat,

24) etc.] *ap.* Reb. *non legitur.*

25) Controv. cum Papistis.] Reb.: Controuersiae cum Papistis quae nulla concordia sarciuntur.

26) Tria debent — — esse libera.] *haec et sequentia, usque ad verba*: „*seit ihr gerecht, so helff euch gott.*“ *quae in* Cod. fol. 621a lin. 12. — fol. 622a lin. 1. *leguntur, a* Reb. *absunt.*

Nu es muss endtweder an ein reuffen gehen oder mussen vnns das tzugeben wann es dahin kompt, dass sie vnns tzugeben, so mussen wirs thun. dann wie haben die Christen gethan mit den Arrianern, wie hat Paulus mit den Juden mussen thun. Also mussen wir sie auch auff ihre gewissen lassen. ex quo nolunt nos sequi, *dan sol Christus seine predigt lassen. das thut er nicht. man köppe, trencke, würge dort vnnd da. Ich lasse euch auch köppen vnnd wartte der verfolgung, bis sie ihr müde werden, vnnd muss doch tzuletzt dahin komen, dass man einen* [*fol. 621b*] *iden lass gleuben, wie ers in seinem gewissen weiss tzuuerandtwortten vor gott. darumb were die vereinigung am besten, wie gesagt.* Heluetij nondum conuenissent inter se, *wenn sie sich nicht daruber geraufft hetten. Ich furchte, es werde den papisten auch also gehen.*

Anno 1517. in festo omnium sanctorum primum coepi contra papatum scribere contra indulgentias. 18. excommunicabar. 19. disputabam. Deinde multa dixit de Italiae inconuenienti aura et optimo uino. Anno 8. primum uenit D. M. Lutherus Wittenbergam. Anno 9. profectus est Romam. 12. electus est in Doctorem. [27])

D. Lutherus legens literas etiam protulit citationem, qua eum Caesar citauit Wormatiam subscripto suo nomine crassis literis: Carolus. Inscriptio erat: *dem Ersamen vnnsern lieben andechtigen* D. M. Luther *Augustiner ordens.* Hoc titulo [28]) non est dignatus eum Dux Georgius, quo Caesar appellans eum: *Ersamen*, quia erat excommunicatus. Deinde legit principis Friderici literas, quibus ab eo petijt, ut postillam explicet cum Euangelijs et Epistolis. Deinde literas Marchionis, Georgij et Comitis Hassiae, et dixit Comitem Hassiae primo acerrimum eius fuisse aduersarium, qui Wormatiae ad Doctorem uenerat expostulaturus cum eo amice: *Er doctor*, Vos docuistis, si quis impotens esset, alium ad uxorem [29]) admitteret, et multa alia. Tandem abijt dicens: *seit* [*fol. 622a*] *ihr gerecht, so helff euch gott.* [26])

De papistis et Tyrannis [30]) dixit,*) quod eo peruenissent, ut fateri cogantur [31]) nos uera docere, etsi resistant, sed

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 219 sq. cap. 27. §. 91.

27) Anno 1517. — — in Doctorem.] *Conf. tabula in principio capitis:* De D. M. Luthero *supra* p. 154. nota 74. *ex* Rebenstockii Ed. *allata.*

28) titulo] Cod. *calami err.*: ditulo

29) alium ad uxorem] *sic scripsi;* Cod.: aliud ad uxorum

30) De papistis et Tyrannis (Cod. *male:* Tyrannus)] Reb.: De Tyrannis et Papistis — *Sectio sic ordiens in* Cod. fol. 622a lin. 2—22., *ap.* Reb. *autem* fol. 82a lin. 10. — fol. 82b lin. 6. *legitur.*

31) cogantur] Reb.: cogerentur

plex et unicum consilium Dei, scilicet Christ constitutum a patre. *der wirdt bleiben, er ha gestürtzt. Ich wils lieber mit ihm halltten, da cken,* Caesare et toto mundo. [39]) Sed noster cificus, quaerit pacem, [40]) ideo oremus pro haud dubie [41]) ei fallacias struit et Gallum elegit, Venetos, Anglum ad societatem et fo *dann er siehet, dass ihm gielt, dencket: sol ich der keiser mit.* Dominus impediat consilia. [43]

Quod papistae me oderunt, [44]) non mir *wol vmb* [45]) *sie verdienet.* Christus Iudaeos quam ego papistas, et tamen eum occiderunt. suam legem iure me persequuntur, sed sec

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 220. cap. 27. §. 9

32) consilia] Cod. *falso:* consilio

33) etsi resistant — eorum.] Reb.: etsi αὐτοκατακρίτως proprio iudicio condemnati, ideo eorum consilia pereunt

34) et cadent — in foueam,] Reb.: vt mala in ipsorum deudo in foueam

35) *wir haben vnns — verbrandt,*] Reb.: Nos sat combusti sumus,

36) regem,] Reb.: regem Christum,

37) meis.] Reb.: meis, etc.

38) *Er hat ihm — — herunder.*] Reb.: Arcem illi ae annos 5000. si arcem huic Regi Bombardis destruet contra tonitru, et fulgure illos dissipabit.

39) *der wirdt bleiben — — toto mundo.*] Reb.: qui magnos reges et principes praecipitabit, ego magis in confido, quam in potentia Turcae, Caesaris et totius mu

40) quaerit pacem,] Reb.: pacem quaerens,

41) dubie] Reb.: dubio

42) ad societatem et foedus] Reb.: in societatem foederis

*)] legem et uoluntatem uidebunt, in quem transfixerunt. *werde auch einmal am Jungsten tage mit dem babst reden,* Dei uerbum et eius sacramenta impugnat. *Der babst urget die Ehepfaffen, dass sie sein sacrament annemen,* icet matrimonium, cum tamen omnes leges eos ab officio pendere iubent. Ita Dux Georgius propter uerbum et sa-menta homines reijcit. *Er hat ihr 10 hauss veter* [46]) *mit kindern tzu Oschatz veriagt, dass seufftzen wirdt vber ihn eihen.* sicut Ecclesiasticus dicit: *die thren der wittwen en vntter sich vnnd steigen doch vber sich.* [42])

Papa in suo concilio non uult [47]) reformationem.*) Nam io [48]) Reformare Romae magis est in odio quam tonitru li uel [49]) extrema dies, sicut Cardinalis [50]) dixit: Edant, nt, quid ad nos etc. [51]) sed ipsi uolunt nos reformare, pugnabimus. [52]) Neque nos Lutherani sumus contenti, si esserint εὐχαριστίαν sub utraque specie et coniugium rdotum, sed [53]) uolumus habere doctrinam [54]) fidei et ificationis sinceram, quae omnem idolatriam expellit, quia ulsa papatus fundamentum corruit. [55]) Hanc reformationem tit ac timet papatus etc. [56]) Interim papistae in Germania s sunt timidi. Erphordia Canonici [57]) interrogabant, quid malcaldiae esset decretum, [58]) an in salutem aut mortem rum. Tunc Philippus ad illos: Respicite ad exemplum ustanum. Wirtzburgenses autem canonici faciunt [*fol.* a] sibi amicos de Mammona iniquitatis, scilicet in foedere n Landgrauio. [59])

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 220 sq. cap. 27. §. 94.

5) *hauss veter*] Cod.: *hauss wetter*

7) Papa in suo concilio non uult] Reb.: Papa in suis concilijs nullam vult, *praefixa hac inscriptione:* Controuersiae cum Papistis quae nulla concordia sarciuntur. (*conf. supra* p. 260. nota 25.) — *Sectio ab illis verbis:* Papa in *etc. ordiens et terminata verbis:* in foedere cum Landgrauio, *quae in* Cod. fol. 622b lin. 12. — fol. 623a lin. 2. *exstat, a* Reb. II. fol. 81a lin. 18. — fol. 81b lin. 5. *exhibetur.*

8) dictio] Reb.: haec dictio

9) tonitru (Cod.: donitru) coeli uel] Reb.: coeli tonitrua et

10) sicut Cardinalis] Reb.: ideo Cardinalis quidam

11) bibant, quid ad nos etc.] Reb.: bibant, ludant, etc. quid hoc ad nos,

12) pugnabimus] Reb.: pugnabitis.

13) sumus contenti, — sed] Reb.: contempti (*pro:* contenti) erimus, si utramque speciem et coniugium Sacerdotum concesserit, nos

14) doctrinam] *sic recte* Reb.; Cod.: doctrina

15) papatus fund. corruit.] Reb.: fundamenta papatus corruunt.

16) sentit — etc.] Reb.: Papatus sentit et timet,

17) timidi. Erphordia Canonici] Reb.: pauidi. Canonici Erphordienses

18) Schmalcaldiae esset decretum,] Reb.: decretum esset Schmalcaldis,

19) Tunc Philippus — — cum Landgrauio.] Reb. *horum loco, praecedenti voci addidit:* etc.

Doctrina et uita [60]) bene distinguantur. Vita est mala apud nos [61]) sicut apud papistas etiam. Non igitur de uita dimicamus, sed de doctrina. [62]) Hoc nescierunt Hus [63]) et Wicleff, [64]) qui uitam Papistarum [65]) impugnarunt. Ego non de uita mea dico, sed de doctrina, [66]) an aduersarij recte doceant. Mea uocatio praecipue ista est. [67]) Alij tantum uitam insectati sunt, sed de doctrina *ist der gans an den kragen gegriffen*, [68]) scilicet quod regnum et officium papistarum est malum. [69]) Hoc si obtinemus, facile conuincemus etiam uitam esse malam. [70]) Quando uero manet purum uerbum, *so kan* uita *tzu recht kommen*, etiamsi aliquid in ea desit. Omnia in uerbo sita [71]) sunt. hoc [72]) papa nobis sustulit et aliud [73]) introduxit. Hoc modo uici papam, uincam licet quod recte doceo. [74]) Quanquam etiam ciuiliter nos meliores sumus, tamen hoc non est praecipue urgendum, sed doctrina *die bricht dem babst den halss*. [75]) Ideo Daniel recte pinxit [76]) papam cum suo regno. Vbi uoluntas dominabitur, id est, neque spiritualia neque ciuilia curabit, sed dicet: sic uolo, sic iubeo etc. nulla reddita ratione, etiam naturali. Si enim quaeris, An papa constitutus sit iure naturali, diuino aut humano, respondetur: Nullo, sed ἰθελοθρησκείᾳ. [78]) so man

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 222 sq. cap. 27. §. 95. sect. 1—4.

60) Doctrina et uita] *sectio sic ordiens in* Cod. fol. 623ª lin. 3—27. Reb. II. fol. 81ᵇ lin. 6. — fol. 82ª lin. 9. *exstat*.

61) mala apud nos (nos *in* Cod. *deest*.)] Reb.: mala, scandalosa apud nos.

62) apud papistas — de doctrina.] Reb.: etiam apud Papistas, nos non dimicamus de vita, sed doctrina.

63) Hus] Reb.: Ioan. Huss.

64) Wicleff] *sic recte* Reb.; Cod.: Wisleff

65) Papistarum] *sic* Reb.: *in* Cod. *deest*.

66) nihil de uita — de doctrina,] Reb.: non de vita, sed de doctrina contendo.

67) Mea uocatio praecipue (Cod.: praecipuae) ista est.] Reb.: Nam praecipua ista est mea vocatio,

68) sed de doctrina — *gegriffen*,] Reb.: sed de doctrina mentionem nullam fecerunt (anser enim collo apprehensus erat)

69) papistarum est malum.] Reb.: Papae sit abominabile.

70) obtinemus — esse malam.] Reb.: obtinuerimus, facile conuincemus perversam illorum vitam,

71) uero manet — — in uerbo sita (Cod.: sita sita)] Reb.: purum verbum manet, tunc vitae sequitur emendatio, etiamsi sit vitiosa. Ideo omnia in verbo Dei sita

72) hoc] Reb.: quod

73) aliud] Reb.: suas traditiones

74) uici papam — doceo.] Reb.: vicit Sathan. Recte docendo confutantur impii.

75) *die bricht — halss*.] Reb.: Papam omnino confundit.

76) pinxit] Reb.: depinxit

77) sic] Cod. *male*: si

78) ἰθελοθρησκείᾳ,] Cod.: ἰθελοθρισκία, Reb.: ἰαθελοθρισκία,

er sagen, niemandes hats ihm geheissen, [79]) sed est simpliciter religio liberi arbitrij. Ideo Daniel eum uocat [80]) Maosin. Paulus *hat* Danielem *wol gelesen*, et utitur etiam uerbis illius: [81]) Eleuabit se supra etc. [82])

[*fol.* 623b] Anno 39. 6 Maij [83]) Adolescens quidam studiosus Pomeranus generosus Martinus Weier [84]) a patre domum uocabatur, [85]) qui erat senex et assuefactus [86]) ad ritus [87]) papisticos. Consulebat [88]) D. M. Lutherum, quomodo cum patre debeat uiuere, [89]) ut eum lucrifacere posset, [90]) an etiam ad tempus propter eius infirmitatem ceremonijs papisticis, ut [91]) missis priuatis interesse deberet. [92]) Respondit D. M. Lutherus consulens, ut omnibus modis se applicaret patri, [93]) ne eum offenderet, sed [94]) ieiunando, orando, Missis, inuocationibus sanctorum ipsi se aequaret, et semper simul uerbo Dei ipsum [95]) parentem erudiret in articulo iustificationis et symboli, praecipue in concionibus de Hiesu Christo. [96]) Si uero pater his non posset flecti, ferendam esse ipsius infirmitatem, [97]) orandum et Deo commendandum, et ut ille omnibus modis caueret, ne sua libertate patrem offenderet, sed ut eum spiritualiter gigneret, a quo carnaliter genitus esset. Si in hunc finem patri se applicaret, non peccaret, etiamsi Missae et alijs profanationibus interesset.

---

79) *so muss — geheissen,*] Reb.: et sic cogitur fateri neminem istam instituere religionem illum iussisse,
80) eum uocat] Reb.: vocat eam cultum
81) Paulus *hat* — uerbis illius:] Reb.: Paulus summa cum diligentia Danielis scripta legit, et illius vtitur verbis,
82) supra etc.] Reb.: super omnia quod Deus dicitur.
83) Anno 39. 6 Maij] *sectio ab his incipiens, quae in* Cod. fol. 623b lin. 1 — 18. *legitur, ap.* Reb. II. fol. 82b lin. 7 — 27. *reperitur.*
84) Weier,] *sic* Reb.; Cod.: Waijr
85) uocabatur,] Reb.: accersebatur,
86) senex et assuef.] Reb.: homo senex assuefactus
87) ritus] Cod. *calami err.*: ritos
88) Consulebat] Reb.: Is consulebat
89) debeat uiuere,] Reb.: viuere deberet,
90) lucrifacere posset,] Reb.: lucrifaceret.
91) ut] Reb.: et
92) deberet.] Reb.: debeat.
93) se applic. patri,] Reb.: se patri applicaret.
94) sed] *sic recte* Reb.; Cod.: se
95) ipsum] *a* Reb. *abest.*
96) praecipue in conc. de Iliesu (Cod.: Hieso) Christo.] *a* Reb. *absunt.*
97) Si uero — infirmitatem,] Reb.: preciter his si non posset flecti, infirmitatem ipsius esse ferendam,

DOCTRINA PAPISTARVM ET COECITAS. *

Homo faciens **) quantum in se est, meretur gr
ex congruo immutabiliter. Haec doctrina semper d
etiam Gersonis tempore usque ad Lutherum. 100) Nequ
ulla differentia inter hanc doctrinam et Arrianam nisi uo
lorum uariatio.

Papistae passionem 1) tripliciter praedicarunt. E
haben [fol. 624a] sich die prediger selber gemarttert, 2) d
auditores, tertio Christum, multa deblaterando septem
usum 3) passionis nunquam attigerunt, tantum lamenta
Mariae. 4)

Horrenda fuit coecitas et ira Dei 5) regnum papae,
tanta mendacia nemo intelligeret, post tam praeclaras
nitiones a Christo et Apostolis factas. Nec potest aliter s
nisi ex dicto Pauli 2 Thessalon. 2. Tradidit eos Deus
efficaciam erroris. Illa ἐνέργεια 8) tanta fuit, ut non int
rent crassissimos errores. Haec 9) sunt duo fundamen
pae: 10) Quodcunque ligaueris super terram. 11) Item.
ouēs meas. 12) Hinc detorsit omnia ad potentiam su

---

*) Reb. II, fol. 82b lin. 28. — fol. 88a lin. 16. — *Conf.* Luth.
germ. III. p. 225. cap. 27. §. 97.

**) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 225 sqq. cap. 27. §. 98.

98) et coecitas.] Reb.: errores coecitas.

99) Homo faciens] Reb.: De merito congrui impium erat dogma, scilice
faciens — *Haec sectio, terminata verbis:* nisi uocabulorum
quae in Cod. fol. 623b lin. 21 — 25. *legitur, ap.* Reb. II. 1
lin. 10 med. — 16. *reperitur.*

100) ad Lutherum.] Reb.: ad haec.

1) Papistae passionem] Reb.: Ita Passionem Christi — *Sectio sic*
in Cod. fol. 623b lin. 26. — fol. 624a lin. 4., *ap.* Reb. *autem*
83b lin. 20 — 25 med. *exstat.*

2) *Erstlich haben — gemartert,*] Reb.: primum concionatores
macerarunt,

3) multa deblaterando (Cod.: deplaterando) — usum] Reb.: 7 aut
multum deblaterando, et tamen vsum

4) Mariae.] Reb.: B. virginis.

5) Horrenda — et ira Dei] Reb.: Horrenda coecitas et ira Dei fuit -
sectio terminata verbis: „ac si uidisset impletum.“ *quae in* C
624a lin. 5. — fol. 624b lin. 15. *exhibetur, ap.* Reb. II. [fol.
1. — fol. 83b lin. 10 init. *reperitur.*

6) solui] *sic recte* Reb.; Cod.: salui

7) Deus] *sic* Reb.; *in* Cod. *deest.*

8) ἐνέργεια] Cod. *et* Reb. *falso:* ἐνεργία

9) ut non intelligerent — Haec] Reb.: vt crassissimos errores non i
rent. Haec enim

10) papae:] Reb. *typ. err.:* Papa.

11) terram.] Reb.: terram, etc.

12) meas.] Reb.: meas, etc.

Ecclesia et politia. [13]) In decretis plenus [14]) mendaciorum et *τυραννιδις* impudenter [15]) dicit, non esse praesumendum tantae celsitudinis apicem errare posse. Fecerunt ex eo Deum mixtum. Item. Papa a nulla Ecclesia iudicari debet. Item in alio canone: Autoritas sacrae scripturae pendet a sede Romana. Inde docuit, quod libuit, et Cuculla pro sanguine Christi est adorata. Hoc apud Gentiles satis fuisset monstrosum. [16]) Non defuerunt insignes uiri, qui tamen non agnouerunt. Ideo Daniel dicit: Erit tempus, quo prosternetur ueritas. Papa longe superat superstitiones Iudaeorum, qui legem fundamentum habent, sed [17]) papa sine uerbo Dei contra et supra uerbum Dei docet quae placent, iuxta prophetiam Danielis de rege, [18]) qui loquitur [19]) sine lege, et ex arbitrio [20]) omnia faciet. Sic [*fol. 624*[b]] uolo, sic iubeo etc. Item. Si papa innumerabiles animas ad inferos traheret, non est [21]) dicendum: Cur facias? *pfui dich.* [22]) Ideo nemo aliquid contradicere ausus fuit. Esto, ego iam uocor summus hostis papae [23]) et haereticus, quia non [24]) moralia et abusus, sed substantiam et doctrinam illius impugnaui et feci iam per annos 20 strenue, ita ut [25]) spiritu oris Domini ita lapsus sit, ut nullum sit refugium amplius nisi ad gladium secularem, *schlegt ihm das Concilium vmb, so wirdt er nichtes geachtet werden.* Nostri Electores nunquam ausi fuissent Legatum illius ita contemnere, sed pro illa liberatione sumus ingratissimi. Ideo sequentur aliae tenebrae et ira Dei. [26]) Consolatur me tamen propinquitas extremi diei, [27]) quia pro-

---

13) Hinc detorsit — et politia.] Reb.: Inde Papa omnia ad suam potentiam in Ecclesia et politia detorsit.
14) plenus] Reb.: plenus est
15) impudenter] Reb.: vbi impudenter
16) Fecerunt ex eo — — fuisset monstrosum.] *haec a* Reb. *absunt.*
17) qui legem — sed] Reb.: qui fundamentum habent legem Mosi. At
18) de rege,] *ap.* Reb. *desunt.*
19) loquitur] Reb.: loquetur
20) ex arbitrio] Reb.: ex arbitrio suo
21) ad inferos traheret, non est] Reb.: cateruatim ad gehennam traheret, non tamen
22) facias? *pfui dich.*] Reb.: facis? phui.
23) hostis papae] Reb.: papae hostis,
24) non] Reb.: non tantum
25) et feci iam — ita ut] Reb.: et iam per multos annos strenue perfeci, vt
26) *schlegt ihm das Conc.* — — ira Dei.] Reb.: inuertit eius concilium, tunc nihil honoris habebit. Protestantes nunquam fuissent ausi, legatum illius ita contemnere, sed pro illa liberatione ingratissimi efficimur, quapropter aliae tenebrae et irae Dei sequentur.
27) propinquitas extremi diei,] Reb.: nouissimi diei vicinitas,

pontifice confirmatus, allegans hunc locum de
est mihi omnis potestas in coelo et in terra.
arrogat. Ita insultat in decreto: Si quis du
aut facto Romanae Ecclesiae, sit haereticus. [f
phelingus occisus fere fuisset, quod in dubiun
gustinum non fuisse Monachum. *Also sindt wi
west, dass wir nicht wider das geringste haben
ken.* [30])

D. M. Lutherus [31]) ex Bernhardi Histori
quendam Carmelitam peregre profectum incidisse
sed cum eo die non orasset *einen rosenkra*
quotidie solebat, statim procumbens in genua
trones uiderunt pulcherrimam uirginem illi ads
habebat *ein schiene in der handt, vnnd nam im
nach der andern aus des Cartheusers munde,*

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 230 sq. cap. 27. §. 1
**) *Conf.* ibid. III. p. 227. cap. 27. §. 99.
***) *Conf.* ibid. III. p. 227 sq. cap. 27. §. 100.

28) qui descripsit — impletum.] Reb.: qui papatum depinx
fuisset.

29) Ecclesiam triplicem — — errare non posset.] *haec tabu*
lin. 16 — 19.) *a* Reb. II. fol. 83[b] lin. 17 — 19.
betur:

Fingunt enim Ecclesiam triplicem	Essentialem, Repraesentatiuam, Virtualem.

(*Conf.* Cod. fol. 627[b] extr.)

30) Occam scribit Constantinum — — *dorffen mucken
haec sectio, quae in* Cod. fol. 624[b] lin. 20. — fol. 6
ap. Reb. *h. l. non invenitur.*

31) D. M. Lutherus] *haec sectio ab hoc nomine incipien*

rosa semper rubea erat, et ita elegans sertum contexebat. [36]) Hoc uidentes latrones [37]) eum non sunt aggressi. *Ach lieber herrgott was haben wir doch nicht durffen gleuben. ist es doch alles gleublich gewest.* [38]) In illum statum papa nos libenter [39]) retraheret, fingit concilium. *Aber last vnns beten vnnd last vnns* [40]) *hierein gehen. wann er vnns verdampt, so wollen wir ihn* Antichristum *declariren.* [41]) Confundetur retrorsum cum suis consilijs, *die haben itzunder viel tzu schaffen,* [42]) praecipue Epicurus ille Moguntinensis.

Recitatio horarum canonicarum fuit triplex. Materialis nuda uerborum lectio. Formalis cum intellectu uerborum, quae fuit libera sine praecepto. Affectualis, quando mentis affectus concitantur ad deuotionem. Illa simpliciter fuit sine ullo praecepto. *pfu dich.* [43]) Magna fuit Tyrannis papae,*) qui fulminabat sine legibus, quia [*fol. 625b*] plenis buccis intonat. [44]) Frustra tenet quatuor Euangelia, qui non tenet Romanae [45]) Ecclesiae uota. Haec sunt uerba illa turgentia [46]) et inflata, ut Petrus ait. Haec sunt illa septem tonitrua in Apocalypsi comminationes papae. Coelibatus est illa figura Apocalyps. 9. ubi Angelus fortis, nube, id est, mysterio occulto indutus iridem super caput, id est, praecepta habens, lucens ut [47]) sol, id est, speciem habens, librum apertum tenens, id est, gloriatur Euangelium, *das muss offen sein.* Ibi optime depingitur forma papatus, [48]) quia est Rex facierum et collu-

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 228. cap. 27. §. 101.

36) contexebat.] Reb.: contexerat,

37) uidentes latrones] Reb.: latrones videntes

38) *Ach lieber herrgott — gewest.*] Reb.: Ach Deus bone, quid non credere ausi fuimus, omnia enim fuerunt credibilia.

39) nos libenter] Reb.: libenter nos

40) *vnns*] *hanc vocem h. l. ipse addidi, in* Cod. *deest.*

41) *Aber last vnns — declariren.*] Reb.: Sed nostrum erit orare, nam si condemnat nos, confutare nos illum Antichristum volumus,

42) cum suis consilijs — *tzu schaffen.*] Reb.: suis concilijs, multa enim illis modo sunt negotia efficienda.

43) Recitatio horarum canonicarum — — *pfu dich.*] *hoc principium huius sectionis, quod in* Cod. fol. 625a lin. 21 — 25 med. *exhibetur, a* Reb. *abest.*

44) Magna fuit Tyrannis — intonat.] Reb.: horribilis fuit Papae tyrannis, quia sine legibus fulminabat plenis buccis intonans. — *Haec reliqua pars huius sectionis, quae verbis:* „regnum papae est larnatum" *finitur, in* Cod. fol. 625a lin. 25 extr. — fol. 625b lin. 11., *ap.* Reb. II. fol. 84b lin. 14 med. — 29. *exstat.*

45) Romanae] Reb.: Romae

46) illa turgentia] *sic* Reb.; Cod.: illa turgentia illa

47) ut] Reb.: sicut

48) gloriatur Euangelium — forma papatus,] Reb.: Euangelium gloriatus, hoc apertum esse oportet, ibi papatus forma egregie depingitur,

mus. *wann ich darinne las,* [54a]) *da blutte mein H*
autoritas nulla fuit erga Gabrielem. Adhuc retine
qui me adeo excruciarunt. Scotus optime s
tertium librum sententiarum. Studiosus met
ingeniosissimus habuit studium res dilatare e
infinitum. [59]) Thomas est loquacissimus, qu
est seductus. *Nun gott hat vnns wunderlich*
nu vber das tzwentzigste Jar etc. [60])

[*fol. 626*[a]] Annis 30 ante [60a]) [*]) Biblia er
prophetae innominati et putabantur impossi
Ego cum essem 20 annos, [62]) nondum uid

---

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. IV. p. 387 sq. cap. 58. §.
**) *Conf.* ibid. III. p. 229. cap. 27. §. 102. (*quas inc*
dreissig Jahren[a]).

49) et] Reb.: aut
50) D. M. Luth. laetus] Reb.: D. Mart. Luth. hilaris — *I*
fol. 625[b] lin. 12 — 26., *ap.* Reb. II. fol. 84[b] lin.
19 med. *legitur.*
51) Amsdorffio] Reb.: Nic. Amsdorffio
52) ac] Reb.: et
53) fuerunt homines ot. — *phantasiren* (Cod.: *fantisir*
ociosi fuerunt, ideo oportebat eos sic ludere.
54) super] Reb.: supra
54a) *las,*] *sic scripsi* (= Reb.: legebam); Cod.: *lag,*
55) erat optimus — Bibliae] Reb.: excellentissimus erat, si
Cor meum sanguinem sudabat. Bibliorum
56) retineo illos libros,] Reb.: illos libros volunt retinere,
57) optime scripsit super] Reb.: optime et methodice scrip
58) Studiosus methodi] *a* Reb. *absunt.*
59) dilatare — infinitum.] Reb.: dilatandi et amplificandi i
60) *Nun gott hat v. w. e. gefuret, nu* (Cod.: *nuhe*
Nunc Deus mirabiliter nos a delirijs Papae liberauit me
dum addaxit atque hue vsque seruauit.

Arbitrabar nullum esse Euangelium nec Epistolam nisi in Postillis. Tandem in Bibliotheca inueni Biblia et relegi saepius [64]) cum summa admiratione D. Staupitij. In istis [65]) tenebris regnauit papa summa [66]) superstitione et fuco, cuius Angelicum splendorem [67]) ego nunquam ausus fuissem [68]) aggredi, nisi Paulus clarissimis uerbis, [69]) testimonijs et confutationibus futuram coecitatem papatus ostendisset, et Christus ipsa maiestas [70]) tantis fulminibus ipsum prostrauisset Matth. 23. et 15. Frustra me colunt [71]) doctrinis hominum. Si solus Esaias ita [72]) scripsisset et Christus ipse non repetiuisset, plane contempsissent. Summa summarum, Papistae sunt confutati certissimis scripturae testimonijs. [73]) Ego Dei gratia agnosco istum errorem a priori et posteriori cum omnibus causis. *noch schwitze vnnd engstige ich mich drüber*, [74]) quando illam maiestatem papae fulgentem adorior, cum tamen ipsimet agnoscant totam scripturam ipsis aduersari. [75]) Cum Cardinalis quidam [76]) initio multa contra me deliberasset, Morio quidam id uidens dixisse fertur: Domine mi, sequamini consilium meum, [77]) deponite prius Paulum ex choro Apostolorum, ille prae omnibus uos affligit. Ille [78]) superstitiosus cultus etsi multos deceperit, tamen in conflictu conscientiae nihil ualet.

Ioannes Hus *) exiguum adhuc tentauit contra papatum [*fol. 626*^{b}] morte dignum, quia adhuc duodecim Euangelica consilia docuit et multa alia. [79]) Horrendus certe error ita

*) *Conf.* Luth. colloq. germ. III. p. 229 sq. cap. 27. §. 103.

64) Biblia et relegi saepius] Reb.: Bibliam, et saepius relegi
65) istis] *sic recte* Reb.; Cod.: isti
66) summa] *a* Reb. *abest.*
67) splendorem] Cod. *calami err.*: splendorum
68) ego n. ausus fuissem] Reb.: nunquam ausi fuissemus
69) uerbis] *a* Reb. *abest.*
70) ipsa maiestas] Reb.: ipse
71) me colunt] Reb.: colunt me
72) ita] Reb.: hunc locum
73) sunt confutati — testimonijs.] Reb.: certissimis scripturae testimonijs confutati sunt.
74) agnosco istum — — *mich drüber.*] Reb.: istum errorem a priori ad posteriora cum omnibus causis agnosco, tamen maxime errore isto me macero,
75) ipsimet agnoscant t. scr. ipsis aduersari.] Reb.: ipsemet agnoscat t. scr. ipsi repugnare.
76) Cardinalis quidam] Reb.: quidam Cardinalis
77) consilium meum,] Reb.: meum consilium,
78) Ille] Reb.: Ita
